




**Historia veterum episcoporum Ultraiectinæ sedis, & comitum
Hollandiæ, explicata Chronico Iohannis de Beca ... ab anno
nativitatis Christi usque ad annum 1345. : Et Historia
Guilhelmi Hedæ ... nunquam editi, completa Appendice usque
ad annum Christi 1574.**

<https://hdl.handle.net/1874/420868>



~~Codd. MSS. I i~~

~~n° 79.~~

Aevum médium.
Scriptores historici.
N° 9

K4 de K
H. 4

793

793 (Hist. 9.) Charta. fol. Saec. XVII.

Arnoldus Buchelius, Apparatus pro editione sua operum Joa. de Beka, Wilh. Hedae et Lamb. Hortensii.


(I) Historia W. Hedae ex edit. Furmerii cum emendation. et notis mss. Buchelii; (II) Chronicon Jo. de Beka ex eadem edit., cum emendatt. Buch.; (III) Buch. Notae historicae (autogr.) ad Jo. Becani Chronicon. (40 ff. in fol.); (IV) Vetustiss. Ultrajectensium Pontificum indigitamenta, cet. auctoribus Hadr. Barlando et Ger. Noviomago, ex edit. Pt. Scriverii; (V) Lamb. Hortensii Secessionum civilium Ultrajectin. II. VII ex edit. Basiliensi.


793


Hs.
4 K 4

U B. Utrecht

De aante, 2yn
van de hand in h. Buchelind.







HISTORIA EPI-
scoporum Trajectensium,

AUCTORE

VVILHELMO HEDA
ALFINIO, PRÆPOSITO ARN-
HEMENSI, LEVITA & CANO-
nico Ultrajectino.

ALTERA EDITIONE EMENDATA ET AVCTIOR
Studio & cura A. BUCHELI BATAVI J. C.



FRANCOVERÆ

Excudebat

ROMBERTVS DOYEMANVS

CIO. ID. CXII



no. 58.

Ad Illustres & Præpotentes

PROVINCIAE ULTRAIECTINÆ ORDINES,

Nec-non ad præclaros

CONSVLES & SENATORES
VRBIS ULTRAIECTINÆ.

Dominos & Patronos suos.



Vo sunt (Ordines, Coss & Senatores) inclyti rerum Ultrajectinarū scriptores, qui hactenus in umbrā delituerunt, & nullum sui laboris usum mortalibus præbuerunt: quorum alter Iohannes de Bekā Canonicus apud vos vixit, & à nato Christo usque ad annum ejusdem 1345. suum Chronicon de Episcopis Ultrajectinis & Holladiæ Comitibus contexuit: alter verò Wilhelmus

Heda Alfinius, Præpositus Arnhemensis, vestræ item Ecclesiæ Levites & Canonicus, qui idem argumentum tractavit copiosius, & longius produxit. Vtrumque auctorem nunc conjungo, & vos mitto, ut alter alteri possit esse subsidio, & ad historiæ veritatem lucem infundere. Superiore anno Bekam edidi, & Frisij meis, eorumq; Præfecto dedicavi ob causas, quas ibi attuli gravissimas: Nunc verò vobis Hedam offero, ut is vicissim vestrâ auctoritate defendatur, qui majores vestros tantâ sedulitate coluit, ut meritò dici posset eos velut ab orco revocasse in lucem. Nam ut taceam, illum de urbis vestræ incunabulis differere luculèter, ostendere natales, eruere parentes & conservatores ejus: ita filere non possum ipsum Ecclesiæ Christianæ, quæ apud vos prima fuit, unde reliquæ in Frisiam atque Hollandiam, vicinâsque regiones barbariè oppressas porrò promanarunt, primordia & augmenta ita manifesto indicare, ut quilibet ex eo & statum illorū temporum, & hominum mores faciliè cognoscat. Scripsit is suam Historiam, quam Ultrajectinam vocat anno 1521. capitque eam ab
* * 2
* auspi-

auspiciis vestrae urbis, & à S. Willebrordo primo Frisiorum Archiepiscopo, Idque jussu & mandato Ecclesiae, procerumque quorundam auxilio, quos ipse in Epistola dedicatoriâ nominat. Fuit autem vir ille non tantum Ecclesiastici ordinis sui temporis decus atque lumen: verum etiam apud principes sæculi doctrinâ & vita spectabilis, utpote qui & Maximiliano Imperatori ejus nominis primo, fuerit à consiliis secretioribus, ejusdemque semel atque iterum in rebus gravioribus legatus, ut docti viri de ipso passim commemorant. Cùm igitur viderem recentiores rerum scriptores hujus viri auctoritate passim niti ejusdemque allegare scripta, ut suas opiniones confirmet, nec tamen edere in lucem opus ejus, quod hætenus apud paucos in usu fuit: Equidem tantum viri miseratus fortunam, ferre non potui diutiùs, cum blattis atque tunicis depugnaret: sed animum sumpsi audaciorẽ, ut illum publicarem. Nam etsi mihi unicuique tantum ejus operis exemplar fuit, quod emitti posset, nec copia daretur alterius, ad quod illud meum emendari & corrigi posset, putavi tamen fore operam nonneam posteris gratam vel ob hoc, quod Imperatores testantur, abundè sufficere, si cui vel in paucis amici labore consulatur.

Vobis igitur Illustres & præclari Ordines, Consules, & Senatores, vestraque provinciæ & civitati Ultrajectinæ hanc meam tenuem quidem, sed sumptuosam opellam lubès meritò dono, dedico atque consecro: rogòque vos obnixè, ut eam benignitate solita ac consueta suscipere dignati, me quoque in vestram clientelam adscribere, eoque loco habere velitis, quo teneris illos, qui vestrae dignitati, amplitudini ac magnificentia ex animo favent & congratulantur. Deus Opt. Maximus vos omnes quam diutissimè gubernet & conservet. Datae Leovardiae Frisiorum anno Christi 1612. die 13. Kal. Augusti.

Vester ad omnia paratissimus cliens

BERNARDVS FVRMERIVS

Leovardiensis Pbrissinus



Epistola Dedicatoria

SANCTÆ ET VENERABILI ECCLESIAE
 ULTRAIECTENSI
 WILHELMVS HEDA PRÆPOSITVS
 ARNHEMENSIS, LEVITES ET CA-
 nonicus ejusdem, honorem & omne bonum.



IT Ecclesiastes: Dedi cor meum, ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque atque stultitiam, & id quidem non immerito. Nam secundum Dialecticos, Opposita juxta se magis elucescunt: quoniam pacto prudentem vinum internoscere poterimus, nisi ab effectu dijudicato scilicet imprudente Doctum, nisi examinato sciolo atque ignaro? Sed nec errorem, nec stultitiam intelligimus, nisi delibata veritate ac

Historia
 commē-
 datio.

sapientia. Vnde scribitur: Ex operibus eorum cognoscetis eos: & alibi: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Quo scilicet per virtutes & effectus rerum experiamur, quid fugiendum, quid sequendum fuerit. Humanum quippe genus ab ipsis cunabulis ad malum proclivius est, quam ad bonum. Sed nec ipsis mortalibus aetas tam diuturna, nec animus circa acquirendam sapientiam tam assiduus intenditur, ut singula quisquam vel in longissimâ vitâ dignoscere, vel experimento ad perfectam intelligentiam pertinere possit, nisi Doctorum, literarum, & Historiarum adminiculo, a quibus nobis plerunque suggeritur, quod multorum aetas nec vidit nec audivit: Divino itaque munere homini inditum est, ut semper addiscere cupiat. Et antiqui Historici hæc, quæ viderunt, vel facta cognoverunt, contexuere, & quo quælibet tempore, & quâ occasione acta gestave fuerint, proinde literis memorariæque mandavere, quo & ipsi scriptores, & illi, quorum meminere,

quidve

Historias (hoc est,

proinde

B b

ad po.

ad posteros transirent. Alij laude & gloria, infamia alijs ac vitijs, iuxta
vita merita adnotati, ut viventes eo magis incitarentur ad virtutes
amplectendas & vitia detestanda, cum eventus utrorumque ex illis tan-
quam ex speculo liceat intueri, quid inde nobis potius duxerimus eligen-
dum. Longe enim facilius ex Doctoribus ac literis, quam experientia
vita perfecta acquiritur: Hinc Esaias nos recte adhortatur, inquit. In
doctrinis glorificate Dominum. Quod nos considerantes, & perpenden-
tes, quam labilis sit hominum memoria, quam facilis rerum interitus,
& quantum damni per oblivionem vetustas afferre solet (exclamante
Nasone:

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas
Paulatim lenta consumitis omnia tæbe.)

Vt, inquam, tanta jactura obviaremus & consuleremus posteris, more
Liberorum Sethi, qui (teste Iosepho) praevidentes rerum omnium inte-
ritum, sive ex igne, sive ex aqua quandoque futurum, disciplinam re-
rum caelestium (quarum ipsi fuerunt inventores) duabus insculpsere co-
lumnis, Latericia uni contra ignem, Saxea alteri contra aquam, ne om-
nino deperirent. Sic proinde iussistis ut ex gremio vestro adjunctis non-
nullis viris utique literatis, ac bonarum artium cultoribus Bernardo scilicet
Harlem, Iohanne Wierwick, Iohanne Solmis, Gherardo Beyer, Scri-
nia bellinocassij, inverterimus, & si qua temporum iniquitate (uti fit)
squalore obsita, sive incuria maiorum rejecta, urbis insignis (que vestra
Utrajectensis Ecclesia originem amplitudinemve concernentia) inven-
remus; sive etiam gesta, ac vitae sanctorum, qui nos in Christo regene-
rarunt, ea in lucem proferentes publicis impensis novis formis excuden-
da traderemus, quo omnium utilitati consuleretur, ne tanti viri de Chri-
stiana religione quam optime meriti diutius in obscuro laterent. Sed (uti
aiunt de Cerbero ex inferis extracto per Herculem) ad nos revocaren-
tur. Onus certe longe impar nostris humeris, nec ulla conditione subeun-
dum, si liceret abaudire, & sanctorum potius merita (quorum memoria
celebrabitur) non animarent, & pia vestra in eos devotio non compelle-
ret, quo confidentius iussis vestris pareamus, & munus hoc licet arduum

Quorum subire minus formidemus. Quis enim tam ampla Urbis, tamq[ue] insignis
Ecclesia laudes (qua pene ignorantur) ammodo subtrahat? Quis calabie
Athletarum praeconia, aut in obscuro sine diutius delitescere, qui
Germanias et Gallias quas gentilis error et Plutonica superstitio in sum-
ma feritate, indomiti aque barbarie fedaverat, ad veri Dei cultum noti-
tiamque

Historie
hujus scri-
ptores ab
Ecclesia
deputati.

ii
bibliothecas que

adhuc detinens

fa

gracia
hæc scri-
pta sit hi-
storia.

catholice

namq; convertentes, tanquam fortes pugiles & invicti Duces nedum doctrina & vita exemplo, sed & sanguine brevi temporum intervallo subdidere Christo captivas, effecere mansuetas: Unde certe impij (ne dicam) crudeles censendi et magna ingratitude nota digni essemus si eorum trophaa per quos salvati sumus, cum caterorum dispendio permitteremus interire. His namque auctoribus usque adeo apud istas provincias Christiana coaluit, & adhuc floret respublica, ut religione, morum integritate, humanitate q; ac ingenio, sive in pace, sive bello, sive alijs rebus gerendus, ad quasvis etiam novas sive inventas artes nulli nationi cedas, claris urbibus, populorumq; frequentia insignes, pia & dum postulas occasio perinde feroces, ut quicquid alijs deest, istis accessisse videatur. Crederes vel revolutu, vel immutato orbem provinciasq; istas sub alio caelo collocatas. Quis etiam assentietur Ethico Philosopho, scribenti: Nos solis volucru esse lacte & caseo siccatisq; piscibus enutriti? Quamvis adhuc creber sit usus sumatae carnis ac piscis crudi. Quis Tacito assentietur Germanias tristi sub caelo constitutas? Quis assentietur iam Plinio adnotanti, ne argentum quidem apud plerosque fuisse in pretio? Aut ipsi Casari recitanti, alios nulla admittere commercia, imo nec vinum quidem, cum iam terra ac mari tanta rerum advehatur affluentia, tanta regionu sit ubertas omnifaria, tot divitiae, tot cibi, tot potus, vestiumq; apparatus atque aedificia, (ut caetera missa faciam) quo Romanis superemus delicias, quicquid India, quicquid Aegyptus, quicquid insula & Regiones antea ignota fragrantiae aut aromatum emittunt, iam redoleamus? Nihilque sit magis formidandum, quam ne in lasciviam, desidiamque alleciti, solitum amittamus animorum vigorem. Nam

A viris
sanctis in
hisce re-
gionibus
orta mo-
ru emen-
datio.

Regni
mutatio
in melius
an dete-
rius

placitis abstinuisse bonis,
Perrata est virtus. Immo
Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
Nec facile est aequa, commoda mente pati.

ut ait Ovidius. Ad id enim hinc oriens utique praemittitur, inde occi- dens, & quaevis orbis plaga periculosa praeberet adminicula, nec crubescunt Italia, Hispania atque Africa, omissis vicinioribus regnis, Germanico ali frumento, linteoque vestiri, quo vel intollerabilem extinguant famem, vel delicatius amittantur. Verum qualiacunque ea sint vis ac sudore processere sanctorum, siquidem ante assumptam Christianam fidem di- spersit vivendi modus, cum nec carnibus equinis, nec serpentibus, a-

Omnis
mutatio
sanctis
vitiis de-
betur.

lignis, spurcis et immundis animalibus abstineret, ut pratercam eos, qui more Diomedeo humanis vescerentur carnibus. Quorum omnium scditatem, ac morum pravitatem Beati Viri exemplo & doctrinâ exterminarunt, & plus predicando, quàm Romani principes terrore armorum profecerunt. Tunc primum (uti testantur omnes) Septentrio rectè cognita, cum Christi Evangelium per fidos pracones eò traduceretur, & negotiatoribus frequentius eo concedere licitum: quod istorum gloria laudiq; tribuendum est. Quare parendo pijs monitis, decrevimus vestro sub iudicio quanto poterimus altius originem situmq; Urbis vestrae repetere, & quotquot prae manibus habuerimus Historiographos ad hoc adducere; ut idem ipsius Ecclesiae & Patronorum, sub quorum titulo dicata est, una cum Episcoporum, qui praesedere, serie; vitas verò in primis D. Martini, refarciendo omnes auctores qui in eius laudem scripsere, & aliorum sanctorum qui Ecclesiam fundarunt, S. Wiberti scilicet Willibrordi, Wenefridi, Bonifacii, Marcellini, ceterorumque Comitum & beatorum Praesulum prout inveniuntur à fide dignis annotatae, luculento interdum, simpliciore quoque, & nonnunquam incultiori stylo, nihil addentes aut imminuentes in unum librum redigemus. Veniam precantes si minus digestè adaptaverimus; parùm aut nihil narraturi, nisi quod probati scriptores in suis libris reliquerunt, ne assentationis vitio redargui possemus. Nam sancti sacris verborum non indigent, & nos si quicquam ad laudes accumulare vellemus, non sufficeremus. Omnipotens Deus pium vestrum in eum & sanctos suos zelum adaugeat, & ad effectum perducatur. Data Kalendis Maij. Anno salutis M. D. XXI.

Prooemium.

Urbis Traiectensis situm atque originem paulo altius indagantes, quàm pleraque vulgares etiam sub incerto auctore continent historiae, hic pauca duximus praenotanda.

Nonnulli enim autumant eam in Frisijs, alij Neapolim Hollandia aedificari, quam à Gigantibus & feris indomitisque gentibus habitam volent. Affirmant insuper eam tempore Neronis Augusti (Agrippinae ex Domitio Oenebarbo filij & per Claudium Caesarem adoptati) cepisse initium, à quodam Amibonio & socijs Romanis crudelitatem ipsius Neronis fugientibus, atque à conditore Antoninam nomen esse sortitam. Nos autem nec ea refellentes, nec ad plenè approbantes, quia circa veram notitiã apud probatos scriptores invenimus, proferemus in medium; prius ipsas situm absoluturi, demum originem atque incrementa latius prosequemur.

CAPUT

recensendo

Hic liber
ex variis
auctori-
bus col-
lectus ser-
vatis ip-
sorum
verbis.

metropolim

Confer
hoc pro-
oemium
cum Io-
hannis de
Beca pro-
oemio,
quod in-
terpreta-
tur.

De loco & situ Traiecti.

Itum itaque Urbis, oram Rheni vel utramque potius ripam comple-
xum fuisse nemini dubium. Cùm id ex plurimis indiciis & vestigiis
tum in primis ex vita Willebrordi, ex privilegiis donationibusque Re-
gum atque Imperatorum perspicuo liquet. Nam in literis Chlotarij, Sicut vi-
tricius dicitur
an ultra
Rhenum
sit. Theodebertij nec non Pippinorum & sequacium Regum Francorum clarè
habetur Traiectum vetus ad flumen Rhenum situm. At Baldricus Episco-
pus (qui Ottoni ex Imperatoribus Germanorum ejus nominis primo à con-
silio, & filij sui præceptor extitit) illam à Normannis subversam instaura-
vit, pontem Rheno imposuisse legitur, uti suo loco patebit. Verum an sem-
per cis Rhenum, an ultra illum (qui plerunque alveum mutavit, cursum-
que declinavit) hæc urbs sita fuerit incertum habeo, quamvis in vitâ sancti
Frederici Episcopi & Martyris, aliquid de hoc legatur, & in quâdam litterâ
donationis Karoli Magni de Ecclesiâ dictâ Vbkericâ clarè constat, Rhenum
alio alveo, quam modo decurrisse, & differentiam fuisse inter Rhenum &
Leckam. **Lecken** enim Germanicè idem significat quod stillare sive deri-
vari. Nam **Lokia** sive **Lecka** fuit quasi rivulus à Rheno distillans, capiens
originem inter Amerängen & Dorestatum. Hoc modo continetur in literâ
ipius Karoli Regis: Similiter donamus ad Ecclesiam S. Martini, quæ est su-
per Dorestad constructa, & vocatur Vbkeriska, de quæ omni parte centum
perticas de retrâ, uti omni tempore prædicta Basilica spacium terræ centum
perticas habere debeat, & cùm hoc ripaticum illum super Lockia & insu-
lam illam prope ipsam Ecclesiam ad partem Orientalem inter Rhenum &
Lockiam. Ex quo clarè notatur differentia Rheni & Leccæ. Rhenus enim
ab Amerongâ juxta Dorestatam ad Traiectum, & demum per Leidim oppi-
dum Cattorumque vicum decurrebat in mare, adhuc nomen servans Rhe-
ni veteris. Sed Lecka, sive **Lokra** secundum oppida Sulenburgum, Hage-
stainum, Dianam, Schoenhoviam, Roterodamum & Brielam currens deri-
vatur in mare, alveum nomenque recens præ se ferens sub præcis Romanis
nondum notus: Apparet adhuc veteris alvei vestigia venientibus ab Ame-
rongâ versus Traiectum in plagâ orientali & meridianâ, ubi & scriptura in
faxis & nummis cum capitibus Romanorum Imperatorum aliaque anti-
quitatis fragmenta inveniuntur; ab Occidentali verò & Septentrionali par-
te ubi jam templa sancti Iohannis & Divi Iacobi Apostolorum consistunt,
idem Rhenus cursum habuit. Nam recens fama est de portu sive statione
(quam **Wineskenhaven** vulgus appellat) illic constituta, ubi & pali & an-
choræ, cæteraque navalia armamenta sub terrâ à fossoribus repperiuntur.
Fuit urbs quondam ampla & opulenta, & emporium pro commerciis ex o-
mni parte Oceani per Rhenum & alia loca conducendis percommoda. Do-
micilium multorum Regum atque Imperatorum, audens aspirare contra

Sicut vi-
tricius dicitur
an ultra
Rhenum
sit.

Rhenus enim
sicut mensura
vit.

Lecca aliud
à Rheno vit.

fluvius
a Dorestato
C
V

Vetus enim
pluribus
Ultrasit.

Coloniam Agrippinam pro sede Metropolitana ex dignitate obtinenda, sed
 tor & tantis cladibus à Barbaris afflicta tandem impotens & lassâ nequiens
 respirare amodo succubuit. Ea non in Frisiis sita est, licet ab illis aliquan-
 do occupata fuerit, dum Carolus Martellus infausse pugnat, illique victo-
 res & Chilperico Regi ac Reganfredo majori domus fœderati contra Caro-
 lum, Coloniam usque cuncta depopulando pessundarent: Frisij enim teste
 Ptolomæo habitant in Germania, quæ circa Rhenum est à parte Septentri-
 onali secus Oceanum usque ad Amasim fluvium supra Bructeros, & Taci-
 tus undique nominat eos Germaniæ populos, & TransRhenanos, ita asse-
 rens: Majoribus minoribusque Frisiis, vocabulum etiam ex modo virium,
 utraque nationes usque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque
 immensos insuper lacus, & Romanis classibus navigatos; sicuti jam Orien-
 tales & Occidentales Frisios appellamus. Et alibi Frisij, populus TransRhe-
 nanus. Neque in Hollandiâ constituta est, quod nomen recens obscurum-
 que, nec antiquitus cognitum fuit, nisi forsitan quispiam ab Olenio primi-
 pilari & Præfecto Frisiorum id nomen foris (prout inferius inferemus)
 vel ab Helio brachio Rheni dictâ velit. Sed inter Batavos (qui inter Rhe-
 num & Wahalim unâ cum flumine Mosâ sedes habent) ad Oceanum per-
 tingentes, aut potius Marfos vicinos, non ab re duximus collocandam: Si-
 Cornelio Tacito ac Plinio credere voluerimus. Ille enim libro secundo
 Historiæ Augustalis ita inquit; Rhenus uno alveo continuus: aut modice
 insulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes
 dividitur, servatque nomen & violentiam cursus, quâ Germaniam prævo-
 hitur, donec Oceano miscetur: Ad Gallicam ripam latior & placidior afflu-
 ens verso cognomento Wahalim accolæ dicunt; mox id quoque vocabu-
 lum mutat Mosâ flumine, ejusque immenso ore eundem in Oceanum effan-
 ditur. Et in libro de moribus Germanorum: Omnium harum gentium
 virtute præcipui Batavi, non multum ex ripâ, sed insulam Rheni amnis co-
 lunt, Chattorum quondâ populus, & seditione domesticâ in eas sedes trans-
 gressus, in quibus pars Romani Imperij fierent. Manet honos, & antiquæ
 societatis insigne. Nam nec tribuus contemnantur, nec publicanus atre-
 rit; Exempti oneribus & collationibus, & tantum in usum præliorum sepo-
 siti, velut tela atque arma bellis reservantur: hæc Tacitus. Jam Frisij nus-
 quam leguntur inter Gallos ascripti, sed Germaniæ populi, inter quam &
 Galliam Rhenus pro limite fuit constitutus, sicuti in Commentariis Sicam-
 bri cum Vespertibus atque Tenetheris Cæsari responderunt, Populi scilicet
 Romani Imperium Rhenum finire. Nondum enim Cæsar quidquam in
 Germaniâ sibi vendicarat. Primus enim Romanorum Ducum Rhenum
 transire ausus, teste Appiano Alexandrino in libro quem Celticum prætitu-
 lavit. At Plinius lib. 4. In Rheno autem ipso prope centum millia passuum
 in longitudinem nobilissima Batavorum Insula, & Caninefatum, & alia
 Insulæ Frisiorum Cautorum Frisia-bonum, Sturionum, Marsatorum, que
 seruntur inter Heliniam & Fleyum (ita appellantur ostia Rheni) in qua
 est sus

Libi de moribus German.

ubique est

Ultraiecti non est in Hollandia.

Sorhtay Helino

Lenius.

Helium.

Ultraiecti non est in Hollandia. Batavi aut. Marfi

Libri Annal.

m. n. s. Hæc ille, et de sancta cetura Taciti

Rhenus in- ter Germa- niam & Galliam inter.

cap. xv.

Rheni in- tra.

Helium

Libi

sexi

offusus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Mosam se spargit, medium inter hæc Corum versus modicum nomini suo custodiens Alveum. Corus, eodem Plinio teste, ab occasu Solstitiali flans, ægeas græcè dictus, quem Carolus Magnus secundum Einhardum germanicè interpretatus est *Westpoderwijn*. Cæsar verò in quarto Commentariorum libro, sedes horum constringit, scribens: Mosâ profluit ex monte Vogeso (qui est in finibus Lingonum) & parte quadam Rheni receptâ (quæ appellatur Wahalis) insulam efficit Batavorum, neq; longius ab eo millibus passuum octuaginta in Oceanum transit. Verum mihi placeat, hanc urbem in gente Marsiorum (qui & Marsiaci) sive Cattorum (qui necessitudine & societate juncti erant) quos refert Tacitus, obsequio (quo Romanis obstringebantur) pares Batavis, qui tanquã tela atque arma bellicis reservarentur liberi absque tributo, & solum in usum præliorum sepositi erant, vicini Batavis, (nisi quod Rhenus intercurrat) quorum vici tunc sub Germanico Cæsare depopulabantur à Romanis una cum Martio præsidio Cattorum capite gentis, quod haud longè à Rheño distabat, jam in viciniam redactum nomen servans ad tria millia passuum Trajecto vicinum, inter quos fuit ex Adrana fluvius nunc corruptè Ara vocatus, & celeberrimum templum illis gentibus (quod *Tanfanc* nuncupabatur) solo æquatum, in cujus vestigiis ac fundamentis non ab re licet opinari Trajectum fuisse conditum, cum ut plurimum in universo orbe Ecclesiæ ac Monasteria legantur instituta, ubi demones & gentiles Dij templis colebantur, quo spurca supersticio citius à memoriâ deleteretur. Prædè fuere Marsi vicini Cattis longè in Germaniâ, ubi Adrana fluvius & templum prædictum potius fuisse creditur. Postea verò commigravit uterque populus ad superiores oras Rheni priorum sedium nomina novis locis imponentes, sicuti de vicis Territorij urbis Trajecti ad Rhenum, & oppidi Trajecti ad Mosam hodiè nomina concordant, ubi & Cattorum adhuc reliquæ exiguo vico supersunt, sicuti & ipsi Sicambri populi Germani in Gallias tempore Augusti, & in proximis Rheni agris collocati, auctore Tranquillo. Qui autem originem Marsiorum curiosus indagare voluerit, quos ab Aufoniis atque Italicis, descendisse Marsis & sedibus pulsos pyriticam exercendo, tandem ad has oras vagando commigrasse, Principe & populo vacuas crediderim, legat, si placeat sequentia, unde multum desiderio tuo correspondebitur.

apud

Ultrasidum est in Mar. sic. A. ponere

Marsium Cattorum caput sedidum Hedæ non Tacitè, qui Martium vocat. caligas aut. Her.

Tanfanc templum apud Marq. s. ultra Rhenum un. hinc

inferiores al.

Quod hic de Marsis Italicis narratur, præcise abesse ab Hist. dicitur fide videtur, un. illud nomen apud nos a paludibus non a. advenit. deducitur esse verisimiliter fct.

CAPVT II.

De Marsis populis Italia, unde Marsos Germania populos originem habere nonnulli volunt, hæc narrantur.

s. exto

A Nno ab urbe condita 659. Julio sive Lucio Cæsar. & L. Marcio Philippo Coss. Olympiade 172. testantibus Eusebio atque Orosio bellum gefere Romani adversum Picentes, Marsos Pelignosq; rebellantes, uti etiam

Scribendum anno ab V. C. 652 Sano Julio Cæsar. et L. Marcio Philippo Coss. Olymp. 172. anno 20. etiam

etiam L. Florus in Epitomatibus suis narrat. T. Livium in 4. 5. & 6. libris septima Decadis commemorasse.

Octava
 interfecti
 27. C.
 661.
Tolonus
 Capio
 X
CNEO

Et contra Marfos P. Rutilius Cos: parum prosperè pugnavit in praelio occisus, una cum exercitu deleto, ubi multi Nobiles & octo millia Romanorum militum caesa; arma & corpora interfectorum in conspectu Marij Legati Tolonius Flavius pertulit, atque in testimonium cladis evexit. Marji Agamemnonem Archipyratam in Imperatorem proptaverant, Marius raptus continuo copiis victores insperatus oppressit, octo millia Marforum & ipse interfecit. Scipio autem à Vestuzis & Marjis in insidias deductus cum exercitu trucidatus est, Postea iterum Marius sex millia Marforum delevit, septem millia armis exuit. Cneo demum Pompeio & Portio Catone Coss: Pompeius diu obsedit Aesculum civitatem, nec tamen expugnasset nisi populum in campum prorumpentem gravissimâ oppressione vicisset, decem & octo millia Marforum in eâ pugna cum Fræco suo Imperatore caesa sunt, capta tria millia, quatuor millia Italicorum virorum ex eâ cade profugorum, jugum montis coacto in unum agmine fortè conscenderant, ubi oppressi exanimatiq; nivibus miserabili morte riguerunt: namque ita, ut attoniti timore hostium steterât, alij stirpibus vel saxis reclines, alij armis suis innitentes, patentibus cuncti oculis, dentibusq; nudatis viventium in modum viscebantur, nec ullum erat procul intuentibus mortis indicium, nisi diuturna immobilitas, quam nullo modo humanæ vitæ vegetatio diu perpeti potest. Hæc Orosius lib. v.

Portius Cato Coss: Marianas copias habens cum aliquanta strenuè gefisset, gloriatus est Caium Marium non majora fecisse; & ob hoc cum ad lacum Pucinum contra Marfos bellum gereret, à filio Caij Marij in tumultu belli quasi ab incerto auctore prostratus est.

Pompeius Aesculum ingressus, Praefectos & Centuriones cunctosq; Principes eorum virgis cecidit, securique percussit, servos prædamq; omnem sub hastâ vendidit, reliquos liberos quidem nudos & egentes abire præcepit. Notandum quod ista sunt acta anno ab urbe condita 559. usque ad 662. Sed Drusus Imperator post annum 726. bellat in Germania, ubi Marfos afflixit.

Blondus in libro de Italia illustrata, ubi tractat de Origine Latina, dicit Livium scribere in 22. libro, qualiter Hannibal regionem Marforum vastavit, & in libro 26. qualiter iterum revertentes ab urbe Româ per ejus agrum iter fecit, eaque in regione interiit, quodq; Regio Marforum nunc Valeria dicatur, & multa alia de Origine gentis. L. Florus in Epitomate lib. 2. septima Decadis Livij; Italici populi defecerunt. Picentes, Vestini, Marji, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites initio belli à Picentibus moto Q. Servilius Procos: in oppido Aesculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est, saga populus sumpsit.

Idem L. Florus in Epitomate lib. sexti Decadis septima Livij: Marji quoque à L. Murenâ & Cæcilio Pinnâ legatis aliquot praelijs fracti pacem petierunt.

quod hic de interfecti
 Ambrosius
 vixit
 est; vide Livij
 Plutarchi et
 cui vitæ
Octava

vii

flumen oppetiit, prævignus Augusti, & frater Tyberij ex Liviâ. Ad Rhenû, auctore Iustino, in Trogum Pompeium supra quinquaginta & amplius castella pro tuitione Romani Imperij collocavit, & in tutelam provinciæ præsidia & custodias ubique disposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim.

Domitius quoque exercitu flumen Albim transcendit, inde sub Tyberio à Barbaris tentata inruptio per Frisos (qui tunc cum gentibus adjacentibus Romano parebant Imperio) ob sævitiam cujusdam Olenij primipilatis eorum Præfecti deficientes, dum insueta onera imponeret: quorum manus vix evadens Olenius in Hevum Castellum ad littora Oceani (ubi valida manus Romanorum præsidebat) se recepit. Illic obsessus, & à L. Aponio inferioris Germaniæ Proprætore solvente obsidionē suppressi motus, Frisis in suâ redire compulsus. At Germanicus Cæsar Drusi fil: similiter aliorum conatus restrinxit cuncta restituens in pristinum statum: deinde per A. Cecinnum legatum exercitus inferioris Germaniæ ac Samnium Maximum à Caucis interemptum. Inde per Domitium Corbulonem præf. militum (qui descripsit Frisis agros, quibus se continere deberent) & Senatuum & Magistratus ac leges imposuit, et ne iussa exuerent præsidium *inde munit*. Hactenus Tacitus, ibi & paulo post. Ne tamen miles otio exiliret, manu militari fossam xxij. milium spacio inter Rhenum Mosamque produxit, quâ incerta Oceani vitarentur. Item per Paulinum Pompeium, qui inchoatum ante lxij. annos à Druso aggerem coercendo Rheno absolvit, cui Avitus successit, qui Frisos (occupatis ad Rhenum agris) Ducibus Verris & Malorige in pristinas sedes ire compulit. Hinc per L. Pomponium, & novissimè per Petilium Cerialem legatum provinciæ cis-Rhenanæ quietè administratæ, & in fide servatæ, ut puta à Cæsare Augusto usque Imperium Domitiani, nisi quod sub C. Cæsare & tempore intermedio (quo sub Vitellio atque Vespasiano de Imperio certabatur) si qui motus gètium vel inruptiones factæ sunt, seordiâ Ducum & seditione Legionum acciderunt. Sub Trajano tamen cuncta restituta. His sic se habentibus cum & tempore Neronis utramque oram Rheni in Ditione Romanorum fuisse constat, quis credet hosti ac profugo Romani Imperatoris, Romano in solo ullum paruisse refugium, cui nusquam tutum aut consultum esse poterat, quo Romani Principis autoritas aut indignatio æstimabatur? Aut qui hostibus ac Barbaris tantâ potentia fretis ne municipia locarent restitère, Exulem autem infestum Romanis, præsidium condere toleravissent? quod nec de aliis exilibus Romanis ullò unquam tempore legimus factitatum, nisi si qui certo loco proscripsi, pro commoditate atque memoria eorum domos templaque ædificaverunt permissu Principum.

Nec invenimus apud aliquem scriptorem probatum, vitam ac Tyrannidem Neronis describentem quempiam nomine Antonium, sævitiam ejus fugientem in Gallis Germaniisque fuisse receptum. Sed in vitâ Domitiani Augusti meminit Sextus Aurelius Victor L. Antonij superioris Germaniæ Præsidis

Olenius
primipilatis
Frisij, Præ-
fectus, vulgo
dicitur Olen-
is, quasi Ca-
pito, ab idò
Melandia
nomine ali-
quid dicitur
omne.

immunit

Pleròque
tempore
Ne omni ab
aliqua ex-
le non est
conditum.

Præsidis injuriâ verborum provocatum ab eo defecisse, & bellum movisse, sed statim per Morbafuro Lappium extinctum fuisse.

Verisimilius ergo est Trajectum sub Iulio Cæsare initium sumpsisse, & à M. Antonio viro illustri collega ejus in Gallicis expeditionibus (qui Octaviam sororem Augusti Cæsaris uxorem duxit, & aliquot oppida sui nominis in Galliis instruxit) Anthoniam nomen sortitum, sive quod magis placeat, credimus hanc urbem inter illa castella connumerari, quæ à Druso ad Rhenum posita fuere, & ab Anthoniâ illius conjugè, aut ab Anthoniâ uxore L. Domitij (cujus supra meminimus) ex Octaviâ sorore Augusti genitâ, aut Anthoniâ matre Claudij filij Drusi Germanici vocitatâ; veluti ab Agrippinâ Coloniam Agrippinam, à Druso ejus patre fossam Drusianam; à Flavio fratre Arminij Flevum castrum; à Vipianâ M. Agrippæ filia Vespe, ab Alpheno, vel juxta Antoninum corruptè Albiniana Alphen, à Aspernate, Asperna, à Vetere, Castra vetera, licet castra Vetera fuere tempore Cæsaris, & cætera id genus nomina sortita, quorum adhuc sunt vestigia. Cornelius Tacitus lib. xij. Sed Agrippina (scilicet uxor Claudij) quò vim suam sociis quoque nationibus ostentaret in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniamque deducit impestrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. At L. Domitij in vitâ Tyberij Cæsaris idem Tacitus meminit, hoc modo scribens: Obiit L. Domitius, electus cui minor Antonia Octaviâ genita in matrimonium daretur, qui postea exercitu flumen Albim transcendit longius penetratâ Germaniâ, quam quispiam priorum, easque ob res insignia triumphii adeptus; à quo & Augustus trames vastas inter paludes non longè à loco Varianz cladis aggeratus, & pontibus longis apertus in Cherullis, sive à L. Antonio multâ claritudine generis nepote sororis Augusti nominatim vidimus, cujus & ipse Tacitus meminit. Potuit ergo fieri, ut ignari historiarum pro Druso (quem Iustinus & Drusum Neronem vocat) Cl. Neronem Agrippinæ filium opinati sunt, & hinc initium erroris subortum. Nec ab re videtur, si etiam ante adventum Cæsaris hanc urbem inter Barbaros dariiisse aliquis asseruerit propter commoditatem situs & ubertatem soli longè præstantioris, quam in locis circum vicinis, quæ intacta non remansere, cum & provinciæ hæc eâ tempestate etiam frequenti colono habitarentur; ita, ut agri non sufficerent. Non est ergo opus obscurum conditorem hujus urbis somniare, ubi de tot illustribus auctoribus tam dilucida habentur argumenta. Divus enim Anthoninus in suo Itinerario meminit Trajecti, qui xvj, in ordine post Cæsarem imperavit 70. annis inter ipsum atque Neronem efflaxis, nec verisimile est tam modico temporum intervallo Trajectum in tantum coaluisse, ut à tanto Imperatore mereretur designari.

Norbanum Appium

Trajectum
sub Iulio
Cæsare
positum, aut
sub Druso.

more constructa,
nullis auctoribus
classis innotuit.

Alpheno Alphen vel juxta
Antoninum corruptè Albi-
niana; à L. Apollonio, As-
perna;

Ultraiectum
etiam ante
adventum
Cæsaris fo-
ruisse videtur.

1. encher

At Itinerarium Antopini nomine
editum, a posterioribus plurimum,
etiam diversis temporibus auctu
fuit, cum et Constantinopoli, et
aliorum recentiorum locorum me-
minerit.

⊕

In monasterio Egmunde, in aula qua dicitur Comitis,
fragmentum in pariete

... EVER PIUS PERT A ...
... M TRIB POT
... N AVG PIUS P O ...
... P II PERT AVG FIL F M
... MAXIMO PERP AVG

In caenobio Roomburg prope Londin ad veteris Rheni
alveum

IMP. CAES. L SEPTIMIUS SEVERUS AVG F
M AELIUS ATONINVS CAES. COH XV
VOL ARMAMENTARIUM VETUSTAE
CONLABSUM RESTITVERWT SVB
VA. PVDENE LEG. AVG. R. R. CRATE
CAECIL. BAVE TRAE.

A tergo eiusdem saxi

... ES NERVAE TRAIAN. C
... GER DACICO ...
... TRIB P. PP CO. XV
... P. LVCENSIVM P F

In alio saxo ibidem.

... RVS PIUS PERTINAX AV.
... M TRIB. POT VIII IMP.
... AVG PIUS PONIF. MAX
... P. L. SEPTIM. SEVER. PII P. F.
... COH. XV VOL CR. LE
... G. AVG GER. PR. PR. VEIL.

*In Maerfen
Supra postes templi*
EHLDEHART RICLINT.

In tegulis vetustis coctis.
Ex GER INF.
LEG XXXII.

*In Afen.
In lapide cocto reperto
in sepulchro*

⊕ ADE
LART. D.
III NON
AVG.

*In conventu Sion prope Delft,
Columna reperta in vltigine, prope Naeldwyck, in
qua haec inscriptio.*

IMP. CAES.
M. AVREL ANTO
NINO AVG. PONT.
MAX. TR. POT.
XVI. CO. XIII. ET.

IMP. CAES.
L. AVREL. VERO
AVG. TR. POT.
II. COS. II. ARMA
F. C. M. P.

XII.

*In Haga Comitibus
In adibus Praefectorum de Wassenae.*

...EVER PIVS PERT. A. . . .
...MAX TRIB. POT. XIII. . . .
...NTONIN. PIVS AV. . . .
...ER MILIT. LEG. I. ME. . . .
...ENEDIORV. . . .

*In castro Londerstoot
prope Traiectum in tumba saxea*

ADNAMAIHAERR
MAILORIVS VICTORET
MAILORIA MAIORENA
FILI F. C.

nes, gentem in Oceani litoribus & paludibus inuis sitam, virtute atque a-
 gilitate terribilem periculosam in Romanorum fines eruptionem meditan-
 tes, in ipsis Francorum finibus oppressisse; Post quem, hæc provinciæ circum-
 Rhœnanæ in jus Francorum Saliorum concessere, (qui dudum apud Exan-
 driam sedes collocarunt) & Francia Orientalis (æpta vocari) quorum Reges
 in literis suis sæpius meminere Trajecti veteris. Quod si sub Rege Dago-
 berto hoc nomen fuisset assecutum, jam non Trajectum vetus, sed novum
 dicendum foret. Cumque ecclesia Trajectensis ab his Regibus Francorum
 felicia initia & fausta incrementa sumplerit, ad fundatores & rectores Ec-
 clesie istius sermo noster divertetur.

De origine & fundatoribus Ecclesie Trajectensis.

CAPVT V.

MISSIS jam Regibus antiquis, qui vel Idolis sacrificabant, vel rel-
 ligione Christianâ initiabantur, eorum solum propositum est me-
 minisse, qui fide, pietate & cultu erga Deum pollentes claruere, &
 primordia Ecclesie Trajectensis edidere, ne stylus noster in infinitum
 tendat. Is erit Dagobertus Rex Francorum, Clotario (filio Hilperici
 Regis dolo Fredegundis cõjugis occisi) genitus: licet ipsi Clotarius ac Theo-
 dobertus Reges jam confirmaverant, quasunque donationes factas Ec-
 clesie Trajectensi ejusque villas & possessiones (quas possidebat, & quæ pic-
 tate Christi fidelium consecuta erat) immunitate donantes, ab omni regia
 potestate & seculari Iurisdictione exemerant. Dagobertus itaque patre de-
 functo in amplissima Regna succedens, circa annum Salutis Christiane
 Dcxxxj. Qui à patre adhuc puer committitur curæ Arnulphi majoris domus
 (postmodum immensæ Episcopi Urbis Mediomatricæ) ut eum sacris lite-
 ris ac moribus institueret: dirigitur postea à patre cum Pippino Duce in
 Austrasiam (hoc est quiddam inter Rhenum, Mosam & Oceanum interja-
 cet) regnaturus. Cùm autem in virum adolevisset Wandragisilum Ducem
 Aquitanie patri suo à consilio percharum (eo quod illi quãdam contuma-
 cia despectui esse videretur) verberibus affecit, & barbæ rasiõne ac vellica-
 tione deturpavit: Quod cùm patri innotuisset, iussit filium trahi ad suppli-
 cia. Ille furorem timens paternum, confugit ad templum Martyris Dioni-
 sij, & sociorum tutelam suppliciter exposcens: Quorum suffragiis à nullo per-
 sequente potuit inde dimoveri, donec perperratum facinus pater ignosce-
 ret; unde & locum illum maximè observavit, ubi postmodum ingentia do-
 na contulit, & prædia largitus est. Hinc teste Reginone, sanctos Dionisium
 & Mauritium martyres, & Martinum confessorem (cujus limina aliquan-
 do visitavit) in summâ semper habuit veneratione: de quo sic ait Abbas Vr-
 spergensis sive montis Vrsorum. Dagobertus Monarchiam in tribus regnis
 solus obtinuit, fuitque fortissimus & Francorum nutricius, in judicis Ec-
 clesti-

Ta
A conspèreTraiectum
vetus.Dagobertus
Rex Fran-
corum anno
637.

humanae

sanctitatis

Sandragelum vocant Regino
et alijEulogium
Dagoberti
Regis.

clasticis severissimus, largitor Elemosynarum præcipuus, pacem in regno suo statuens, & timorem gentibus in circuitu incutiens, ipseque velut Salomon pacificus regnum obtinuit quietus. Cujus vitam ac mores utinam nostræ tempestatis Reges ac Principes saltem in parte imitarentur, & cum annis pueritiam exuerent. Qualiter autem hic Rex juventam duxerit, & ad cultus pristinos mores mutaverit, ex literis ejus potest cognosci, quas Abbas & Conventus Willenburgensis superioribus annis, Cæsare Maximiliano cum Philippo ejus filio, legato Apostolico, & oratoribus multorum Regum & Principum conventum celebrante in oppido Haganorum, contra Philippum Comitem Palatinum Rheni in Iudicio exhibuerunt, auctoritate etiam multorum Imperatorum pro majore fide approbatas & confirmatas, ipso Cæsare & plerisque aliis vetustatem admirantibus, quarum exemplar idcirco huc duximus inferendum.

Exemplar literarum Dagoberti Regis.

*De hoc in
Erimonto
vide Naus
cleri gene:
tatiene 1.*

Dagobertus divinâ favente clementiâ, Francorum Rex, omnibus regni sui primatibus, imò cunctis fidem Christianam præstentibus, tam futuris quàm præsentibus; Votum, quo Deo, vel sanctis ejus, se quis obligaverit, sine maculâ reatus irritum fieri non potest: Et quanto major & dignior est is, cui vovetur, eo ferietur graviori iudicio voventis & non reddentis præsumptio. Debemus igitur & volumus nos quoque reddere quod vovimus Domino Deo terribili apud omnes Principes terræ, qui qualiter in brachio suæ virtutis & nos terruerit, & qualiter percutiens & sanans rursus nos visitaverit omnibus ad exemplum correctionis notum fieri dignum duximus, præcipuè, ut quisque fidelis audito nostro periculo, ab Ecclesiarum Dei vastatione se contineat, & honorem cõgruum rebus Deo dicatis exhibeat. Primum ergo de divina super nos habita terribiliter examinatione, postea de voto & voti nostri redditione breviter exponemus. Patre meo Clothario felicis memoriæ defuncto, patrii regni curam suscepi, sed vivendi ductus levitate, dominandi que cupiditate distractus, regalis officij debitum neglexi, nihil exhibens sollicitudinis vel diligentia, nihil faciens vel indicans mansuetudinis aut zelo iustitiæ dignum: Inter alios excessus meos, Ecclesiarum Dei destructor, & dissipator esse ceperam, quarum defensor & sublimator esse debueram; nec Divinæ majestatis oculos, nec hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obstinatæ mentis superbiam conterens virga correctionis iniquitates meas visitavit, & castigato mihi veniam non negavit: Nam raptus in sublime, divinæque Majestati inter choros Sanctorum in habitu judicantis sedenti, præsentatus à sanctissimis Ecclesiarum Patronis, pro rebus Ecclesiasticis per rapinam à me distractis & consumptis, graviter & constanter sum accusatus: Maximè à sanctissimâ Dei genitrice Mariâ, & beatissimis Petro & Paulo Apostolorum

*Vita Da
goberti*

*Dagoberti
à Deo cor-
pelli.*

*Seminium
Dagoberti*

prince-

principibus, cumque conscientia gravatus non auderem delicta defendere, ex arbitrio præsentis pænæ sum addictus: Denique cæso & pænis atrocibus confecto, succurrit mihi tandem specialis meus patronus Martyr Dionisius, qui precibus suis & instantiis pænæ dilationem & pœnitentiæ mihi tempus obtinuit. Idem ipse quasi modum statuens pœnitentiæ in hoc mihi spem plenæ posuit indulgentiæ, si ad honorem Dei & prædictorum Sanctorum (quos magis offenderam) domum divinis aptam servitiis construerem. Quæ permissio lætatus libens vovi, dimissusque à superis redii. Igitur sub certâ spe remissionis & indulgentiæ peccatorum nostrorum reddentes alacri studio votum quod fecimus, Ecclesiam in honorem sanctæ Trinitatis & sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, in loco qui dicitur Wiszenburgh, construximus: quam sublimare, & regali munificentia ditare decrevimus. Donamus ergo ei, & in perpetuum, datum esse volumus de rebus Fisci nostri illic adjacentibus, quicquid ad nos spectat tam in villis, quam in mancipiis, sylvis, vineis, campis, pratis, piscuis, aquis, aquarumque decursibus; & omnia hæc in usum fratrum ibidem sub Monastica professione Deo servientium liberâ traditione redevimus; & ut hujus nostræ donationis autoritas in omne tempus stabilis, & firma perseveret, terminos & circumjacentium nomina locorum subnotare curavimus. Versus Orientalem plagam extenditur Marcha, quam tradidimus usque ad Marchihovenum, & ad Aldenherde, & inde ad Geboldesberge, & inde subter vadum Luræ, & inde ad Bonzdingelchurst, & inde ad limitem qui stat in sublimitate vallis Immenndal, & inde ducit ad meridianam plagam super Warzbach, & inde ad Rodemolo seystamphe, & inde ad Sebach, & inde ad Kirchdale, & inde ad Ingelshage, & inde ad sylvosos montes usque ad Bedebur; ad Occidentalem verò plagam usque ad Lutembach & Berembach, & inde ad Erlibach, & inde ad Grunenbrunnen, & inde ad Oerithscheit; Ad Septentrionem plagam usque ad Eutenbergh, locum autem ipsum (quem singulari amplectamur dilectione) nunc & deinceps ab omni servitutis oppressione liberum sub regali volumus esse tuitione; Ita videlicet, ut nullus Iudex publicus, nullus ex Iudiciaria potestate, quicquam potestatis, vel negotii in ipsa Marcha sine patris Monasterii licentia exercere vel habere præsumat, nec homines ipsius loci constringere, vel ad causas audiendas, aut freda vel tributa solvenda: Postremo nihil penitus ab eis audeat exigere. Illud etiam pari decrevimus autoritate, ut nullus Pontificum Nemetensis civitatis, vel reliquorum Episcoporum aliquam ibi dominandi, vel quasilibet causas agendi habeant facultatem. Sed sub nostræ immunitatis defensionem omnia illuc pertinētia pater Monasterii cum fratribus suis liberè & quietè possideat. Ad hæc monetam in se habentem imaginem & literas, expressamque similitudinem Nemetensis monetæ, eisdem loco concedimus, pari que nostræ autoritate donationem ratam & firmam esse volumus, ut homines ejusdem Ecclesiæ per omnes fines regni nostri, liberè negotiis suis inserviant, ita videlicet, ut nulli debitum Teloniarumque

Diuque

Votum De
gobere; &
ex eo abso-
lute.Wiszenbur-
gense Mo-
nasterium
ex voto con-
structum,
& donatum
à R. Dago-
berio.Termini
Monasterii
Wiszenbur-
gensis.

we

Euse

Immunitas
Monasterii
Wiszen-
burgensis.Ius eadem-
da monetæ.

umque

*In prom-
pudi: Mi-
nisteriales
Abbas
successum.*

*Datum
in ipso Mo-
nasterio
in se Maio
anno regni
nostri 24.
anno Do-
mini 623.
apud Mū-
sterum feri-
bitur. Tri-
themius an-
num post
Christi 629*

unusquisque persolvant, & nullas Iudex seu quilibet cuiuscunque ordinis persona in huiusmodi causa violentiam eis aliquam inferre presumat: Fratribus autem ibidem Deo servientibus, ut eò devotius & tranquillius sanctæ conversationis ordinem custodiant, liberam inter se eligendi sibi Abbatem donamus potestatem. Cui Abbati omnibusque ei succedentibus hoc speciale concedimus privilegium dignitatis, ut in ordinem & Ius possit promovere ministerialium, quemcunque de familia tali honore dignum judicaverit. Omnes etiam Ministeriales ejusdem Ecclesiæ ex Dño Abbate accipiant beneficium, soli que Abbati serviant, nec aliquam potestatem super eos Advocatus exercere audeat, nisi forte ex aliqua inobediencia, quasi ad rebelles illos Ministeriales constringendos, Abbas advocatum invitet; Reliqua verò familia legitimo loco & tempore ter in anno pro Iustitiâ faciendâ ad placitum Advocati debet convenire, & in servitium Advocati si præsens est, singuli singulos denarios solvere, exceptis his qui sunt de Immunitate. Quod si ex his placitis absens fuerit Advocatus, nihil ex his denariis deberat, nisi in servitio Regis esse probetur. Ut autem hæc nostra traditio & Iuris, & concessæ dignitatis institutio stabilis & inconvulsa jugiter permaneat, cartam hanc inde conscriptam adjectione Sigilli nostri roboravimus. Datum, quod fecimus, in ipso Monasterio, mensè Majo, die xi, anno Regni nostri xxiii. in Christi nomine feliciter, amen.

Dagobertus Rex, &c.

Item ex alia littera ipsius Dagoberti Regis.

Dagobertus Rex Francorum viris Illustribus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, vel omnibus gentibus, tam præsentibus quam futuris. Illud ad stabilitatem Regni vel remedium animæ nostræ perdurare credimus, si petitiones sacerdotum, quas auribus nostris patefecerint, ad effectum perducimus. Ided cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quia nos ad suggestionem viri venerabilis Radfridi Abbatis de Monasterio Wilsenburgo, balneas illas trans Rhenum in pago Auciacensi sitas (quas Antonius & Adrianus quondam Imperatores suo opere ædificaverunt) ad Monasterium (quod dicitur Wilsenburg) & est constructum in honore Sancti Petri in pago Spirensi, vixi fuimus concessisse, cum omnibus, & cum ipsa Marchâ ad ipsas balneas pertinente, quæ veniet in ambobus lateribus usque in fluxum Murga, & de unâ fronte ad partem Occidentalem rasta una, & de aliâ fronte ad partem Orientalem Leucas sex, quas homines loci illius sibi dicunt rastas tres esse. Propterea hoc præceptum cessionis fieri iussimus, &c.

Ex his ergo literis constat, quantâ religione & devotione erga Deum, pietate erga Ecclesias, & iustitiâ in subditos effulserit, ut non immeritò inter Sanctos & electos Dei sit connumeratus: Nam & plures alias Ecclesias & ædificas

Leucas sex.

Sancti

ædificavit & dotavit. Hujus providentiâ Christiana fides apud Trajectum antea seminata firmiter stabilita, ubi idem Rex (sicuti testatur beatus Marcellinus in vitâ Suitberti Episcopi) construi fecit Ecclesiam in honorem Divi Thomæ Apostoli, vel secundum alios Thomæ & Martini, quam Barbari ac Frisij successu temporis solo æquarunt, ita ut clarè intelligitur Christianam fidem in his regionibus, & præcipuè Trajecti inœpisse vigere à tempore, quo Reges Francorum illam suscipere, longè ante adventum Suitberti aut Wilbrodi. Nam Episcopi Colonienfes ab antiquo vindicare volebant iurisdictionem Ecclesiæ Trajectensis, quæ etiam ante tempora Dagoberti fuit Episcopalis, habens villas & possessiones, & à Clothario patre ejus ac Theodoberto Regibus bonis, & privilegiis dotata, ut præmittitur, & in proximo, & in vitâ Divi Bonifacii plenius docebitur. Sed irruentibus barbaris iterum extincta & successivè resuscitata Dagobertus tandem Mediomatricum veniens (quæ Metis dicitur) cum consilio Pontificum & Procerum filium suum Sigibertum in regno Austrasiæ sublimat, eumque sancto Cuniberto Episcopo Agrippinensis Ecclesiæ, & Pippino Duci, patri sanctæ Gertrudis, commendat, & cum regnasset annis xiiij. migravit ad Dominum. Spinogilo villâ Territorij Parisiensis circa annum salutis Dclxv. secundum alios Dclxiiij. Platina in vitâ Doni Papæ. Eodem fermè tempore Dagobertus Francorum Rex, vir callidi & astuti ingenij, nec consilio minus, quam manu promptus moritur, cujus animam ex manibus dæmonum, Lipporeâ insulam propè attingentium liberatam ferunt Dionisij & Mauricij Martyrum, ac etiam Martini confessoris auxilio, quos semper dum vixit, ut patronos coluit, & templis honoratioris reddidit. Claruit sub Heraclio & Constantino ejus filio, & Iustiniano minore Imp. Augg. Magnam invenio diversitatem temporis & annorum, quod scriptorum vitio contigisse haud dubium est. Nam secundum aliquos, Heraclius lviiij. loco ab Augusto accepit Imperium, circa annum salutis Dcxij. qui occiso Focâ imperavit annis xxvij. & obiit anno Dcxlij. ubi error trium annorum invenitur. Regino verò affirmat, Dagobertum obiisse anno Dcxij. Sanctus Ado Viennensis testatur Heraclium imperasse annis xxvj. & filium ejus Constantium mensibus sex. Constantinum verò hujus filium annis xxviij. & Dagobertum sub Iustiniano minori filio Constantini obiisse, regnasseque annis xliiiij. Quid ex his approbandum sit relinquimus prudenti Lectori discutiendum, in sequentibus tamen post Imperium translatum ad Francos & Germanos certior invenitur annorum supputatio.

Sigiberrus itaque patri succedens, Rex constituitur anno Dclvj. qui sancto **Konochio** dedit Episcopium Trajectense secundum Abbatem Urspergensem, Nec id aliter intelligendum est, quam de Ultrajecto, cum in Catalogo Episcoporum Tongrensium, & demum Trajectensium ad Mosam nullus inveniat inter Episcopos hoc nomine annotatus. Ex quo clarè liquet, apud Trajectum ab antiquo fuisse sedem Episcopalem, licet nomina & series Pontificum nobis per desolationes barbaricas sint incognita. Hic

Dd restantē

Dagobertus
Ultrajecti
D. Thomæ
Ecclesiæ
fuit.

Ecclesia
Trajectensis
ante Dagobertum
Episcopalis.

l. XLV.

Error in calculo temporis.

alij 638

Sigiberrus
Dagobertus
filius donat
S. Konochio
Episcopatum
Trajectensem.

forte 648

Konochio

*A Elnonensi
quadragesimo
Apud v. pergen. & Abbat. qui Mathildam appellat. Reliquit filium Dagobertum.*

*Pippinus
Major do-
mus Au-
strasiae.*

Thoufuidam

*Carolus
Marcellus
Pipini ex
Concubina
filius.*

*Pippinus
Radbodum
Frisie Re-
gem exu-
it Treuicis*

cap: 36.

*Donat S.
V. Vilebror-
de Treuicis*

cap: 42

*714. Pippi-
nus mori-
tur.*

testante Reginone, ex Regina ⁱⁿtruda puella genitus, sancto Amando eum be-
nedicenti, dum nemo responderet ^{et} die fertur, locutus & dixisse, Amen.
Alibi tamen legitur natus ex Nantilda Regina una cum fratre Clodoveo.
Hic Sigebertus filium parvulum habuit nomine Dagobertum, qui a Gri-
moaldo filio Pippini maiore Domus constituitur Episcopus Pistavenfis.
Vnde magna postea questio suborta est: obuit & Sigibertus sub Iustiniano
minore. Iam non est animus Regum Francorum successionem vitamque
hic describere, sed ex intervallo eorum facere mentionem, prout res expos-
cet, a quibus Ecclesia Traiectensis cepit incrementa. Nam successu tem-
poris Martinus & Pippinus junior filius Ansegiseli (Regibus decedentibus)
dominabantur in Austrasia. Martinus dolo Ebroini occiditur. Pippinus
genuit ex Plectrude nobili foemina uxore sua Drogum, que Ducatu Cam-
pania praefecit, & Grimodum maiorem domus Regis Childeberti, qui
habebat Radbodi Ducis filiam Thoufuidam uxorem, & patrem aegrotan-
tem visitans a Rangario Frifone interficitur in Basilica sancti Lamberti Le-
odij. Ex alia vero foemina Alpaide scilicet, genuit extra matrimonium Ka-
rolum, qui nominatus est Martellus, Ado Viennensis. Pippinus multa be-
lla gessit contra Radbodum gentilem Frifonum Ducem, & cum obtinisset
principatum sub diversis Regibus, scilicet Theodorico, Clodoveo, Childe-
berto, & Dagoberto juniore per annos xxvij. mortuus est anno incarnatio-
nis Domini Dccxiiij. mense Decembri, relinquens eundem Karolum ha-
redem principatum suorum. Hic Pippinus junior dictum Radbodum ex-
pulit Traiecto, & ut Christiani tutius de caetero habitarent, contulit sancto
Willibrordo Palatium vetus a Regibus & praedecessoribus suis constructum,
& in parte dirutum eis inhabitandum, uti habetur in Annalibus Leodien-
sibus: & civitatem ipsam una cum omnibus appendentiis regali donatione
concessit pro se & successoribus suis Episcopis Traiectensibus, teste beato
Marcellino. Paulus Diaconus Foroliviensis libro sexto ita inquit: Apud
Regnum Francorum tunc temporis Pippinus obtinebat principatum. Fuit
autem vir mirae audaciae, qui hostes suos statim aggrediendo conterebat:
Nam supra quendam suum adversarium Rhenum transgressus, cum uno
tantum satellite irruit, eumque in suo cubiculo residentem cum suis truci-
davit. Bella quoque multa cum Saxonibus, & maxime cum Radbodo Fri-
sonum rege fortiter gessit. Hic & alios filios habuit, sed ex iis praecipuus ex-
titit Karolus, qui ei post in principatu successit. Et paulo post: Apud Fran-
corum quoque gentem, Pippino vita exempto [circa annum Dccxiiij.] Jezus fi-
lius Carolus, (de quo praemiseraimus), licet per multa bella & certamina, de-
manu Raganifredi principatum sustulit. Nam cum in custodia teneretur di-
vino nutu ereptus, aufugit: ac primum contra Raganifredum cum paucis
bis terque certamen iniiit: novissimum apud Vinciam magno certamine
superavit, cui tamen unam, hoc est, Andegavensem civitatem concessit ad
habitandum, cunctam vero Francorum gentem ipse gubernandam suscepit.

CATALOGVS
EPISCOPORVM
TRAIECTENSIVM.

S. Willebrordus Episco-
pus I.

Rost verbum Euangelicum jam dudum in inferiore Germa-
nia seminatum, & postea barbaricâ incursione, gentiliq̃e fe-
ritate extirpatum Episcopo Traiectensi, de quo superius men-
tionem fecimus, funditus deleto, advenere ex Britannia viri
lucris, moribus & religionis sanctitate conspicui, quorum
maiores ex nobilibus Anglis originem duxere, quo eos con-
sonantia Germanicæ linguæ ad facile eos intelligendum proprius anima-
bat. Angli etenim & Saxones, & Marci, qui paulo antè Britanniam occu-
paverunt, egressi fuerant ex Germaniâ inferiore. Horum Dux & rector
præcipuus Willebrordus (postea Clemens) undecim fortissimorum Chri-
sti militum ad numerum Apostolorum stipatus catervâ, ex quibus Suitber-
tus proximo jungitur loco. Item Acca, Wigbertus, Willibaldus, & Wini-
baldus fratres, Lebuinus, Ewaldus, Werenfridus, Marcellinus, Adelber-
tus, directi ab Egberto Archiepiscopo Eboraci tanquam robustiores Athle-
tæ ad fructuosius plantandum verbum Dei in Frisus & Saxonibus, quod an-
te circa annum salutis Christianæ D. c. lxxxvij. per Wilfridum primum Au-
gustaldunensium ac Marcorum, postea Eboracensium Archiepiscopum
(regnante in Frisus Aldgillo, ac demum succedente Radbodo hinc in regno)
per Wigbertum ac Comites in corda idolatriis obnoxia frustra factum, sta-
tim exaruerat. Hi verò assumptum munus graviter obeuntes, glorioso cur-
su vitam finierunt, indomita colla Christo subjugantes, partim sanguine,
partim morum sanctitate & exemplo ipsum confesi sunt: nam successu
temporis Willebrordus Archiepiscopus Frisiorum à Sergio Papâ consecra-
tus, Traiecti sedem constituens, Epternacum ab eo conditum illustrat. Suit-
bertus item Episcopus post fidem per Frisiorum ac Saxonum Provincias la-
tè denunciatam, in insulâ Cæsaris (quam Germani *Werdam* vocant) qui-
escit, clarens in vitâ, & post mortem miraculis. Acca Episcopus cum Ec-
clesiam Augustaldunensem aliquandiu rexisset, feliciter obiit: Wigbertus
praesby.

*Viri de
& religio
Episcopi
Traiecten-
sem ex Brit-
annia egres-
si insularis
quorâ Dux
& auctor
S. V. Wille-
brordus.*

duo

*De hoc Egberto vide notas
nostras in Becamin*

*Wilfridus
Archiepiscopus
Marcorum sub
Aldgillo
Frisios des-
cet. 677.*

*S. Suitber-
tus Episco-
pus in Ver-
da Cæsaris
quiescit.*

præsbyter apud Fostelandiam insulam à Radbodo rege jugulatus, pro Christi nomine. Willibaldus Aareaci Eystari Episcopus in pace obdormivit. Winibaldus frater eius Heimbclamenti Monasterio præsuit Abbas, quorum germana fuit Diva Walburgis virgo, patrona nostra, Levinus item Episcopus apud Gandavum sacro Martyrio coronatus est; Ewaldi item duo, albus ac niger sacerdotes apud Nabiam Christum confitendo passi sunt. Werensfridus præsbyter apud Alifsonem nunc Elst in pace quiescit. Marcellinus præsbyter prædicatione sua Saliis, Francos, ac gentes circumvicinas convertens, plenus dierum moriens, Daventriam adornat. Adelbertus Levita filius Edilbaldi Regis Deirorum, cujus pater sanctus Oswaldus rex & Martyr, pro Christo demittens sæculum in loco dicto, Hallum, nunc autem Ek-munda solenniter requiescens usque in finem vitæ, plurimos ad fidem convertertere non cessavit. Hi omnes ex meritis antea vitæ sancti & domestici Dei habiti, adhuc nostrâ tempestate singulis in locis venerantur, quorum gestis hic parum immorandum duxi, cum ea prout à claris autoribus in scriptis redacta sunt, formis excusa tradidimus, & in lucem emisimus, ut qui volet, Lector ex amussim videre poterit.

Heyde

Levinus alius est a Livino, quare hic mihi errare videtur. Neda, vide Indaculu ss. Belgij, Molani. et notata a me in Bekam.

alii suis quoque in locis

Vita Sallorum ab Heida nostro conscripta. Et in lucem edita.

Anno Christi 690. Willebrordus venit in Frisiam cum socijs.

Hac narratio de morte Radbodi non est vera, sed conficta ad usum. Wulfranus cum anno 700. in Frisiam venit, et quinquennio post inde abiit. Radbodus autem obiit suo fatis 70 anno quatuordecimo post eius adventum. Vide annales Frisia B. F.

B

Argo

nox &

Anno 695 Willebrordus edificavit in Traiecto Oratorium S. crucis, ad dicto Baptistario & missis sacris

Anno itaque Salutis D. c. xc. Willebrordus natione Anglicus, gente Saxo-num, provinciæ Northumbranæ, anno ætatis suæ xxxij, cum socijs applicuit Trajectum, tum per Radbodum Regem Frisorum occupatum. Qui postquam illuc advenisset, instituit talem sibi vivendi normam, qualem in primitiva ecclesiâ legitimam observatam ab Apostolis, Christum inibi, ac in citeriore Frisiâ constanter euangelizans; sed nihil proficiens propter tyrannidem Regis ipsum Pippinum principem accessit, gratanter ab illo susceptus. Dignum duximus hic inferere obstinatam mentem ipsius Radbodi. Adductus enim per prædicationem Wulfranni Archiepiscopi Senonensis, ut baptizaretur, instincto jam pede uno, interrogavit ubinam major esset numerus Regum ac Nobilium Frisorum, in cœlesti regione, aut abyssu tartarea, audiens ab ipso Episcopo, eos omnes damnatos, qui absque baptismo obiissent, retraxit ilico pedem, inquit: Satius esse jungi prædecessoribus, quorum consortio carere nequiret etiam apud inferos, quam cum paucis associari superis, & paulo post subita morte interit; quamvis nonnulli reliquerunt in scriptis, ipsum super Burdonem fluvium à Carolo fuisse occisum, primum scilicet terrestri, demum navali prælio victum, Duce Popone, sive Bobone interempto, Anno tertio post obitum Pippini patris, qui decessit anno Dccxiiii. Expulso autem Radbodo ex Traiecto ac citeriori Frisiâ, circa annum Dccxiiii, Willebrordus illò denuò ad prædicandum remissus, proposito edicto provincialibus, ne quis prædicantibus molestia quicquam inferret, quam plurimis Christo acquisitis Trajectum rediens, circa ruinas Ecclesiæ ibidem in Episcopiò sub honore Divi Thomæ Apostoli à Dagoberto rege nuper ædificatæ, fundavit Oratorium in honorem sanctæ crucis, baptisterium in eo consecrans, ut volentibus confugere ad fidem, securius liceret propter munitionem loci, Anno Salutis Dc. xcv. deputatis ministris, qui

qui sacris obaudiis & hymnis, & divinis laudibus cantandis sedulo incumbereat.

Anno eodem Willebrordus rursus accititur à Pippino, à quo propter eloquentiam & doctrinam aliquandiu detentus, sequenti anno dirigitur Romam ad Sergium summum Pontificem, qui eum Archiepiscopum nedum Frisiorum, sed & gentibus circumvicinis consecravit in eade die natalicia Divæ Cecilie virginis & Martyris, imponens ei nomen Clementis, Anno scilicet Dcxcvj. Reversus itaque ab urbe, & latenter à Sancto Suitberto ^{su-} cepit, plerasque nationes in fidem Christi susceptas, & apud Trajectum numerum fidelium valde adauctum accedens, illic superædificavit in fundo prioris Basilicæ sancti Thomæ Apostoli, juxta arcem Ecclesiam cathedrallem, quam & in honorem sancti Martini Episcopi Turonensis dedicavit, una cum Suitberto & sociis, Anno Dcxcvij, quam & matrem omnium gentium vicinarum constituit: collocans ibidem Canonicos Cœnobitales, hoc est, communem & Apostolicam vivendi legem observantes. Non enim fuerunt Monachi, ut nonnulli volunt, nisi secundum Procopium eos ita nominaverimus, qui testatur in libro primo de bello Persico Christianorum sapientissimos vocari Monachos, & ad custodiam limitum arcibus præpositos, sed Canonici, qui utique regulam Divi Augustini, aut Beati Isidori tunc profitebantur per universas Germaniarum & Galliarum Ecclesias. Nam & Monasteria ab eodem constructa sunt, in quibus Monachorum & Virginum ad differentiam Canoniorum, congregationes constituit. Et beatus Marcellinus testatur in vitâ Suitberti, sanctum Willelicum presbyterum primum Canonicum conventus novellæ Trajectensis Ecclesiæ, vas virtutum, purâ intentione, spe supernæ retributionis, dereliquisse mundum, Christo sincero corde servire statuisse, in Monasterio Wardensi factum præpositum, sub eodem Suitberto abstinentiæ, continentiæ, cæterarumque virtutum omnibus fratribus dedisse exemplum. Tandem Bonifacium sibi deputans successorem, plenus dierum, magnoque sibi apud mortales relicto desiderio terrenam felici commercio in æternam vitam commutans, quievit in Domino anno Dcc. xxxvj, Epternaci sepultus. Theofridus verò Abbas scribit ipsum decessisse anno Dcc. xxxix, indictione septimâ, anno ordinationis ejus xlvj. ætatis lxxxj. anno Caroli Ducis xxvj. Idus Novembris. Hujus sanctissimi viri meminit Beda præbyter, Addo Viennensis Archiepiscopus, Marianus Scotus, & plerique alii scriptores insignes; sedit annis xl. uti præmissum est, Obtinuit pro Ecclesiâ Trajectum, cum omni districtu & territorio suo, atque omni jure in proprium possidendum. Item à Karolo Martello ejus filio oppidum Tielam, locum Elste, & castrum & pagum de Benthem, cum omnibus adjacentiis, ac jurisdictionem amplissimæ Diocesis. Sed Theofridus Abbas Epternacensis Monasterii, qui sicuti ipse testatur, sub Henrico IV. Imperatore vitam ipsius Willebrordi longiore cæteris stilo complexus est, asserit plerosque in augmentum divini cultus per amplâ erogasse patrimonialia locis ab ipso constructis. Primò Ducem Pippinum

695. Willebrordus à Pippino mittitur Romam.

Vocatur à Sergio Papa Clemens Archiepiscopus p. Frisiorum.

Ædificat S. Martinus Ecclesiam prope arcem anno 697.

S. VII. Willebrordus mox virum, substituit sibi Bonifacio. anno 719.

Septimo

Hic

Trajectum

perpetuo

Tielâ.

accipiens

willeicum

π Traiectum a principe Pippino civitatem ipsam Traiectensem

al.
Theodarij
Faminam vocat
Berthig in hist.
Lugdun.

num cum Blittrude conjuge 3. Idus Maij, anno regni Childeberti tradidisse integram medietatem Fisci Epternacensis, Theodardo Theodorici Ducis filio, sibi relictam. Hermiciam quoque Dagoberti Regis filiam addidisse partem alteram cum Villâ Montis, sitâ in pago Tulbiacensi, hæreditario jure possessam, cum appenditiis & adjacentiis omnibus 3. Kalend Decemb. Idem Pippinus anno 4. Regis Dagoberti vj. Non. Martij contulit villam in pago Mosariorum sitam, & à præter fluente Rinsuetra nomen sortitam, arce proprio per Blittrudem ab ingenuis coemptam: & in utroque loco ipse Willebrordus instituit vitam cœnobiticam. Carolus quoque ejus filius major domus, avus Caroli Magni apud Treviros consistens 4. Idus Maij integram villam Adricham dictam in Frisiis pago Kinheim superfluvium Vohlsenz,

Adricham
in Frisijs.

1 iam

Antverpium
castellum,
Marea sive
Hæres Imperij

ubi mare fluit in parte alterâ sitam Regio donavit testamento. Præterea Rothingus vir præpotens delegavit ei viventi adhuc ecclesiam in Antverpo castello sitam super fluvium Schaldim in pago Regensium, cum villis, appenditiis, & terriâ parte Telonij ejusdem castelli, quod nunc est Marca, ut aiunt, sive limes Regni. Et cum Antverpi incidit mentio, quod nostrâ tempestate Emporium totius Europæ longè extat præstantissimum, ne præcâ priiveretur gloriâ, licet ipse Theofridus suo tempore Castellum & Marcâ nominet, fuit tamen urbs vetusta & celebris, sicuti Sigebertus Gemblacensis, & scriptor Hassigimensis testantur, affirmâtes Antverpium ad Schaldim, Windlant ad Mosam, sicuti & Groningam (ut alibi legi) ad Amalim flamina sita,

Normanni
vra Empo-
ria destruxit
anno 837.

frequentabatur

nobilis emporia, clade ac rabie Normandicâ funditus fuisse delera, circa annum Dcccxxxvij, Antverpium itaque diu mansisse desolatam, paulatim propter commoditatem fluminis in vicum coaluisse, & insulam quam Schaldis effecerat, complexum, collocatâ postmodum per Principes Lotharingos, ac Brabantia Ducis, arce pro præsidio, diu caruisse portis & muris, eoque paulatim frequentatam advenis & negotiatoribus, ut crederetur, debere erigi in sedem Episcopalem, nisi Landelini hæresis obfussit, qui locum aliquot annis desœdayerat, sicuti & hodiè (proh dolor) Lutherianâ tæbe non est immunis. Hic enim Landelinus nîsus fuit pristinam superstitionem (cùm memoriæ traditum sit, Deum Priapum illic solere coli) rursus introducere, omnibus spurcitiis & lasciviis deditus, & se potenti sequacium virorum ac mulierum manu defendens, etiam alios in sectam suam jurare coegit, millibus aliquot hominum stipatus, circa annum Mc. xxiiij. Quod & Epitaphio apud Monasterium Præmonstratense reperto (cujus exemplar à doctissimo viro Petro Egidio Archivorum Antverpiensium Præfecto nobis traditum hic subnectimus) satis apparet de sancto Huniberto Episcopo Antverpiensi

Landelinus
quidam Pri-
ap cultum
diffusare
menses circa
annu 1124.

vide Rob. de monte
in append. ad Sigisberti
de hoc Landelino plura
tradentem.

Huniberti
Epitaphiũ,
quod est in
Milano flo-
ruit sub
Childerico
Francorum
Rege Episco-
pus fuit
1124.

INclite, qui meritis fulges Huniberte, Chorussis
Inter calicolas clarus felicia ducis
Oia, & excelsi Regis decoratus in aula ex.
Cujus ad exemplum vita ac moderamina Christi quondam
Belua mansuescit, tellus limphas dare jussa est

Barbara doctrinam nacta est Antverpia Christi,

Te duce

Te duce Coenobium superest quo moribus atque
 Religione pia foelix radiat Maricollis ^{collis}
 Respice prostratos Praesul mitissime servos,
 Horrida vipereis rabies quos morsibus urget,
 Eximia ac te dote pius lustravit Olympi
 Arbiter, unde decus tibi, laus & gloria praestans,
 At virtute tua nobis placidam ingere mentem,
 Tranquilla da pace frui, da corde sereno
 Rite procellofos fluctus componere nostros.
 Effera queso procul rabies abigatur in avum,
 Fac pietate fides crescat, spes ambiat alta,
 Instet amor studiis, luxus declinet inanis.
 Ut Christo laudes meritas persolvere nobis
 Detur, & aeternum vobis placare parentem.

Quod ideo interseruimus, quia magnam invenimus inter Traiectensem,
 Epternacensem, & Antverpiensem Ecclesias fuisse conversationem, & uti
 creditur, Templum apud Antverpium Divae Walburgis coetanae Wille-
 brordi dicatum, credimus esse donationem Rothingi hujus, cujus & no-
 mista in auro legimus. Heribaldus insuper dignitate fulgens tradidit in
 pago Marsum, in ora Mosae flu. una cum omnibus appendiciis Basilicam.
 Angibaldus vero villam Waderloe in Texandria super fluvium Dumella.
 Engilbertus cuncta, quae juris sui erant in villa Ersteho municipalia, & Al-
 feim villam integram. Ansbaldus omnem possessionem suam in Hockenstert,
 villam Disenam. Thitbaldus Ecclesiam integram cum adjacentiis suis in
 Mulvehem, Ebroinus Comes praecleara praedia in villa Riveram & Basilicam
 cum omni integritate in Millinga. Wachardus vir venerabilis Mansos sep-
 tem cum dimidio & molam in loco Erlo super fluvium Pramiam. Et sicuti
 idem affirmat Theofridus, plerique alii viri religiosi & illustres multa con-
 tulerunt, propter barbara hominum, locorumque vocabula, ab eo omissa.
 Donata autem Divus Antistes proinde imperitus est hinc Traiectensi Ec-
 clesiae, inde Monasterio Epternaco, prout visum fuit, necessariam submini-
 strans alimoniam. Nec verisimile est pios principes aliosque Catholicos ho-
 mines tanta elargitos, nisi motos sanctitate vitae ac visis illius miraculis.
 Donationum autem harum exemplaria aliqua hic annotamus.

Traiectensi,
 Epternacensi,
 Antverpiensi
 Ecclesiae in-
 ter se con-
 versantur

clericali

Donationes
 diversa Ec-
 clesiae Tra-
 iectensi colla-
 tae

est
sicut

S. Willa-
 brordi do-
 nata dispen-
 satio inter
 Ecclesiam
 Traiectensem
 & Epterna-
 censem.

hinc

Traditio Caroli filij Pippini de Traiecto & Fethna.

EGO Dei nomine illuster vir Carolus major domus, filius Pippini, quod-
 dam cogitans casum humanae fragilitatis, qualiter peccata possim ab-
 luere, & donante Deo ad aeterna gaudia pervenire: Idcirco donamus
 die praesenti, per hanc paginam Testamenti, & donatum in pepe-
 tuum esse volumus, hoc est ad Monasterium, quod est infra muros in Traie-
 cto ca-

Et castro constructum, ubi & Apostolicus vir D. & in Christo pater noster
 Willebrordus Archiepiscopus, sub sanctæ cõversationis cõnobitali ordine,
 custos præesse videtur, omnem rem in Fisci ditionibus quicquid in ipso Tra-
 jecto castro, tam infra muros, quàm à foris, cum omnibus adjacentiis vel
 appenditiis, cum illo pascuo Præjuncto, vel quicquid ibi Fisci ad præsens
 esse videtur, omnia & ex omnibus totum & ad integrum cum omni re qua-
 sita & inquisita, & similiter villam vel castrum nuncupatum Fethna, situm
 in Insterlaco, cum omni jure & soliditate sua; omnes adjacentias vel appen-
 ditias, tam ad ipsam villam Fethnam castrum, vel etiam ad jam dictum Tra-
 jectum castrum, ut diximus, aspicerere vel pertinere videtur, quantumcum-
 que ad partem Fisci, vel ad nostrum præsens esse videtur, cum omni integri-
 tate eorum, quicquid dici vel nominari potest, hoc est, una cum mansis, ter-
 ris, casis, domibus, ædificiis, accolabus, hæris, mancipiis, campis, pratis,
 pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus: greges cum pastoribus utri-
 usque generis, sexus, mobilibus & immobilibus, totum & ad integrum, ut
 diximus, à die præsentis ad ipsum Monasterium, vel ad ipsam casam Dei tra-
 didimus atque delegamus perpetualiter in Dei nomine ad possidendum, ita
 ut ibidem ab omni tempore pro nostrâ mercede proficiat in augmentis. Et
 quicquid exinde Patres ante jam dicti Monasterij, vel rectores pro eorum
 opportunitate facere decreverunt, liberam & firmissimam in omnibus ha-
 beant potestatem. Si quis verò, (quod futurum esse non credimus,) sive nos
 ipsi, vel aliquis de hæredibus & prohæredibus, seu qualibet opposita vel
 extranea persona, qui contra hanc donationem, quam nos pro divino initi-
 tu & animæ nostræ remedio ad instar testamēti fieri & affirmari decrevimus,
 venire aut agere, vel eam infringere conaverit, imprimis iram Dei cœlestis
 incurrat, à liminibus sanctorum, vel consortio Christianorum efficiatur ex-
 traneus, insuper inferat una cum socio Fisco auri libras quinque, argenti
 pondera decem coactus exolvat, & quod repetit evindicare non valeat, sed
 præsens donatio ad instar testamenti à me facta, omni tempore firma & sta-
 bilis permaneat, cum stipulatione subnixâ. Actum Herehallio villâ publi-
 câ in ipso die Kalend. Januarij. Anno II. Regnante glorioso Domino Theo-
 dorico Rege. Signum illustris viri Caroli Majoris domus, qui hanc dona-
 tionem fieri & affirmari rogavit. Signum Carolomanni filij ejus, Signum
 Gariaonis. Signum Odonis. Signum Baldrici. Signum Abbonis. Signum
 Engilbaldi. Signum Adalhardi. Signum Theodoldi nepotis ejus. Signum
 Bofonis. Signum Widonis. Signum Ginfriidi. Ego Rotdbertus subscripsi,
 Haripardus subscripsi, Audoinus præsbiter subscripsi, Chelmoinus subscri-
 psi, Chaldecancellarius rogatus à Carolo supradicto. scripsi & subscripsi.

Gravening

m. s. mere

In diplomate quod extat, in
archivis Martinianis expressit
libris legitur Nistrelaco.

Præjuncto

lietus

vel

7. n. 20

Herehallio
villa publi-
ca.

Anno 726.
Carolus
Martellus
Theodoricus
Regem con-
stituit: eius
annus secu-
nda a. f. Chr.
726.

P

Traditio Karoli de Marithaime sub Willibrordo.

Ego in Dei nomine Inluster vir Carolus Major domus filius Pippini quod-
dam cogitans casum humanæ fragilitatis, qualiter peccata abluere pos-
sim,

sim, & donante Deo ad æterna gaudia pervenire. Idcirco trado à die præ-
 senti per hanc paginam testamenti pro redemptione animæ meæ, donatum-
 que in perpetuum esse volo in loco nuncupato Marithime, ubi castrū fuit,
 ad Basilicam, quæ est constructa in honore Salvatoris Domini nostri Iesu
 Christi, & beatæ Mariæ genitricis Dei, sed & beatorum Apostolorum Pe-
 tri & Pauli, omniumq; Apostolorū, sanctiq; Ioannis Baptistæ, vel cætero-
 rum Sanctorum noscitur esse ædificata, quæ est sita in pago Bathua villa lu-
 ris nostri nuncupata Eliste, in loco Marithime, quantumcunque ibi ha-
 buit vel possedit Everardus, dum ipse infidelis Regi apparuit, & in Regis
 Francorum infidelitate, foris patriæ ad infideles se sociavit, & propter hoc
 omnes res suæ in fisco Regali fuerunt redactæ, quas gloriosus Rex Hilde-
 bertus genitori nostro Pippino de suo Fisco, & ex largitatis suæ munere cō-
 cessit, mihiq; genitor meus Pippinus iure hereditario in proprietatem
 cōcessit supra nominatam villam Eliste, quæ alio nomine Marithime vo-
 cata, quicquid supra dictus Everhardus ibi possedit, unā cum mansis, terris,
 casis, domibus, sylvis, campis, mancipiis utriusque sexus, pratis, pascuis,
 aquis, aquarumq; decursibus, mobilibus & immobilibus totum & ad in-
 tegrum: hæc omnia concedimus ad præfatam Ecclesiam, & quicquid Ever-
 hardus habuit in Bathua, vel possedit, eā ratione, ut Dominus Willebrordus
 Episcopus præfatas res in lus & Dominium suum recipiat, suorumq; suc-
 cessorum in Dei nomine ad possidendum, ita ut ibidem omni tempore pro-
 ficiat in augmentum pro remedio animæ nostræ. Si quis verò, (quod futu-
 rum esse non credo) contra hanc traditionis chartam aliquam injustam in-
 terpellationem facere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, &
 liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ efficiatur extraneus, & sit anathemati datus,
 sitq; maledictus eadem maledictione, quæ descendit super Datham & A-
 byron, quos terra vivos absorbit; & quod reperit, evindicare non valeat,
 sed præsens traditio ad instar testamenti à nobis facta omni tempore firma
 & stabilis permaneat stipulatione subnixā. Actum Tulpiaco Castro publi-
 cè mense Iulio, nono die, Anno sexto regnante glorioso Rege Francorum
 Theodorico, Signum Caroli illustris viri, qui hanc traditionem fecit, & af-
 firmare rogavit. Signum Saleconis Comitis. Signum Folcarij Comitis. Si-
 gnum Bergetōsienis Comitis. Signum Magacharij Comitis. Signum Lin-
 dolphi. Signum Odonis. Signum Agilonis. Signum Herigeti Comitis. Si-
 gnum Erkenfridi Comitis, qui advocatus fuit Episcopi, & hanc traditionē
 manu suā cum domino suo recepit. Aldo clericus iussus à Domino meo Ca-
 rolo scripsi & subscripsi hanc Testamenti chartam in Dei nomine feliciter,
 Amen.

Eliste hodie
 Est pagus
 in medio ist
 vero inter
 Arnhemum
 & Herma-
 gum.

Marithi-
 me & Eliste
 idem.

tradimus in M. 5.

Tulpiacū
 castrū pu-
 blicum nūc
 Zuich, in
 Diocesi Cos-
 loniensi.

Fethna ho-
 die Fethna
 vchem supra
 Traiectum
 prope verum
 VViltabur-
 gum.

Tiela qua

De Traiecto, Fethna, Eliste & Benthem super sedemus scribere situm, sunt
 enim loca cognita satis & superextantia, sed si scire volueris quidnam fuerit
 ista Tiela, sive Tiele, sive Thuyle, ipsam esse credo, cujus Poëta meminit:
 Tibi serviat ultima Thuyle: ubi oppidum antiquitus celebre ab insalā nomen
 derivata est VVilbrordus est civitas ad VVaham f. in Batavia. Thuyle verò in sula Oceani Septentrionalis.

E c irahens

puto Hedam
hic ludere vel
nugari voluisse

lib. iii.

cap. 4.

trahens superest instauratum. Tota sedes ac portus negotiatorum. Nam tempore istius Poëtae incognitum erat Romanis, quicquid ultra Amasim primò & demum Albim flumina jacebat. Et Pomponius Mela nostram opinionem hoc modo confirmat L I I I. Thule Belgarum littori opposita est Graiis & nostris celebrata carminibus, in eâ quod sol longè occisurus exurgit, breves utique noctes sunt, sed per hyemem sicut alibi obscurâ, astate lucidâ, quod per id tempus jam se alius evehens, quanquam ipse non cernatur, vicinò tamen splendore proxima illustrat: per solstitium verò nullâ, quod tum jam manifestior non fulgorem modò, sed sui quoque partem maximam ostentat, &c. Et Claudian: Te, quotibet ito, sequemur in M. S.

Dignitas
Ecclesie
Traiectensis.

Hæc autem Ecclesia à primordio sanctissimis & clarissimis viris illicò frequentabatur, qui in omni genere doctrinæ & scientiæ, ac secularis nobilitatis splendore præcelluerunt: Nam & Oratorum & Rhetorum illo magis confluebat cœtus, uti legitur. Fuere enim (ut semel recensitos omittam) Winfridus Canonicus, qui Bonifacius postea Maguntinus Archiepiscopus, & Willebrordo successit in Episcopatu Traiectensi. Wiros Episcopus Deyrorum, Plechelmus Episcopus Massæ candidæ, Jobanus Comes, Willefcus, Gerardus, Theodoricus & Boso Præbyteri, Othgerus Levita, Gregorius verò & Albricus, & plerique alij gloriosi viri, qui regio & alto sanguine originem duxere, prout videbitur in sequentibus; Ita ut, sicuti Sulpitius Severus testatur de excellentiâ Ecclesiæ sancti Martini Turonensis; vix aliqua civitas vel Ecclesia fuerit, quæ de Traiectensi Clero non peteret sibi sacerdotem: Nam Bonifacius ad Maguntiaci, Gregorius & Albricus ad Colonia Agrippinæ, & successu temporis alij ad alias Ecclesias regendas acciti sunt, uti patebit suo loco.

Jobanus Comes / supus
& genere
& doctrina
clarus.

Bonifacius Episcopus 2.

Winfridus, qui & Bonifacius, item natione Anglus, vel secundum alios Scotus, nobilibus quoque ortus natalibus, accessit sanctum Willebrordum, vir omni sanctitate & scientiâ adornatus, clarus doctrinâ & eloquio; divinâ admonitus aspiratione, ut Germaniæ fines adiret, Francorum gentem diversis errorum laqueis adhuc ~~instituta~~ nobiliter instruxit, & hæreses constanter extirpavit, Evangelico dogmate ad eò præcipuus, ut Apostolis ipsum cœquaret. Postquam autem annis xiiij. cum Willebrordo esset conversatus, demum ad regimen Traiectensis Ecclesiæ assumitur ab eodem, & famâ virtutum suarum undique crebescente, Anno Dccxvij. à Gregorio II. Pontifice Maximo accessit Romam, præficitur universæ Germaniæ prædicator, ordinatus Episcopus, imposito libi nomine Bonifacij, Archiepiscopali postea exaltatus est dignitate, Magunziacam Ecclesiam

inactam

Ecclesiam regendam suscepit, destituto Gervilione Episcopo, eo quod hominem patris sui occisorem interfecit, & cum canibus venationibus citra Episcopi gravitatem intenderet, in ejus locum surrogatus, quamvis alij dicunt ipsum Romano Maguntiatensi Episcopo à Karolo Principe datum successorem. Vbi inter homines constitutus, Angelicam nihilominus vitam exercuit. Hic per autoritatem Zachariae Papae, Pippinum Regem Francorum more electum, in regni ~~solium~~ sublimatum ~~in~~ in civitate Sueffionum; construxit & Monasterium ad flumen Fuldam in solitudine Buchoniae cum jam erexisset duos Episcopatus ex Diocesi Moguntina Wertziburgensi & Eystatensi; evindicavit & Trajectensem ecclesiam ab omni servitute, quam Hilperus Coloniae Agrippinae Episcopus illam sibi ex donatione Dagoberti teneri jactabat. Consuevit & Monasteria & loca Deo sacra infatigabilis visitare, aut reformare in melius: Unde legitur, quod ipse ac sanctus Wilibrordus nedum terminos suae Diocesis peragrabant, sed & alia loca sacra frequentabant, praecipue locum dictum Eoka, juris Leodiensis Ecclesiae, ubi Monasterium in proprietate nobilis viri Adelardi & Germerae conjugis suae sacris & religiosis virginibus dedicatum, in quo Dominus in eorum adventum ~~pleraque~~ miracula facere dignatus est. Accivit & ex Britannia tam viros, quam mulieres religionis & variae scientiae fulcitos, ad cooperandum sibi, quos tanquam morum magistros diversis in locis praefecit, inter quos Diva Walburgis. Tandem à Carolo Principe (qui primum Radbodum, & demum Reges Frisiae bello delevit, Frisiam sibi subjugavit) & à Pippino Rege maximis privilegiis & donationibus in utilitatem ecclesiae Trajectensis est honoratus. Primum Eobano Chori-Episcopo, ac demum beato Gregorio successori suo, ecclesiam Trajectensem, ecclesiam verò Moguntiacensem Lullo committens; cum jam Francos, Thuringos, Hessos, Saxones, Boructuarios, & plerosque alios populos Christo acquisivisset: Novissime transiens ad Frisios, ex quibus etiam multos subjugavit fidei, cum sociis quinquaginta duobus apud vicum Dockingen in Ostrachia Marryrio coronatur. Passus est cum aliis Nonis Junij anno Declij, secundum alios Declv, Anno Episcopatus sui xvj. Anno quinto regni sui Pippini. Corpus ejus & aliquot sociorum Trajectum devecta, partim illic sepulta, & demum translata ad Fuldam Monasterium. Ex patris fuere viri religiosi, Praesbyteri, Diaconi, atque Monachi, sed clariores inter eos fuere Eobanus Episcopus, & Adalarius sacerdos, qui primitus juxta aliquos apud Trajectum honorabilem meruerunt sepulturam cum aliis in crypta ecclesiae sancti Salvatoris. Sed & ipsi quoque succedentibus annis translati Fuldam juxta corpus ipsius Ducoris quiescunt. Scripsit & plurima opuscula, ex quibus adhuc ista ferunt extare, Epistolarum librum unum ad diversos, vitam quorundam sanctorum librum unum, & aliquot sermones. Mors ista haud mansit inulta: nam concito furore paulo post praedam dividenda, digladiantes sese mutuis vulneribus interemere. At Christiani pro vindicta in superstitibus carnifices ~~corruerunt~~, quotquot deprehendebant interfectioni tradentes. Hic Bonifacius

Gervilia Episcopus Moguntinus depositus.

inunxit

Fulda comita a Bonifacio.

et aut in sancto proposito confortare

Ecce locus monasterii virginum celebris.

Bonifacius in Anglia viros piis atque famulus suos cat.

plurima

confirmatis etiam donationibus per reges & praedecessores suos obtentis; curam diocesis Trajectensis

Martyria S. Bonifacii in Docking 84.

Scripsit S. Bonifacius

mortuo

solium

sem

laeberhu

erat poponem

P

teste Hucbaldo monacho Elnonensi, qui tempore Caroli Calvi claruit Monasteria monachorum & virginum primus in Austrasie partibus construxit. Haecenus Ecclesia Trajectensis, licet nova & tenella quodam modo esset plantatio, Metropolitana fulgebat dignitate, sed continuis hostium incursionibus attrita, solita auctoritate carere, & declinare cepit: & ecclesie Colonienfi utputa florenti, & in felicitate constituta paulatim cedere; universa Diocesi per Saxones & Frisios Orientales, Duce Windikindo, & postea per Danos & Normannos afflictata, & in solitudinem redacta, ita ut Ecclesia ipsa Episcopum suum ammodo alere nequiret, nec onera aut impensas sustinere, praepediente egestate, ne ad sedem Apostolicam pro munere Archiepiscopalis benedictionis de caetero recurreret: Imo uti Abbanbus, per Archiepiscopum Coloniensem impendebatur consecratio: cessavit & mitis usus, usque ad tempora Godebaldi Episcopi.

Declinatio
sua Ultra-
sina ab
Saxones,
Erisios, Da-
nos & Nor-
mannos, ho-
stibus in-
cursantibus.

Regale praeceptum Pippini sub Bonifacio de rebus Ecclesie Sancti Martini.

Pippinus
confirmat
priori Ro-
gum domi-
norum &
immunita-
tes Ecclesie
Traiectensis
suae.

Pippinus Rex Francorum. Notum sit omnibus agentibus nostris, tam praesentibus, quam & futuris: Principali quidem clementiae cunctos decet accommodare aurem benignam, praecipue quando per compendium animarum a praecedentibus Reg. parentibus nostris ad loca Ecclesiarum probamus esse indulta, devota debemus mente perpendere, & congrua beneficia, ut mereamur ad mercedem esse participes, non negare, sed robustissimo jure nostris oraculis confirmare. Igitur Apostolicus vir, & in Christo pater Bonifacius urbis Traiect. Episcopus, clementiae regni nostri suggestit eo, quod antecessores nostri, vel parentes Clotharius quondam Rex, & Theobertus quondam per eorum auctoritates, eorum manu subscriptas, de illis S. Martini quod ad praesens possidebat, vel quod a Deo timentibus hominibus ibidem antea delegabant, integra immunitate concessissent, ut nullus iudex publicus ad causas audiendum, vel feda exigendum, nec mansiones vel paratas faciendum, nec fidejussores tollendum, nec homines ipsius Ecclesiae de qua libet causa diffingendum, nec ulla redhibitione requirendum, ingredi non debeant, unde & ipsas praecipiones jam dictorum Principum, seu & confirmationes illorum Regum, vel eorum manibus, antedictus Pontifex Bonifacius nobis ostendit relegendas, & ipsum circa eandem ecclesiam S. Martini, sicut a supradictis Principibus fuit indultum, moderno tempore asserit esse conservatum; sed pro affirmandi studio petiit & hoc denud circa eandem supra memoratam S. Martini Ecclesiam nostra debuerat auctoritas generaliter confirmare. Cujus petitionem pro reverentia ipsius, ut mereamur ad mercedem sociari, plenissimam voluntatem visum sumus praestitisse, vel omnibus confirmare, cognoscite. Praecipientes ergo jubemus, ut sicut constat ab antedictis Principibus de villis praefatae Ecclesiae D. Martini integra im-

villis ecclesie

debeat

* assidue non nostram ut

im

grā immunitate absque introitu Iudicium fuit concessum, ita & in antea me-
 diante Domino, inspecta priorum Principum authoritatis commoda con-
 ferrentur, & neque nos, neque juniores successoresque nostri, nec ullus
 quislibet de Iudiciaria potestate in villas antedictae ecclesiae, quae moderno
 tempore ubicunque in regno nostro noscuntur, vel in antea à Deo timen-
 tibus hominibus ibidē fuerint collatae aut collaturae, tam de ingenuis, quam
 de servientibus, vel de qualibet natione hominum in praedictis Ecclesiae
 Villis commanentibus, quod legitime ad ipsum Episcopatum vel ipsam ec-
 clesiam S. Martini legitimo redibit initio, nec ad causas audiendum, nec fi-
 de iussos tollendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec homines
 ipsius Ecclesiae de qualibet causa distinguendum, nec ullā rehibitione re-
 quirendum ingredi non praesumatis, sed si quid ipsi beneficium ab jam
 dictis Principibus ad supra nominatam Ecclesiam fuit indultum, & usque
 nunc conservatum, ita & deinceps conservetur; qualescunque superfluis
 super hanc nostram authoritatem, generalem confirmatam in Dei nomine
 parentem maneat inconvulsam, & quicquid exinde Fiscus non poterat spe-
 rare Illuminatis Ecclesiae in perpetuum proficiat in augmentis, & ut haec
 authoritas tam praesentibus quam & futuris temporibus Deo adiutore pos-
 sit constare, subter eam manu propria decrevimus robotare. Signum glo-
 riosi Pippini Regis Francorum, Merannus recognovi.

auxiliante
omnimodo

ipsius

distingendum
sicut

Locum scrib
pura cor-
ruptum &
malis offe-
sius. nosse

Merannus

Confirmatio Pippini sub Bonifacio Episcopo.

Pippinus Rex Francorum vir illuster, si petitionibus sacerdotum in om-
 nibus non negamus, Dominum exinde retributorem habere confidi-
 mus: Ideoque venerabilis Bonifacius Archiepiscopus nobis expetiit,
 ut confirmationem de rebus Ecclesiae suae S. Martini, quae est extructa
 in vico, qui dicitur Trajecto, super fluvium Rheni, eo quod Pippinus do-
 navit S. Martino, seu Carolus vel Carolomannus renovare vellemus. Ideo-
 que Pippinus Rex Francorum ad casam Dei concessit, vel ad illum Episco-
 patum, ut omnem decimam de terris seu de mancipiis, aut de Teloneis,
 vel de negotiis, aut undecunque à partibus Fisci census spectare videbatur,
 sicut diximus omnem decimam partem ad ipsam casam Dei S. Martini, in
 qua Dominum Bonifacium Archiepiscopum custodem praesens concessimus
 vel confirmamus in luminibus seu in stipendium Monachorum vel Ca-
 nonicorum, qui ibidem gentibus ad Christianitatem convertunt, & Domi-
 ni misericordia ipsos, quos habent convertos doceant, juxta quod alij Chri-
 stiani, eorum Christianitatem conservant, & in eorum praecipua conti-
 nere videntur, qui antecessores nostri saepe dicti Pippinus & Karolus vel Ca-
 rolomannus ad ipsam casam Dei per eorum instrumenta condonaverunt
 iuste & rationabiliter nos per nostram confirmationem, & gratanti animo
 nos concessimus vel confirmavimus, Cognoscite; Et ut haec authoritas co-
 nfirmationis nostrae firmior habeatur, & per tempora melius conservetur ma-
 nus

et ea quae

Ecclesia S.
Martini scilicet
causa Dei
& Bonifa-
cius eius
custos.

praesens videtur

Ec 3 nus

ibidem
in
in

viz

id quod

ab
partes

les

et quod

c

nus nostræ signaculis subter jam decrevimus roborare. Signum Pippini gloriosi Regis Francorum. Widinarius recognovi & subscripsi. Datum quod fuit mense Majo, die 23. anno secundo Regni ipsius gloriosi Regis. Actum Virmeria palatio publico in Dei nomine feliciter.

fecit

Virmeria
palatium
publicum
in Francia.

Gregorius Episcopus 3.

Gregorius
natione Frã
cua gente
Trevir.

Bonifacio itaque Martyrij palmam adepto, Gregorius successit natione Francus, gente Trevir, alto procreatus sanguine, licet quidam eum in Britannia ortundum ex illis, quos Bonifacius evocaverat in adiutorio prædicandi verbum Dei affirmet. Hic peracto ætatis anno decimo quinto, jam è ludo literario, cui consuevit operam dederat, Itemque ab Aulicis pompis, in quibus versabatur, relaxatus ex casu aviam suam Adulam nomine, quæ Monasterio sanctarum virginum haud longè ab urbe Trevericâ ad Mosellæ fluminis ripam, Abbatissa, uti ajunt, præerat, salutandi causâ accedens aliquantulum apud illam detinebatur. Tum Bonifacius vir Dei iter suum illac faciens, uti peregrinus exciperetur hospitio, paratâque mensâ, quæsito lectore, qui inter prandendum sacram recitaret scripturam, solus Gregorius adolescens oblatu est, qui porrecto libro legeret; Interrogatus ergo ab Episcopo an intelligeret, juvenili suffusus rubore, respondit confidenter Præsuli, se nescire. Ille verò sensum exponens, aures juvenis usque aded demulxit attentas, & præcordia ejus inflammavit, ut relicta patria posthabitis parentibus, illico peregrinum sequeretur antistitem in tanto fervore sacris literis & lectionibus sedulo insudans, ut brevi in talem virum evaserit, quem ipse Bonifacius adhuc vivens dignum in administratione Trajectensis ecclesiæ deligeret successorem. Censetur itaque hic vir in doctrinâ multum fuisse præcellens, & in vitâ ac morte claruisse miraculis. De quo idem Hucbaldus ita scribit: Fuit ex nobili Francorum sanguine procreatus, à beato Bonifacio olim in pueritiâ nutritus, gradu Ecclesiastico Præsbyter, pro tempore primum Episcopalis officij in Trajecto Castro, antea Wiltenburgh, vel etiam parrochiâ vicarius literarum scientiâ pollens. Rhetor atque orator insignis, & qui sacram Scripturam & vitam Sanctorû contexere solitus est. Hic direxit Lebuinum cum beato Marcellino ad gentes incolentes oras Insulæ flu, in confinio regni Francorum & Saxonum. Lebuinus autem obiit pridie Idus Novembris, anno Salutis Dcclxvj. Ad huius etiam Gregorij iussu idem Marcellinus conscripsit vitam Suitberti Episcopi plenus dierum: Nam supra ætatem centum annorum vixit, & lxxij. in seminando verbum Dei perseverans apud Aldensalam, obiit circa annum Dcclxii. translatus Daventriam. Instituit iste Gregorius Lutgerum à puero postea Minimegardensis, sive Monasteriensis primum Episcopum, quem

que legerat

Bonifacio
inveni in-
stituit.

Succedit
Bonifacio.

Lebuinum
& Marcellinum
mit-
sit ad Trã-
sulanos.

Instituit S.
Lutgerum
Monasteri-
ensi ecclesie
Episcopum.

A ecclesie

in eccle-

in ecclesiâ Trajectensi Deo Tyrone obtulerat, inde Alcivino, tunc Eboracensi, & demum Turonensi Archiepiscopo commendaverat erudiendum. Hic Lutgerus iussu Albrici consanguinei & successoris Gregorii apud Darentiam corpus Lebuini elevavit, & Basilicam fundavit ibidem, decessit tandem post multa sancta opera anno Dcccix, postquam Canonisationem S. Suitberti per Leonem tertium præsentente Carolo Magno factam in scriptis redigisset ad petitionem Rixfridi septimi Trajectensis Episcopi, quæ facta fuit 2. Nonas Septembris, anno Dccc tertio. Sepultus est autem Lutgerus in Monasterio à se fundato in Verthinâ, Gregorius verò in tantum, dicitur detestatus divitias, ut dulce venenum & præparationem ad interitum eas appellabat, in erogandis elemosynis largissimus. Tandem lxx. ætatis suæ anno gravatus paralysi, & continuo triennio per summam patientiam illa exhaustus, instante jam resolutione suâ, per triduum mortem suam antè prædixit, & ad altare ductus sumptâ Eucharistiâ statim expiravit viij. Kalend. Septemb. sepultus in Ecclesiâ sancti Salvatoris Trajecti, cum sedisset annis xxij. connumeratus cathalogo Sanctorum. In annalibus tamen Leodiensis Ecclesiæ habetur, quod sepultus sit in Ecclesiâ Sustrensi, ejsdem Dioceseos sacris virginibus dedicata, ubi & S. Wastradis mater ejsdem Gregorij requiescit, cujus festum celebratur xij. Kalend. Augusti: Gregorij verò x. die Octobris, & sancti Albrici successoris Gregorij, qui ibidem humatus est xvij. Kalend. Decemb. Quem locum Zuentobaldus Rex successu temporis sumptuosè ampliavit & dotavit, & occisus sepelitur ibidem, reputatus Martyr, cujus memoria celebratur Idib. Augusti: ubi & parva vestis pueri Iesu haberi dicitur. Quiescunt & aliorum sanctorum virorum & foeminarum corpora, quæ processu temporis elevata sunt, de terrâ sub diversis Episcopis Leodiensibus, & in sacrophagis & feretris deauratis decenter collocata. Gregorius enim atque Albricus consueverant se ad dictum locum ob religionem & sanctimoniam incolitium, crebrò devotionis causâ transferre, ubi & continuis fulgent miraculis. Claruit Gregorius sub Carolo, qui ob egregia facinora cognominatus est Magnus, à quo obtinuit confirmari omnes donationes & libertates à prædecessoribus suis Ecclesiæ Trajectensi concessas. Valuit etiam nedum sanctitate vitæ & miraculis, sed & spiritu prophetico, cum Albricum sibi successorem prædiceret, & alia quam plurima.

Monasterium Weiden
super Ruram fluvium a
Lutgero edificatum teste
Gregorio Crankio Melhop:
dorestat. lib. i.
divina.

Mortuus
et sepelitur,
& sancti
adscriptus,
videtur notata
ad Becanum

Ecclesia
Sustren.
sic clara san-
ctorum se-
pulture.

vizum

Confirmatio Caroli sub Gregorio.

Carolus Dei gratiâ Rex Francorum, vir Illuster. Si petitionibus sacerdotum omnibus non negamus, Dominum exinde retributorem habere confidimus: Ideoque venerabilis vir Gregorius Episcopus confirmationem bonæ memoriæ Domini genitoris nostri Pippini, quondam Regis, de rebus Ecclesiæ suæ S. Martini, quæ est constructa in Vico Trajecto, super fluvium Rheni, nobis protulit relegendam de rebus quas antecess-

Trajectum
Vicus ad
Rhenium,

anteceffores nostri Pippinus anterior, seu Carolus vel Carolomannus. Item-
 que & præfatus genitor noster ad ipsam casam Dei concesserunt, vel ad il-
 lum Episcopatum, ut omnem decimam de terris, seu de mancipiis, aut de
 Toloneis, vel de negociis, aut undecunque ad partes Fisci census spectare vi-
 debatur, sicut diximus omnem decimam partem ad ipsam casam Dei S. Mar-
 tini condonaverunt, vel confirmaverunt, ut in luminariis seu stipendiis
 Monachorum atque Canonicorum, qui ibidem gentiles ad Christianitatem
 convertunt: & Domini misericordiâ ipsos conversos, quos habent, doceant,
 juxta ~~quod~~ Christiani eorum Christianitatem conservant. Vnde & præfatus
 Gregorius nobis expetiit, ut ipsam confirmationem renovare deberemus,
 quod & libenti animo visi fuimus fecisse. Propterea per hanc præceptionem
 nostram decernimus atque jubemus, ut quicquid antecessores nostri sæpe
 dicti ad ipsam casam Dei per eorum testamenta condonaverunt ~~juxta~~ & ra-
 tionabiliter per nostram denuò confirmationem absque alicujus contradi-
 ctionibus memoratus Pontifex Gregorius ad ipsam casam Dei habeat in-
 dultum atque concessum. Et ut hæc autoritas confirmationis nostræ fir-
 mior habeatur, vel per tempora melius conservetur, manus nostræ signacu-
 lis subter eam decrevimus roborare. Signum Caroli gloriosissimi Regis.
 Data Kalend. Martij. Actum Aquil. palatio.

he

Casa Dei S. Martini confirmata

quod

Carolus cō- firmas dona- tione sua- rum ante- cessorum.

Albricus Episcopus 4.

Albricus sive Albertus, secundum Hucholdum defuncti Gregorij, sed
 secundum Rixfridum Episcopum sancti Suitberti consanguineus
 natione Anglicus ex Eboraco oriundus, dignitatem Trajectensem sus-
 cepit cathedre quartus post Willebrordam Episcopum Gregorij suc-
 cessor, & successu temporis civitatis Coloniae Episcopus, Trajectensem nihil-
 ominus regens Ecclesiam. Hic sanerum Lutgerum postea Minimigard-
 frede Episcopum, ordinavit Præbyterum, ad partes Frisiae dirigens, ut præ-
 dicaret verbum Evangelicum in pago Astrago, ubi sanctus Bonifacius pas-
 sus septem annis illic perman^{it}, quousque insurrexisset radix sceleris Win-
 deundus Dux Saxonum, avertens Frisones à fide accepta, devastans Eccle-
 sias, trucidans famulos Dei, & cogens populum Dei sacrificare Idolis, quo
 tempore Albricus migravit ad Dominum. Qui usque revelationem cor-
 poris sancti Lebuini, cujus inquirendi onus Lutgero commisit, circa annum
 Salutis Declxxvij. supervixisse creditur, cum fuit vir prudens & sapiens, &
 una cum Gregorio, sicut præmissum est in ecclesia Sustericensi, Leodicensi
 Diocesis, quiescit. Ioannes Beka scribit ipsum sedisse annis x. obiisse xij.
 Kalend. Septemb. Anno Declxxxiiiij. & sepultum Trajecti in ecclesia san-
 cti Salvatoris. Hic obtinuit donari Ecclesia Trajectensi, à Carolo Magno
 totum

De Lutgero Minimigarden-
 si ep̄o vide Cauchy non forte
 lib. v. c. 9.
 al.
 Ostergo.

S. Lutge-
 rum missus
 ab Albrico
 in Ostergo
 Frisia, docet
 ibi septenniū

Hæc in edito
 Cronico Behæ
 non habentur.

Albrici
 mors & se-
 pulchrum.

torum ripaticum super Leccam & insulam inter Rhenum & Leccam: nec non ripaticum super alveum Hemi, cum suis adjacentiis, insuper & villam patrimoniij sui nuncupatam Lisiduna in pago Flechite super Alveum Hemi omnibus pertinentiis, & quicquid Wigerus Comes ibidem in beneficium tenuit; sylvas sive forestatas in Hengestschote, Fornhorst, Mocochocht, & Widoc, quæ sunt de utraque parte Hemi. Et similiter Ecclesiam super Dorrestatum constructam, dictam Vbkirica, cum centum perticis terræ circumjacentibus, & ripatico super Lokiam & insulam prope ipsam Ecclesiam ad partem Orientalem inter Rhenum & Lockiam, & insuper confirmationem omnium bonorum & privilegiorum per Reges & prædecessores ipsius Regis Ecclesiæ concessorum sub datâ vij. Iunij, anno Regni sui viij.

Prope An
mersfordiâ
Lisiduna
& salina
hic commem
morati. Iâ
& Emis B.

Hengestschote

Donatione
Albrico
facta.

Traditio Caroli de Lisiduna sub Albrico.

Carolus Dei gratiâ Rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum, Si enim ex his quæ divina pietas nobis largiri dignata est, locis venerabilibus concedimus: hoc nobis ad æternam beatitudinem proculdubio pertinere confidimus. Ideo compertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad Basilicam S. Martini, quæ est constructa in Trajecto veteri subrus Dorrestado, ubi venerabilis vir Albricus præbyter atque electus rector præesse videtur, hoc est, villam nostram nuncupatam Lisiduna, in pago qui vocatur Flechite, super alveum Hemi, cum omni integritate vel adjacentiis seu appenditiis suis, id est, terris, mansis, domibus, ædificiis, mancipiis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, omnia, & ex omnibus quantumcunque Wigerus Comes ibidem per nostrum beneficium tenuit etiam & forestatas illas, quarum vocabula sunt, Hengestschote, Fornhorst, Mokochoth, Widoc, quæ sunt de ambabus partibus Hemi; similiter donamus ad Basilicam S. Martini, Ecclesiam quæ est super Dorrestad constructa, & vocatur Vbkirica, de omniq[ue] parte centum perticas terræ, & omni tempore prædicta Basilica spacium terræ centum perticas habere debeat, & cum eâ ripaticum illum super Leckia & insulam illam prope ipsam Ecclesiam ad partem Orientalem inter Rhenum & Lockiam. Hæc verò omnia tradimus à die præsentis ad præfata sancta loca perpetualiter ad possidendum. Ideo hanc præceptionem autoritatis nostræ scribere iussimus, ut ab hac die iam memoratus Albricus præbyter sive sui successores, qui fuerint rectores ejusdem sancti loci, prædicta loca ad opus jam dictæ Basilicæ habeant, teneant, gubernent, regant, atque disponant, & quicquid exinde ad præfectum ipsius sancti loci facere elegerint, libero perfruantur arbitrio. Et nullus quislibet de Iudiciariâ potestate, aut qualibet persona prædicto Albrico præbytero, neque successoribus suis de jam dictis rebus inquietare aut contra rationis ordinem, vel calumniam gravare quoquæ tempore præsumat, sed per nostrum largitatis præceptum prædicta Basilica jure valeat sumari, sed per nostrum largitatis præceptum prædicta Basilica jure valeat obtinere.

Basilica S.
Martini
in veteri Tra
jecto.

Flechite

Wigerus
Comes

ut
Ripaticum
super Lecc
iam est
perticis.

Immunitate
conceditur.

generare

ff obtinere

cum
nam
sunt

here

obtinere firmissimè. Et ut hæc autoritas firmior habeatur, vel diuturnis temporibus conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare, vel de annulo nostro iussimus sigillare. Signum Caroli gloriosissimi Regis. *alij viii.* Data vij. Idus Iunii, Anno nono ejusdem gloriosi Regis. Actum Numaga palatio publico, in Dei nomine feliciter.

Theotardus Episcopus 5.

^{hied}
Theotardus, sive Theodardus natione Friso, quintus Episcopus successit Alberto, in Sacra Scriptura eruditissimus Doctor, & excellens prædicator, qui tandem cum præfuisset annis sex plenus dierum & bonorum operum migravit ad Dominum, sepultus & ipse in Ecclesia sancti Salvatoris. Hujus temporibus adhuc Windikundus Dux, Rex Saxonum, & Frisiorum Orientalium, qui circa annum Dccclxxxij, contra Carolum rebellare cæperat occisis Frisus, ab ipso Carolo subjugatur sub quo & ipse Thiedardus claruit.

*Theodardus
Friso præfuit
annis sex.*

*Videkin-
du Rex
Saxonum
& Frisiorum
Orientalium.*

*In 115.
Dccclxxxiii. nam
2º 786 Christianorum
religionem suscepit.*

Harmokarus Episcopus 6

Harmokarus, sive Erwacherus sextus Episcopus subsequitur, secundum quosdam natione Frisus, aliis asserentibus ipsum Anglicum ex Regno Northymbrano Eboracensis Diocesis oriundum, prius Canonicus Trajectensis, vir doctus & religiosus, cum sedisset aliquot annis, diem clausit extremum quinto Kal. Decemb. sepultus & ipse in Ecclesia S. Salvatoris. Claruit & iste sub Carolo Magno Imp. Alibi tamen legitur obiisse quinto Kalend. Septemb. & sedisse annos xxvij. aut potius xvij.

Rixfridus Episcopus 7.

Rixfridus item Frisus natione, septimus in ordine Episcopus, vir doctus & fervens in religione, cujus Epistola ad sanctum Lutgerum Monasteriensem Episcopum adhuc extat, qua ipsum adhortatur, ut ordinem canonisationis Suitherti à Leone Papa celebratum, litteris perpetuaret. Ad annum Dcccxy. supervixisse comprobatur, quo tempore Stephanus

*Rixfridus
Frisus.*

phanus

phanus Papa descendens in Franciam, coronavit Ludovicum Piura, & Erm-
gerodam civitate Rhensis. Instituit à puero Fredericum genere Frisium no-
bileram à matre sibi commendatum, in disciplinâ Ecclesiasticâ erudiendum,
quem videns gradatim ad virtutum & literarum apices tendere, ordinavit
Præbyterum, prævidens illum sibi successurum, Hic impetravit à Carolo
Magno omnes decimas de mancipiis & terris suæ Diocæses, nec non Te-
lonium de quocunque negotio, unde fiscus Regius in Ditione Trajectensi
Telonium accipere & exigere consuevit: Nec non Dorestatum ipsum, urbem
Telonium de quocunque negotio, unde fiscus Regius in Ditione Trajectensi
Telonium accipere & exigere consuevit: Nec non Dorestatum ipsum, urbem
magnam cum mansionibus ejus perpetuâ possidendam, & à Ludovico Pio
ejus filio obtinuit confirmari de novo quicquid per genitorem suum Caro-
lum Imperatorem, avum Pippinum & antecessores donatum concessum vé-
fuerat. Carolus tamen excepit Monasterium sancti Germani Parisiensis,
quod per regna sua immunitate gaudere voluit, juxta præceptum à Pippino
patre concessum. Cujus immunitatis exemplar, ut constare possit, eas Pro-
vincias cum Trajecto, Dorestado, & locis circumvicinis, in ditione & pote-
state suâ fuisse, ne quis objicere audeat ipsum illa Telonia tanquam propria
non potuisse conferre, vel donationes Ecclesiæ Trajectensi factas robore non
subsistere, hic inseruimus.

S. Frederi-
cum aduoc,
& orat
præbytero.

Impetrat à
Carolo Mag
no decimas
& Telonia.

Monaste-
rium S. Ger-
mani immu-
ne à tribu-
tis in Dia-
cesi Ultra-
rhena.

Privilegium Abbatis S. Germani Parisiensis.

Carolus Dei gratiâ Rex Francorum & Lōgobardorum, atque Patricius
Romanorum omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus seu Iunio-
ribus nostris: si oportuna Beneficia ad loca sanctarum Ecclesiarum,
vel sacerdotibus præstare non desinimus, hoc proculdubio ad æter-
nam nobis beatitudinem retribuendam pro futurum confidimus. Ideo co-
gnoscat magnitudo sive utilitas vestra, qualiter venerabilis vir Rotbertus
Abbas de Basilicâ S. Vincentij vel domini Germani, ubi ipse præsentis cor-
pore requiescit, clementiam regni nostri accessit, & præceptum Domini &
Genitoris nostri bonæ memoriæ ostendit nobis legendum, ubi reperimus
in scriptis, qualiter propter nomen Domini præstitisse cognoscitur, ut annis
singulis quocunque in regno nostro negociantes ipsius sancti loci pergere
voluit, sicut ipse Robertus Abbas mercari videretur, tam ad luminaria com-
paranda, quàm pro reliquâ necessitate discurretes, tam extra Ligerim, quàm
in Burgundiâ, etiam in Aquitaniâ, vel in Provinciâ, vel in Francia, nec
non in Austriâ, quocunque in regna, Christo propicio, nostra pergere vo-
luerint, nullum Telonium, vel de Sarcinis, vel de carrucatione, neque de
navigio, vel de quâlibet redditione exinde ad partem Fisci nostri missi Ab-
batis discurrentes persolvere quippiam debeant. Propterea præsentis præ-
cepto decreuimus, (quod perpetualiter mansurum esse jubemus), ut non per
illos portus, neque per civitates, tam Veroduno, quàm Aurelianis, vel Am-
bianis, neque in Trajecto, neque in Dorestado, vel Neomago, neque per o-
mnes pontes, vel ad S. Maxentium, sive Parisius, seu Aquitaniâ, neque in
Burgun-

vide Ammoniu
de gestis Franc.
lib. v. cap. 11

Abbas S.
Vincentij
vel S. Ger-
mani apud
Parisios
ideam.

T. Pipini regis
beneficium

Et liber à
vestigali-
bus in Di-
ocesi
Caroli
Magni

decreuimus

parthius

velint
etiam

senonico

Tuassino

saumi

al. saluaticum
al. sperare

De barbaricis hifcu
uehgatorum uocabu-
lulis vide notas H.
Bignonij ad Veter.
Formulas.

Error in
calculo.
vide notata
ad Decanum

Burgundiã, vel in pago **Triaſſimo**, neque in **Xantonico**, vel per omnẽs ci-
uitates ubicunq; in noſtro (proſpicio Chriſto) regno aut pagis, aut terri-
torij **Telonius** exigatur, nec de nauali vel carrali, neque de **Saumi**, ſeu **Tra-**
ne evedione, vel rotaticum, vel pontaticum, nec pulueraticum, nec **ſalua-**
ticum, nec ceſpaticum, vel ullam redhibitionem, quam Fiſcus noſter ex-
inde poſſit ſpectare, nec vos, aut ſucceſſores, aut Iuniores veſtri ab iſdem
requiratis vel exigatis, ſed omnia hæc propter nomen Domini ipſe Abbas
vel ſucceſſores ejus, ſeu memorata Eccleſia S. Vincentij, vel Domini Ger-
mani habeant indultum, ut ad luminaria ipſius ſancti loci proficiat in aug-
mentis. Claruit & iſte ſub Carolo Magno, & Ludouico ejus filio Imp. Augg.
deceſſit 3. Nonas Octobris ex febricula gradæuus cum præſuiſſet annis ſex,
ſepultus in Eccleſia S. Saluatoris.

Confirmatio Ludouici ſub Rixfrido.

Vetus Tra-
ictum.

IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Jeſu Chriſti. Lodouicus di-
uinã ordinante providentiã Imperator Auguſtus: Imperialem ceſtitudi-
nem decet prædeceſſorum ſuorum pia facta non ſolũ inuolabiliter ob-
ſervare, ſed etiam cenſuræ ſuæ autoritate confirmare. Vnde noverit in-
duſtria ſeu ſagacitas omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quã
& futurorum, quia Rixfridus venerabilis vir, veteris Trajecti eccleſiæ Epif-
copus, quæ eſt conſtructa in honore S. Martini Confeſſoris, vel ceterorum
ſanctorum, detulit manſuetudini noſtræ quaſdam autoritates conſtitu-
tionum, qualiter Dominus & genitor noſter Carolus, bonæ memoriæ, pi-
iſſimus Imperator, & avus noſter Pippinus & anteceſſores eorum ad ipſam
Eccleſiam conceſſiſſent omnem decimam, de Mancipiis, terris, ac **Telonis**,
vel de negotio, vel de omni re, undecunq; ad partem Regiam Fiſcus **Te-**
lonium exigere aut accipere videbatur, & ut homines ejuſdem Eccleſiæ ſub
Mãndiburdo & tuitione ipſius Eccleſiæ exiſterent, nec non & in ripis in **Do-**
reſtado, ut nec bannum aut fredum, aut coniectum, quod ab ipſis **Perſiſt**
vocatur, contingere aut exactare præſumeret, & quiſquis ex negotiatoribus
in eorum ripas intrare voluiſſet, nullam contentionem ex hoc feciſſet eis,
nec manſiones in eorum domibus, ſine permiſſu eorum accipere auderet,
nec eorum res dum vixerint, auferre, aut poſt mortem eorum contingere,
nec ullo modo eis in aliqua re calumpniã **gravare** quis præſumeret, qui in
illa decimã parte, vel ſui **Mãndiburdo** eccleſiæ S. Martini conſiſtunt; vel ut
ſicut illi de illis novem partibus aliquid accipere vel uſurpare ad Fiſcum nõ
præſumant, qualiter Præſul ipſius Eccleſiæ, cum omni Clero ſecure atque
quiete reſidens, liberiũs atque quietũs eidem Clero & populo ſibi ſubjecto
alimoniam miniſtrare, & luminaria in eadem ſede continuare, atque genti-
les, qui ad Chriſtianitatem converſi ſunt alere & docere poſſit. Ob firmita-
tem tamen hujus, poſtulavit à nobis prædictus Epifcopus, ut patetnum ſive
prædeceſſorum noſtrorum Regum morem ſequentes, qujuſmodi noſtra au-
thoritatũ

Coniectum quid ſit
vide apud Hler. Bignon
in notis ad 1 lib. formi:
marculfi

gravare

n. s.
nec volint nec velint nec poſſint
ita ut procuratores reſp. de eadem
decimã parte accipere ab-
uſurpare

Epifcopi eſt
præbere Cle-
ro alimoniam
templo lu-
minaria &
gentiles con-
vertete.

thoritatē præceptum, ob amorem Dei & reverentiam S. Martini circa ipsam Ecclesiam fieri censeremus. Cujus petitioni libenti animo aurem accommodare placuit, & per hanc nostram autoritatem confirmare, ut omnem decimam, tam de Mancipiis, quàm de terris, aut de Telonio, aut de negotio, vel undecunque ad partem regiam jus Fiscī censum exigere debet, vel de omnibus quæ suprà scripta sunt præfata ecclesia libero in perpetuum jure possideat. Et ne quis contingere aut injustam appellacionem facere præsumat, & sicut à Domino Imperatore, & avo nostro, & antecessoribus Regibus, & nobis per hanc autoritatem constitutum est, atque confirmatum, ita omni tempore inviolabiliter conservetur atque custodiatur, quatenus ipsos servos Dei, qui ibidem consistunt cum eorum Pontifice, & illos quos à gentili ritu ad Christi veram converterent fidem, pro nobis, conjuge, proleque nostrâ, & omni populo Christiano jugiter misericordiam Dei exorare delectet. Et ut hæc autoritas melius ab omnibus credatur, & diligentius confirmetur, manu propriâ subscripsimus, & annuli nostri impressione signari fecimus. Signum Ludovici Serenissimi Imperatoris. Data xvij. Kalend. Aprilis, anno xj. Christo propicio, Imperij Domini Ludovici piissimi Augusti, indictione secundâ. Actum Aquisgrani Palatio Regio. In Dei nomine feliciter Amen. Helisachar recognovit.

inter

conferetur

Aquisgrani
palatii
Regium.In m. s. in bemo
xv kal. Apl. a. ii
Imp. Lud. indict.
viii.

S. Fredericus Episcopus 8.

Rixfrido Fredericus & ipse Frisus nobilis successit, octavus Episcopus, vir miræ sanctitatis, & prophético dono imbutus, qui prænunciavit Diocesim cum ipso Trajecto & Dorestado urbibus devastandam à Danis, quod eventus rei eo mortuo statim comprobavit. Hic Fredericus quamvis precibus Ludovici Pij Imp. Aug. ad Pontificatum promotus fuisset: Iudith tamen filiam nobilissimi Welfhij Ducis Bavarorum anno Dcccix. ab eodem Ludovico Pio Aug. defunctâ pridem Ermigardâ, in conjugium assumptam (quia ejusdem Ludovici neptis, & ab alio stuprata dicebatur) decreto aliquorum Pontificum eos divortantium, sacro vglamine vestiens, detrusit in Monasterium: unde occasio cedis suæ. Nam Iudith ab Augusto revocata, mortem per ministros sibi intentavit, ut in vita ejus scribitur. Martyrio coronatur sub eodem Ludovico Augusto, confusus inguina per ministros regios: Passus apud Trajectum xv. Kal. Aug. Anno Dcccxxvij. cum præfuisset annis duobus, & secundum alios, multo plurius. Sepultus in ecclesia Sancti Salvatoris. Scriptores tamen diversimodis de hoc sentiunt, plurimis causam Ludovici Imp. & Iudith defendentibus, aliis autem improbatibus, qui tamen pauci sunt. Bernardus etenim nepos Ludovici Imp. Rex Italiz, & secundum alios, partium & limitum Hispaniz

Fredericus
propheticus
spiritum præ-
dicitur.Hæc narra-
tio refer-
manda ad
annales
FrancorumS. Frederi-
cus per in-
guina confu-
ditur à sa-
cris tribus
submissis
ab Imp.

jam defecerant, à beato Frederico missus, ubi multis annis valuit miraculis & gratiâ propheticâ.

Alphricus Episcopus 9.

Frederico itaque jam ex hac luce sublato, dum de successore Clerus Trajectensis inter se disceptarent, nonnullis in votum Præpositi majoris Ecclesiæ nomine Crast, licet tenitenti, cæteris in alios descendentes, tandem autoritate beati Odulphi omnis controversia sedata est, & ejus opera Alphricus præbyter frater ipsius Frederici Episcopi Martyris ex parte deformis, virtutibus tamen insignis omnium consensu constituitur Episcopus nonus in ordine, fervens religione, *vacillantes* in fide confortans, suppressor hæresium, & contemptor divitiarum, tandem vitâ cum summâ pietate transactâ, migravit ad Dominum xvij. Kal. Septembris, cum præfuisset ferè annis xij. sepultus apud Trajectum in ecclesiâ sancti Salvatoris. Claruit sub ipso Ludovico Pio, & ipso Lothario principibus. Quo tempore, juxta quod sanctus Fredericus prædixerat, ingens barbarorû manus junctis Suedis & Normannis, Danis, aliisque feris & indomitis nationibus, cum magnâ classe in Germanias ac Gallias irruerunt, omnia ferro ac flammis consumentes, & sacra omnia mirâ crudelitate prophanantes, crebrisque incursionibus cuncta in vastam redigebant solitudinem. Frisiam enim primò invadentes, atque secundò magnâ strage confecti, tertio victores facti, eam subjugarunt, & magnum tributum extorserunt, cum jam regnum Francorum mutuis viribus conquateretur. Inde Walacriam insulam prædantes, multas scæminas cum infinitâ pecuniâ abduxerunt, Eggardo Comite cum multis occiso, & progressi, vicum Dorestatum nominatissimum primò spoliantes, secundò funditus delerunt incendio, sicque undique grassantes per flumina, per terras, urbem Trajectensem cum locis adjacentibus flammis dantes, & Clerum cum civibus in ore gladii trucidabant, Palatiaque Neomagum, Aquisgranum, Trajectum ad Mosam, Tongros, Leodium, Brucellas, confinia omnium Ribuariorum, seu potius Ripariorum, Ardennam & Carbonariam silvas percurrentes multa Oppida & Monasteria desolantes, ne loca aut Oppida quidem ad Rhenum posita, ipsamque Nuciam, Coloniam, Bonnam, Andernacum, Maguntiam intacta omiserunt, Antverpiumque oppidum ad Schaldim, Wintland ad Mosam, ac Gruningam ad Amasim flumina, Nobilia emporia, funditus delentes, ipsas Residuas Gallias magnâ clade afflixere annis plurimis, ita & antea inaudita sit similis desolatio. Tandem Deo misericordiæ oculos in Christianos (quibus ob magna scælera atque peccata offensus erat) convertente, omnes nationes hæc, partim ad sua remeantes, ob prædas, quibus onusti erant, sese mutuo

Alphricus deformis, sed virtute insignis.

et populum vacillantem

Sub eo Normanni, Dani, atq; Suedi Germaniam atq; Galliam vastant.

Ætios faciunt tributum.

Dorestadum & Traiectum eversum incendio.

vt

he

mutuo

mutuò confoderunt, partim à Christianis resamentibus animum, delecti sunt: residui fide accepta baptizati se Imperatoribus subdiderunt, hoc pacto, quod filia Caroli Regi Rollino daretur in conjugium, & cum eâ Negustria in dotem, quæ jam Normannâ ab eo cognominatur, & Gillando sive Willoni cederet Mons & Comitatus Blesensis, prout factum est, quæ pro temporis & loci opportunitate dicta sufficiant. Sub isto Alphrico Rothari-
 rius Comes donavit Ecclesiæ Trajectensi plurima bona sua, quæ habuit in proprietatem, & in pago Leomerike in villâ Thume, Alatinge, Westrehesi in pago isto in villâ Ductingen; in pago Feluâ, in villâ Lona, *Sulmonda*, Wagenuega, Werdupa; in pago Huitingoe in villâ Herodna, vallo Bracola *Thullere*, præstariam, suti aiunt, seu usum ad vitam, quæ Ecclesiâ in villâ Guosnâ & Fumereharâ, & Hetâ, itemque in Seyst *Lisidimon*, *Hjli*, *Theo-*
torne habebat, Anno Ludovici *imp.* xxv. *Regni*, Salutis *scilicet* Dcccxxvij. quo anno passus est S. Fredericus.

Donationes
in Ecclesiâ
collata.

ul. *Sulmonda*
wagemnga
thulle

ac *Thoerne*
cui Alphricus vicissim
concessit in beneficium

Egihardus Episcopus in

Catalogo omissus.

Hic duxi, non omitendum qualiter in vetustis libris & annalibus invenio aliquos Episcopos fuisse Trajectenses, qui Catalogo non inseruntur, sicuti circa hæc tempora Egihardam Episcopum, cujus intuitu Lotharius senior filius Ludovici Pij pro suâ conjugisque, ac prolis suæ incolumitate, invenitur in donationibus confirmasse auctoritatem immunitatis nedum per genitorem suum, sed & per prædecessores ejus Francorum reges Ecclesiæ Trajectensi concessam, anno Imperij sui in Italiâ xxvj. & in Franciâ sexto. Actum Aquisgranî. Hic postea abdicato Imperio *præmia* *præmia*, anno salutis Dccclv, est mortuus. Egihardum itaque hic interponimus.

Præceptum Immunitatis Lotharij Imperatoris sub Egihardo.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi æterni: Lotharius divina ordinatione clementiâ Imperator Augustus. Cum petitionibus sacerdotum Dei justis & rationabilibus, divini cultus amore, favemus, supernâ gratiâ muniri non diffidimus. Noverit interea industria seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quàm & futurorum, quia Egihardus Veneris Trajecti vocatus Episcopus, quæ est constructa in honorem S. Martini Confessoris, & aliorum sanctorum, obtulit obtutibus nostris, auctoritatem immunitatis Domini & genitoris nostri bonæ memoriæ Ludovici pi-
 issimi

Veneris Tra-
jecti Episcopus.

1 Ecclesiæ

issimi Augusti, in qua erat insertum, quod non solum idem Dominus & genitor noster, verum etiam predecessores ejus Reges ~~etiam~~ Francorum eisdem Ecclesie cui ipse Egihardus autore Deo preest, sub tuitione & defensione eorum cum omnibus sibi subjectis, & rebus vel hominibus ad se pertinentibus vel aspicientibus consistere fecerant, & eorum immunitatem auctoritatibus hactenus ab inquietudine Iudiciarie potestatis eadem munita atque defensa fuisset Ecclesia. Sed pro rei firmitate postulavit a nobis predictus Episcopus, ut paternum seu predecessorum nostrorum regum morem sequentes, huiusmodi nostre Immunitatis preceptum erga ipsam Ecclesiam, immunitatis atque tuitionis gratia ob amorem Dei, & reverentiam ipsius sancti loci, circa ipsam Ecclesiam fieri censeremus. Cujus petitioni libenter assensum prebimus, & hoc nostre auctoritatis preceptum fieri decrevimus, per quod decernimus atque jubemus, ut nullus Iudex publicus, neque quislibet ex Iudiciaria potestate, aut ullus ex fidelibus in Ecclesias aut loca, aut agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis aut territoriis infra ditionem Imperij nostri iuste & rationabiliter memorata tenet aut possidet Ecclesia, vel ea, quae deinceps jure ipsius loci voluerit sancta Ecclesia augeri, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, vel fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos, quam & servos super terram ipsius commanentes, injuste distinguendos, neque ullas redhibitiones aut illicitas occasionem requirendas nostris & futuris temporibus ingredi audeat: vel ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat, sed liceat memorato Praefuli suisque successoribus res predictae Ecclesie cum omnibus sibi subjectis, sub tuitione atque immunitatis nostre defensione, quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere Imperio, atque pro incolumitate conjugis ac proli, seu ejus etiam Imperij a Deo nobis collati, & clementissima miseratione per immensum conservandi una cum clero & populo sibi subjecto Domini misericordiam exorare, ut quicquid de privatis rebus Ecclesie jus Fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus Eccl. sc. ut in perpetuo tempore ad peragendum Dei servitium augmentum & supplementum fiat. Hanc itaque auctoritatem, ut plenior in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus sanctae Dei Ecclesie & nostris diligentius conservetur, manu propria subitas firmavimus, & annuli nostri impressione assignavimus. Signum Lotharj serenissimi Augusti, Rothmundus Notarius ad vicem Hildelini recognovi. Data xij. Calend. Aprilis, anno Christo propicio, Imperij Domini Lotharj pij Imperatoris in Italia xxvj, & in Francia vj. Actum Aquigrani palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

*videlicet**Ecclesia
Transm-
firman-
tam.**Thozza**Dato in
Dei servitium augeretur & sup-
pleatur.**al.
assignari iussimus*

Lutgerus Episcopus 10.

Alficum itaque Egihardus secundum calculum annorum Imperij Lotharij subsequitur, secundum alios Lutgerus, natione & ipse Frisius decimus in ordine Episcopus, vir mansuetus, & amator pacis, circa sacras lectiones intentus, & Ecclesiastica disciplina conservator, qui cum aliquandiu praefuisset, ultimum naturae persolvit debitum ix. Kal. Maij, cum sedisset anno uno, sepultus in Ecclesia S. Salvatoris apud Trajectum: hujus intuitu Baldeicus nobilis contulit Ecclesiae Trajectenti res & praedia proprietatis suae quas habebat in villa Wadake in Ernkina, Vberca, Alina, Velgasse, Thrimuthi, *Auenfate*, Sininium, Bemela, Helloinna, *Hernonia*, Teratina, Medua, cui vicissim Lutgerus concessit ad vitam Hesolam, Hamarithi & Wviam, anno viij. Lotharij Imperatoris scilicet salutis Dec. lmo.

*Lutgerus
Frisius sedit
annis xxvii.*

*al. Maffra
Auenfate*

Hungerus Episcopus 11.

Hvic successit Hungerus Frisius, vir sanctitate vitae praecipuus, doctrina etiam insignis, de quo multa scribere nequimus, barbaris jam omnia debachantibus, à quibus & sanctus Hieron praesbyter capitis abscissione apud Norrvicum vicum Marryrij coronam adeptus est, circa annum Domini Dec. lxx. teste Ioanne Beecka; incensa arx munitissima in ea provincia (quam Hollandiam vocant) ab Aureliano quondam Augusto illic constituta (quem vulgo Aurundilium vocant) in vico Voorburch. Cujus vestigia ipsi vidimus nostrae aetate, & fragmenta Romanam Architecturam ostentantia effodi: veluti partem pavimenti tessellati, pedem aereum contractae statuae, nummos aereos, argenteos atque aureos, cum inscriptione Aureliani, nec non catenulam auream, cum aliquot Smaragdis selqui-angulis politis & perforatis contra Epilepsiam ad collum infantum suspendi solitis. Redactum etiam in favillam Monasterium sancti Adalberti Egmondensis, & quaeque loca vicina, habitatoribus in ore gladij consumptis: & Trajectum civitas aliquandiu obsessa, acriterque à Christianis defensa, tandem crebris catapultis & machinis quassata, per continuos insultus expugnata, vi occupatur & solotenus adaequatur, rursusque à Barbaris munitur pro receptaculo, & inhabitatur usque ad tempora Caroli Calvi. Omnibus incolis prioribus in necem absorbtis, demptis paucis Canonicis, & aliis vitis, qui cum Hungero Episcopo aufugerant, conferentes se ad Lotharium

*S. Hiero
praesbyter
Mortuus à
Normannis
occisus, 865,
quod alijs
ad annum
888. refer-
runt.*

*Aurundi-
lium arx in
vico Voor-
burch.*

*marboerus
Et sanare potest simili ratione
caducos.*

Augu-

Augustum, tunc apud Prumiam Monasterium degentem. Qui commiseratus tantæ afflictioni, cum intelligeret Ecclesiam Trajectensem barbaricè jam desolatam, & ad nihilum redactam, Canonicosq; olim in eâ Domino militantes, partim interemptos, partim per diversa loca dispersos, tradidit ipsi Episcopo ac superstitibus infra regnum ejus, locum quietum & pacificum pro refugij consolatione, videlicet in pago Maso super fluvium Ruram Monasterium honore sancti Petri, quod Berg appellatur, anno tertio regni sui. Ille fuit filius Lotharij Itap, filij Lodovici pij ex matre Ermigarda, qui & Lodovicus dictus est secundum Marianum, conatus Tierbergam reginam uxorem suam, quam exosam habebat repudiate propter Waldradam concubinam, quam adolefcens in domo paternâ nimio diligebat affectu, unde magna contentio suborta, & ipse interiit Placentiæ excommunicatus. Ado: At Lotharius rex frater ejus à pravis consiliariis deceptus, diu de duarum foeminarum connubio yacillando pene totam Ecclesiam contra se concitavit, Ob id duo Metropolitanî Episcopi Trevericus & Coloniensis sententiâ apostolicâ damnati: Monasterium verò illud postea vocatum est mentis Odiliæ haud longè ab Oppido Rurimundorum, diocesis Leodiens. quo præpositura translata est, quæ adhuc existit officium in Ecclesiâ Trajectensi, solum per Canonicum illius obtineri. Similiter & Ludovicus Rex Alamanniæ, filius Ludovici pij Augusti, confirmaverat, quicquid genitor & prædecessores ejus antea concesserant, eximens Ecclesiam & omnia ejus bona ab omni seculari potestate, condonans etiam perpetuo, quicquid Ius Fiscî de illis exigere poterat anno regni sui in Orientali Francia xxj. Et est notandum, quod iste Ludovicus successerit patri in Imperium usque ad prælium Fontaneticum illud administrans, tunc per conditiones pacis concessit Lothario nomen Imperij cum Italia. Bellum autem ad Fontaneticum gerebatur anno Dcccxlj. in die ascensionis Domini. Visa sunt & magna prodigia sub hoc Episcopo, decurrentibus præter solum stellis Oceano quoque omnes Provincias inundante, fluminibus coactis suspendere curretur hominibus ac cæteris animantibus æquè submersis, & ex impetu vehementissimo ventorum arboribus radicibus evulsis. Vnde Provinciales ne quid de cæterò hujusmodi periculum ingrueret Rivulum modicum ex Rheino super Dorestatum decurrentem, cujus supra meminimus, cognomine Leckam ab utroque latere vastis cingentes aggeribus, in eum flumen Rhenum deduxere, ne tam facile alveum exire, aut Oceano cedere cogeretur. Hoc modo Rhenus Dorestatum usque nomen servans, inde Lecka jam incipit appellari, interclususq; Oceano fluxus refluxusq; apud vicum Catwijck Rheni ostium, quod obstructum, & successu temporis, agitatis vento arenis, quæ illud opplevère. Ante quod ferunt & castrum fuisse constitutum, cujus fundamenta jam interdum visuntur, resfluente Oceano, quod Britannicum vocant. Nam ad Occidentalius ostium Rheni, Lugidunum; ad Orientalius verò Navaliam, urbes sitas testatur Ptolomeus & Anthonijus Pius.

Ad 843. est 3 Imperij
Lothary Lud. pi filij. sed
ambr 3 huius Lothary sine
Lidovici of a christanus
secundum Froben 858
verum peccata videtur Lud.
Imperij matre Lothario
regi confundere.

Atomari
eventu
verbo.

Hoc non est
verum, nã
Lotharius
etiam factus
est Ludovici
vici pio
Rex Italia
& Imperator
et factus a
patre ap-
pellatus.

P. Emyl: die Resurrexerunt
sepo pugnatum esse
tradit Annal. vero
Francorū Fuld. vii kal.
Jul.

Arx Britan-
nica.

Antoninus

*Lugdunensy**Leithus
prima, secun-
da, tertia.**Oceano in*

Hoc Lugidunum aut ex allusione Gallici sive Francici vocabuli Leidim, *Op-*
pidum conicere possemus. Nam vulgò dicitur *Lepen* & Gallicè *Lugdunū*,
Lion, sive *Leion*, & in commemoratione donationum Ecclesiæ Trajecten-
sis antiquarum invenitur, *Leithus prima*, *Leithus secunda*, *Leithus tertia*,
ita *Lugdunum prima*, *Lugdunensy secunda* & *tertia* legitur apud autores.
Forfan tria fuere hic similia præsidia. Britannii, teste Ammiano Marcellino,
quot annis annonam Legionibus Romanis hybernantibus ad Rhenum in-
pensum administrare solebant. Ex quo castro nonnulli etiam Romanorū,
sicuti *Carausius*, pyriticam exercuisse creduntur. Eo anno, dum hæc scri-
beremus, abductis vento colliculis arenatam, quæ instar undarum non-
nunquam agitantur, visæ sunt alterius Municipij ingentes ruinae Romanæ
vetustatis, haud longè ab ipso vico *Cattorum*, ubi nummi argenti cum in-
scriptione *Severi* & *Antonini* inventi sunt, & nobis dono missi cum ple-
risque aliis.

Anno verò Salutis Dccclxvi. Kalend. Januarij *Hungerus* Episcopus exul
à Cathedrâ, & longis angustiis pertesus decessit. Vbi corpus quiescat, igno-
ratur, qui unâ cum *Alfrico* & *Lutghero* Episcopis præfuit annis xxvii.
Claruit sub *Lothario* seniore, ejusq; filio *Ludovico*, & *Carolo Calvo* Imp-
p. Quem tamen *Hungerum*, sicuti nec *Egihardum* Episcopum annoratum,
ita & hunc omissum fuisse, invenio in quibusdam scriptis, forsan ob cladem
Normannicam, quæ omnia debebantur, & tradebantur oblivioni, id acci-
dit.

Confirmatio Ludovici sub Hungero.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis *Ludovicus* divina favente cle-
mentia Rex. Cum petitionibus sacerdotum Dei justis & rationabilibus
Divini cultus amore favemus, supernâ nos muniri gratiâ non diffidimus.
Noverit interea industria seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam

*Ecclesia
Trajecti
Veteris.*

Præsentium, quàm & futurorum, quam *Hungerus* Veteris Trajecti Eccle-
siæ Episcopus, quæ est constructa in honore S. Martini confessoris, & alio-
rum Sanctorum, obtulit obtutibus nostris auctoritatem Immunitatis Do-
mini & genitoris nostri, bonæ memoriæ, *Ludovici* piissimi Augusti, in qua
erat insertum, quod non solum Dominus & genitor noster, verum etiam
prædecessores ejus Reges etiam Francorum, eidem Ecclesiæ, cui *Hungerus*
ipse, authore Deo, præfuit sub tuitione & defensione eorum, cum omni-
bus sibi subjectis, & rebus vel hominibus ad se pertinentibus, vel aspicien-
tibus consistere fecerant, & eorum Immunitatem auctoritatibus hætenus
ab inquietudine Iudiciariæ potestatis eadem munita atque defensa fuisset
Ecclesia, sed pro rei firmitate postulavit à nobis prædictus Episcopus, ut pa-
ternum seu prædecessorum nostrorum Regum morem sequentes, hujusmo-
di nostræ Immunitatis præceptum erga ipsam Ecclesiâ, Immunitatis atque
tutionis gratiâ, ob amorem Dei & reverentiam ipsius loci, circa ipsam Ec-
clesiam

*idem**Sub defen-
sione Regū
Francorum*

clesiam fieri ceuseremus. Cujus petitioni libenter assensum præbuimus, & hoc nostræ authoritatis præceptum fieri decrevimus, per quod præcipimus atque iubemus, ut nullus Iudex publicus, neque quislibet ex judiciaria potestate, aut nullus ex fidelibus nostris in Ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore, in quibuslibet pagis vel Territoriis infra Ditionem regni nostri justè & rationabiliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, & ea quæ deinceps Iure ipsius sancti loci divina pietas augere dignabitur ad causas audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, vel fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingeniosos quàm & servos super terram ipsius commanentes injustè distringendas, neque ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ superius memorata sunt exigere præsumat: Sed liceat memorato Præsuli, suisque successoribus res prædictæ Ecclesiæ cum omnibus sibi subjectis sub tuitionis ac Immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere Imperio: atque pro incolumitate nostra, conjugis ac prolis, seu etiam totius regni à Deo nobis collati, & ejus clementissima miseratione, per immensum conservandi, una cum Clero & populo sibi subjecto, Domini immensam clementiam exorare: & quicquid de præfatis rebus Ecclesiæ jus Fisci exigere poterat, integrum eidem concessimus Ecclesiæ sc. ut in perpetuo tempore ei ad peragendum Dei servitium augmentum & supplementum fiat. Hanc itaque authoritatem, ut plenior in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & ~~Matis~~ diligentius conservetur, manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari fecimus. Signum Domini Ludovici piissimi Regis, ad vicem ~~Rathari~~ Hubertus recognovi. Datum xv. Cal. Junij, Anno xxix. Domini & Serenissimi Regis Lodovici in Orientali Francia regnante Indictione secunda.

Ecclesia est ab omni seculari potestate immunita.

Indictio sub Ludovico Rege Germanie est anno 854 aut 869 id est 29. Regni eius.

notis
Ratharij
21 m. 5.

Actum Franconesurd Palatio Regio, In Dei nomine feliciter, amen.

Traditio Lotharij de Bergh sub Hungero.

IN nomine omnipotentis Dei & Domini nostri Iesu Christi, Lotharius divina præveniente gratiâ Rex. Si locis divino cultui mancipatis quicquam muneris confirmamus, id nobis procul dubio ad æternam beatitudinem nanciscendâ adfuturum esse cõfirmamus. Igitur comperiat omniun fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostrorum præsentium, scilicet & futurorum industria: Quia ex relatu Guntharij sacri palatij nostri, summi Cappellani, & Hungarij venerabilium Episcoporum didicimus, quod Trajectensis Ecclesia, quæ in honore Christi confessoris Martini constructa esse dignoscitur, Barbaricâ imminente nequitia, pene destructa, & ad nihilum redacta sit, Canonici quæ olim in eâ militantes passim per diversa loca quidam dispersi, quidam etiam interempti sunt, hac denique incumbente maxima necessitate deprecati sunt Celsitudinem nostram, ut memoratæ sanctæ

quipiam n. s. dimus

Ecclesia Traiectensis sit à Barbaria destructa.

G 3 sedi,

*1 protedorus
7 lothowici*

*Angl. Mo.
uasterium
in pago Ma
fo ad Rurā
Occidenta
lem.*

*Anno 843.
scribendum
videtur, nā
nāntu est
indictio 6.
an Lotha-
rii.*

*De origine
Comitatus
Hollandiæ.*

*vide clau
vium. fap
Douvan in
Anna. Holl.*

*Hollandia
quasi pro
vincia.*

*Hollandia
in Cæsa.
rum & Es
piscopatu
dividitur.*

sedi, infra regnum nostrum quietum & pacificum locum ad consolationem & refugium Canonicorum tribueremus. Quorum saluberrimis & sincerissimis suggestionibus pro amore Domini nostri, ob emolumentum etiam ac remedium animæ avi nostri, & piæ memoriæ genitoris nostri Lotharij quondam angustorij, nec non genitricis nostræ Hermingardæ, seu pro salute nostrâ, regni stabilitate, libentissimum præbentes assensum, hæc clementiæ nostræ apices fieri iussimus, per quos in pago Maso, super fluvium Ruræ, Monasterium in honore sancti Petri constructum, quod Bergh nuncupatur, ad præfatam sedem Trajectensem, sub omni integritate tradimus, per omnia tempora, ad consolationem & tutamentum rectorum ejusdem sedis, vel cleri famulaturum concedimus, quatenus præsignati servi Dei, nostra præcepta liberali munificentia, eos Domini misericordiam pro nostra, ac prædecessorum nostrorum salute liberius exorare delectet. Et ut hæc nostræ traditionis seu pietatis largitio per futura tempora inviolabilis perseveret, manu propria eam subterfirmavimus, & annuli nostri impressione assignari iussimus. Signum Lotharij gloriosi Regis. Daniel Norarius recognovi, scripsi & subscripsi. Data iij. Nonas Januarij, anno Christo propicio 843. Regni D. Lotharij gloriosissimi Regis tertio Indictione sexta. Actum Prumiâ Monasterio in Dei nomine feliciter, Amen.

Volunt aliqui circa hæc tempora, puta sub Hungero Episcopo Comitatum Hollandiæ habuisse originem, donante illam jam desolatam incurfione Normannicâ Carolo Calvo Imp. ad preces Ioannis Octavi Romani Pontificis, & Haganonis viri præpotentis, cuidam nobili Theodorico ex Hildebergâ, nepte ejus juniore, filia Ludovici pij Augusti, stirpeque antiquorum Regum Francorum oriundo, quos à Trojanis descendisse commemorant: quodque hic Theodoricus minor natus, fratrem habuerit Walgerum sive Waiferum nomine, quem Comitatus Teisterbantia ab eodem Imperatore præpositum & sedem constituisse in Avelato prope Thielam: Haganonem verò in oppido Xantensi, quondam Trajana Colonia (quam corruptè jam Trojam dicunt) habitasse, & provinciis circumvicinis imperitasse restantur, authore præcipuè Ioanne Beekâ. Quare cum sermo incidit de hæc, convenit aliqua, pro veritate dilucidanda, referre in medium, prout superius promissum est. Hollandia autem rectè circumscribitur, ut ea pars sit, cui Theodoricus Comes à Carolo Præfectus fuit, hoc est in præstariam, sive præariam, uti aiunt, id est, ad vitam suam solum accepit. Nam apud probatos autores & vetustos Codices invenitur, quod Theodoricus eius nominis tertius, filius sancti Arnulphi, quartus in ordine Comes interventu Ecberti Trevericæ urbis Archiepiscopi, patru sui, suscepit primùm in propriam hæreditatem ab Ottone tertio Rege quicquid antecessores sui habuerunt in Beneficio circa annum Domini Deccc lxxxv. Lõgè etenim latior fuit Hollandia. Nam postea scriptores eam dividunt in Episcopatum & Comitatum. Sed nec totus Episcopatus comprehendebatur sub Hollandiâ. Comitatus namque Veluzæ, Twentia, Drentia & Salia (qui Episcopatus sunt) sub

sub Provinciâ Hollandiæ minimè comprehenduntur, Nec totum fuit in Provinciâ Hollandiæ, quod Comitatus (qui illius Titulum præferunt) possident, sicut ea pars, quæ ad Lavicam stuyium in Frisiis protenditur, atque ubi Caninifates, Frisiaboni, & cæterum id genus populi. Item qui circa Schaldim usque Mosam habitant, quorum aliqui Zelandini, aliqui Frisii vocantur.

Sed Hollandia teutonice nihil aliud est, quàm ipsa Batavia Græcè. Quod vocabulum & Latini pro nomine Provinciæ sibi usurparunt, cum proprio careant, licet circumlocutione designarunt, veluti in Panegyrico, qui inscribitur Constantino & Maximiano Augg. ubi de insulis Rheni, & Provinciis adjacentibus diseritur hoc modo: Quamquàm illa regio divinis expeditionibus tuis Cæsar vindicata atque promulgata, quam obliquis meatibus Schaldis interfluit, quamque divortio sui Rhenus amplectitur, penè, ut cum verbi periculo loquar, terra non est; ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum quæ manifestè palustris est, cedat ad nixum & hauriat pressa vestigium; sed etiam ubi paulo videtur firmior, pedum pulsu tentata quatitur, & sentire se procul mota, pondus testetur; ita, ut res est, subjacentibus innatat aquis, & suspensa latè vacillat, ut meritò quis duxerit exercendum fuisse tali solo militem ad navale certamen. Et in alio: Aut sub dextera tuâ Domine Constantine, Bataviam, Britanniamque squalidum caput, sylvis & fluctibus exerentem intuentium animus affingit. Ex quibus satis elici potest natura Provinciæ Hollandiæ, teutonice hoc est, *Hollandt/ ofte Dieplandt*, Græcè verò Bataviæ: cum secundum Tortellum Bady Græcè, alium sive profundum significet Latine; unde Batavia deducitur. Et Cornelius Tacitus libro XXI. de Bataviâ loquens ita scribit: Quum interim flexu Autumni & cæteris pluvialibus imbribus superfusus *annis*, palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit. Et Pomponius Mela lib. 3. Rhenus ab Alpibus decidens, prope à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium: Mox diu solidus & certo alveo lapsus, haud procul à mari, huc & illuc dispergitur; sed ad sinistram amnis etiam tunc & donec effluat Rhenus: ad dextram primò angustus, & sui similis, post ripis longè ac latè recedentibus, non amnis, sed ingens lacus; ubi campos implevit Flevus dicitur; ejusdemque nominis insulam amplexus sit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur: Unde liquidò constat, Hollandiam apud nos esse eandem Provinciam, quam Latini & Græci Bataviam vocat, hoc est quæ inter Rhenum & Mosam ubi Wahalim recepit usque ad Oceanum interjacens protenditur. Si quis autem Hollandiam potius, quàm Hollandiam appellandam censuerit, & quia in quibusdam literis ita invenitur (licet in vetustis Historiis Latinis nunquàm legitur hoc nomen Hollandia, nisi apud S. Marcellinū) hoc ab arboribus, quæ in desolata provinciâ exerent, dictum patet, cum partem Provinciam sylvis & nemoribus oppletam fuisse non abnuamus, ut Hollandia, hoc est, pars illa arboribus conlita potius censeatur, quàm Hollandia, id est Batavia, quæ pro majori parte paucas nutrit arbores, præter salices.

Hollandia
& Batavia
reges
una sunt.

purgata

*Nigra
Bady*

annis

Flevus

At Marcellino multa
addita a scriptoribus,
haud genuina.

v. hist.
velis

occurre

Hollandia, antiquitus dicta ea pars Bataviae qua inde magna insula vel Dordracena, pro qua aliquoties inter episcopos Colon. Ultraecl. res. & comites pugnatum fuit.

De Zelandia quasi chelindria, fingida est Heda coniectura, nec minus absurda Furnerij notatio ad marginem, videndus tamen De hoc vocabulo mensus, in Glos. Barb: ex Cedreno, & Macro, interpretando, & alijs.

Hollandia in specie ff regio quae a deo claudia in Campania ses usq; inter oceanum & oppidum Leithem praeditur, qua nunc Alghladia vocatur.

Chelidion auctore Suda, navis fuit in Peloponneso, qua in Asia transvehabatur: caetera non intelligo.

Hollandia a Davi habet nomen auctore Heda.

Haec multa exstitit, ut videtur apud Amos dum lib. 5, cap 25.

salices, & eas quidem raras. Regio autem ea, quae a Moselandia usque Kenemaros, inter Oceanum & oppidum Leithim protenditur, Hollandia priorem, nunc Rijnlandia vocatur. Fuit & vicus Hollant, a quo forsitan nomen ceptum, sicuti Gelria, Clivis, Iuliacum, Brabantia. Nihilominus quamvis & Zelandiam a Graeco vocabulo Chilindras, quod navem significat, quasi Chilindriam vocare possemus, atramen Hollandiam, Zelandiam, & Dene-marcam provinciam nomina ab illis hominibus septentrionalibus, quos Danos & Normannos vocant, indita crediderim. Nec tota Hollandia sive Batavia fuit in Ditione Caroli Calvi eo tempore, quo donationes, (in quibus nec Hollandiae meminit) fecisse creditur Theodorico. Pater namque dedit ei Alemanniam, Rhetiam, & partem Burgundiae, indignantibus caeteris filiis. At tunc nondum erat in Imperium promotus, in qua nec Hollandiae meminit. Quod ex divisione regni Lotharii inter Ludovicum fratrem regem Alemanniae, & ipsum facta apud Ajmornium clare constat: ex qua particulam hanc tanquam proposito nostro convenientem exscriptimus. Ludovicus accepit Comitatum Teisterbantiae, Batavam, Hatmarias, Mosam subteriolem de ista parte. Item Mosam superiolem, quantum de ista parte est; Lingas, quantum de ista parte est; De Frisia partes duas. Carolus vero accepit Mosam superiolem de ista parte Mosae. Mosam subteriolem, quantum de ista parte est; Linga quod de ista parte est Mosae, & partinet ad Versatum, Scarpemusae, de Frisia tertiam partem //

Nunc procedendum est ad primordia ipsius Comitatus Hollandiae, & eorum Principum, qui ab eodem tempore aliquandiu per successionem praefuerunt. Superius enim satis declaratum est, qualiter Provinciae Rheno adjacentes per Romanos antea sub Praefectis sive Praesidibus & Legatis administratae sunt. Et qualiter postea in potestatem Regum Francorum devenere: & usque ad adventum Barbarorum & alienarum gentium per Francos gubernabantur, Frisis & inferioribus Saxonibus tempore intermedio irruptionem frustra tentantibus. Franci vero, dum postea mutua internectione sese affligunt, & idcirco solitis potentiae viribus exhausti bene parta amodo tutari non valent, vastatae atque indefensae Provinciae liberaliter sunt concessae illis, qui animos habebant acquirendi atque eas defendendi, cum largientibus nulla ibidem demereretur potestas aut imperium, quae ipsis nulla fuit. Sed mihi anni, & tempora, & origo ipsorum Comitum male videntur quadrare. Quamvis enim non sit dubium, quin ipse Theodoricus Princeps fuerit alti sanguinis, & militia insignis, armisq; potens, ita ut propter egregia facinora omni laude dignus celebraretur: Quem ab ipso Theodorico illustri Comite, qui consanguineus Caroli Magni, & eius temporibus per Frisos in Saxoniam & Pannonias exercitum formidabilem duxit, descendisse credam: & majores suos etiam ante tempora Caroli Calvi in his regionibus aliqua possedisse, alibi que fuisse potentes: & descendisse a Principibus, qui dicebantur corrupte de Guienna, rectius vero de Viennae, urbe Allobrogum, vicina Lugduno. Nam legitur quidam Theodoricus Comes fuisse cubicular

Haec creditur hoc auctore Attimari.

Et etiam usque ad Imperij declinatione

scu hostes profligandi

Francilibe vales in elat gendia Provinciae, quae apud caetera non perant.

Comes illi Theodoricus per Frisiam.

Princeps de Viennae.

biculatus Ludovici Balbi, filij Karoli Calvi & ejus filij successoris, qui multas fecit contra Nortmannos expeditiones, & auctoritate contendebat cum Bosone fratre Richildis secundæ uxoris Karoli Calvi, qui Viennam occupaverat, coactus sese dedere, Theodorico verò concessit ipse Ludovicus Balbus Comitatum Augustudunensem testamento, quem cum Bosone commutavit pro certis Abbatibus illic consistentibus. Quod autem Princeps Viennæ fuisse potuerit, satis alludit, quod Ecclesia ipsa Viennensis (quæ jam provinciam ascribitur metropolis) valde solemnis, prout nobis illic existentibus ostensum est, hæc nostrâ ætate eisdem utimur insigniis, quibus Comites Hollandiæ; hunc ergo posteriorem Theodoricum dixerim patrem Theoderici primi Comitis, qui Abbatiam Egmondensem in beneficium obtinuit. Nec opus est eos avitis & falsis saltem titulis adornare, quos propria facta ita illustrarunt, ut præstent suis majoribus. Constat enim ipsum Theodoricum & sequaces suos nedum limites fortissimè fuisse tutatos contra Barbarorum incursiones, sed ampliasse, religione præcelluisse, populosque subiectos placidè & in summâ justitiâ aliquandiu rexisse, & Imperatoribus tam Græcis quàm Latinis ac Regibus, conjugiorum necessitudinibus fuisse conjunctos. Unde mihi satisfacere nequeo, ut credam, eos ab antiquis Francorum Regibus Meroveis descendisse, & in Aquitania dominatos, ac Ludovico Pio filio Karoli Magni bella intulisse: sive precibus Hagononis aliqua possessione per Carolum Calvum donatos, vel ipsi Hagononi attinuisse, consideratâ saltem temporum serie. Nam Ludovicus Pius Aug. ante Imperium Aquitaniam quietè satis præfuit, nec jam promotus ad imperium ulla turbatio, nisi forsitan per proprium filium Pippinum emerit; nec aliquem, qui vocetur Theodricus legimus conscium fuisse, aut ad Aquitaniam aspirasse, licet filia Theodrici Comitis Matricensis per Ludovicum patrem Pippino desponsata sit. Is Comes tamen alibi nominatur Theutbertus, Harmigarda quoque; prima uxor ipsius Ludovici Pij, cujus filia minorè Hiltgardam voluit Theodrico patri Theodrici primi Comitis nupsisse: fuit filia Nigranni Comitis, clarissimis orta natalibus, nō autè soror Hagononis, ut Johannes Becca astruere videtur, Hagononis etenim neque sub Carolo Magno, neq. sub Ludovico Pio vel Karolo Calvo Augustis, aut Ludovico eius filio ulla apud Scriptores invenitur mentio, sed solū apud Abbatē Urspergensē in Chronica suâ recitatur de Hagonone quodā ex mediocribus elevato, ubi de Carolo Simplice Rege Galliarū Ludovici seu Lotharij filio nepote Karoli Calvit tractat, qui quinquennis Anno dcccxcvij. creatus Rex fuit. Sed nec Iuditha secunda uxor ipsius Ludovici Pij, mater Karoli Calvi, soror fuit ipsius Hagononis, ut puta quæ filia erat Welpij nobilissimi Ducis Bavoriorum. Audiat quoque ipse Abbas & Historiographus Gallus apud ipsum introductus ita scribens de isto posteriore Karolo: Cumque jam ferè totum colligeret regnum, cepit quendam Hagonem ex mediocribus extollere, & supra omnes Principes diligere, aded ut magnatibus quibusque procul absentibus ipse regio lateri solus hæreret, multa, quæ Regij juris ad suum Ius tor-

Theodoricus cubicularius Ludovici.

Normanni.

Quæ hæc de insynis traditur nuptiis sunt: Theodoricus vero, comitatus habuisse Parisiensi Gerulpho verisimilius est: quia præm. eumque Fata oriandum. regunt.

Abbatia Egmondensis in beneficium data Comiti

Virtus Comitis Hollandiæ.

Origo Comitum Hollandiæ.

vide amal. Holl. nobilit. Douze lib.

Theutbertus.

Ioannes Becca.

Ahtoa Ursperg.

Etat Carolus simplex duodecim annorum cum a Filione Archiepiscopo Remensi inauguraretur.

Hagonis elevatio.

al. quinquennis legitur. Amylius Lib. 3. Franc. ret. tradit

Invidia Francorum. queret. Vnde primates indignati, cum nullatenus possent eum ab illius dilectione auertere, quærebant illum de Regno abicere, Rupertumque Ducem, fratrem Oddonis, Regem constituunt, quem Carolus in prælio occidit. Testatur quoque inter Principes, qui à Rege propter Haganonem defecerant, primos fuisse, Henricum Ducem Saxonie, atque istum Rupertum. Qui in dicto conventu Aquisgrani, continuè secus fores Regij cubiculi manentes, quotidie egressum Regis à penetralibus aulae præstolabatur. Cum verò nullum eis à Rege responsum per dies quatuor daretur. Henricus id molestissimè ferens, dixisse fertur, aut Haganonem quandoque cum Karolo regnaturum, aut Karolum cum Haganone ad mediocritatem rerum deventurum & indignatus inconsultò recessit. Henricus iste tandem ad Imperium promovebatur circa annum Domini Dcccxx. Karolus verò simplex post quinquennale incarcerationem obiit Regni xxxvj. ætatis verò liij. & Salutis Dcccxxxij. anno, cum eo adhuc puero administrasset regnum Oddo tutorio nomine per annos xij. Secundum ergo historicam veritatem, Donatio

Donatio de Egmondensi & cæteris locis ad illud pertinentibus, à loco qui dicitur Zuitheredes-hage usque ad Fortrapa & Kinhem sive Kuthen ab Karolo Simplice aut fratre ejus, & alia donatio de Silvâ Waldâ & Zelandiâ in Comitatu eodem cum pratis & aquis terrisq; exhibitibus, &c. à Ludovico filio Lotharij anno Dcccxxv. defuncto, vel Ludovico Rege Alemanie filio Arnulphi Imp. qui obiit anno Dcccxcix. cui filius anno Dccc. primo successit, Imperans annis xij. factæ sunt, & non sub Karolo Calvo aut Ludovico Ludovici Pij filio. Nam per divisionem superius tactam ea loca Zelandiæ non erant in potestate hujus Ludovici, & Johânis Pij VIII. ordinatus est primò anno Dcccxiij. ad cujus preces donationes factas volunt, qui nò tempore Karoli Calvi, sed Ludovici ejus filii primum in Gallias venit, agens cum Episcopis Galliarum & Belgicæ Synodum apud Treas. Nec Haganonem aut sui diu apud Xanctim reledisse poruerunt: nam circa annum salutis Dccciiij. tum legitur nobilis Bertholdus de Grimbergen, frater Hildebaldis Archiepiscopi Colonienfis, & Præfectus Karoli Magni Imp. apud Xanctim reledisse, & orarum circumvicinarum administrationem habuisse, cujus uxor dicebatur Ermigardis: nisi forte ipse Haganonem ab hoc Bartoldo descenderit. Scribunt interea ipsum Theodoricum primum Comitem, unà cum filio suo Theodorico Secundo, centum viginti quinque annis, hunc verò Theodoricum secundum solum regnasse annis lxxxvij. (Rara avis) Hoc enim spacium integram ætatem etiam hominis sanissimi, & senis benè complexi, nedum regnantis, ut plurimum complectitur, quum Valerius Maximus in cap. de Senectute, pro miraculo narrat Malsimillam Regem Numidiæ regnasse annis sexaginta. Hæc verisimile est oram maritimam ex faucibus Normannorum evindicandam puero fuisse creditam. Sed annotat ille Scriptor tantum annorum spacium, nequiens alio argumento suam paliare supputationem, legitur etiam in vitâ Ludovici filii Caroli Simplicis, qui Gerbirgam sororem Ottonis primi duxit uxorem, quidam Theodricus Comes

Donatio de Vvafda à quo facta.

Dcccxxxiiij.

in super

Vvafda Comitibus.

Nec

Comes magno fuisse in precio circa annum Domini Dcccclij. in Belgicâ, quem hunc Theodricum Secundum crediderim, præmissa omnia me red-
dunt anxium, dejudicent alij quod velint.

Hoc est vñ
vñsimum,
vide annales
Frifa B.F.

Odilbaldus Episcopus 12.

Sed ad cæpta revertamur, Hungero succedit Odilbaldus Frisus xij. Episcopus Trajectensis, vir laudatæ ^{sanctitatis} per omnes gradus Ecclesiasticos ascendens ad Præfulatus honorem, proventus est optione omnium, cui Lodovicus Rex primum & postea Zuentibolchus filius Arnulphi Imp. confirmarunt, quicquid Ludovicus, Carolus, Pippinus, alijque Reges concesserant, & proprietatem ac immunitatem ab eis obtentam extenderunt fursum ad Daventriam, Tielam jam destructam, cum suis ripaticis ac cæteris pertinentiis, & universa alia loca in ipso Episcopatu consistencia. Actum Huimaga anno Dcccxc. Salutis, Regni verò Zuentibalchi secundo. Iste Odilbaldus cum præfuisset annis xxij. rebus sublatus humanis ad cœlica regna migrasse scribitur. Anno Dcccc. 4. Idus Decembris sepultus Trajecti apud templum Divi Salvatoris, qui cum solum viginti tribus annis præfuerat, & Hungerus uti præmittitur, anno Dccclxvj. obierit, à quo anno usque ad diem obitus Odilbaldi, intercurrunt anni triginta quatuor, sic vacant anni undecim absque alicujus Præfulatus notæ administratione; nisi hunc contra vetusta exemplaria xxxij. annis sedisset, voluerimus astringere. Meminit hujus viri Regino Abbas Prumiensis haud obscurus scriptor sui temporis hoc modo scribens: Ea tempestate scilicet Anno Dcccc. Odilbaldus vir sanctus Trajectensis Ecclesiæ Præsul à rebus humanis sublatus ad cœlestè Regnum transivit, in cujus locum subrogatus est Egilboldus Episcopus xij. Deinde Radbodus xij. venerabilis annos.

Odilbaldi
virtus.

laudatus

Confirma-
tio Dona-
tionum su-
arum Se-
di Epise.

Obitus &
sepultura
Episcopi.

Tempora
quæstio.

Regino Ab-
bas de Orlé-
baldus eiusq;
successoribus

In meo Reginone est,
Aº Dcccxcix, nec nu-
merus Episcopis additus
legitur.

Confirmatio Zuentibolchi sub Odilbaldo.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Zuentibolchus gratiâ divinâ Rex, cum petitionibus Sacerdotum justis ac rationabilibus divini cultus amore favemus, supernâ nos muniri gratiâ non diffidimus: Quapropter noverit industria seu utilitas omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quàm & futurorum, qualiter Odilbaldus Trajectensis Ecclesiæ veteris venerabilis Episcopus, quæ est cõsecrata in honore S. Martini confessoris, & aliorum Dei Sanctorum, obtulit obrutibus nostris auctoritatem immunitatis Domini & parentis nostri Ludovici piissimi Augusti, in quâ erat insertum qualiter Dominus & genitor suus Carolus bonæ memoriæ clarissimus Imperator, & avus suus Pippinus Rex & antecessores eorum ad ipsam

Trajectensis
vetus.

al. constructa

Zuentiboldus sal. mut:
Arnulphi fuit, quare pa-
rentis vocabulum hic
latus sumi ab eois dicendi.

H: 2

Mundaburdo

ad ipsam Ecclesiam concessissent omnem decimam, de mancipiis, de terris, & de Teloneis, vel de negociis & de omni re, undecunq, ad partem regiam ¹⁰⁸ Fisci Teloneis accipere vel exigere videbatur, & ut homines ejusdem Ecclesie sub Vindibardo & tuitione ipsius Ecclesie consisterent, nec non in ripis Dorestado, ut nec bannum, nec fredum, nec conjectum, quod ab ipsis gheschor vocatum esse comperimus, contingere aut exactare presumeret. Et quiscunq, ex negotiatoribus in eorum ripas intrare voluissent, nullam eis contentionem ex hoc fecissent, nec mansiones eorum domibus sine permissu eorum accipere auderet, nec eorum res dum vixerint auferre, aut post mortem eorum contingere, nec ullo modo eis in aliqua re calumniam generare quis presumeret, qualiter Praesul ipsius Ecclesie liberius eidem Clero & populo sibi subiecto alimoniam ministrare, & luminaria in ipsa sede concinnare, atque gentiles, qui ad Christianitatem convertuntur, alere & docere possit. Hae rogavit celsitudinem nostram iam dictus Episcopus, ut ob nostrae mercedis augmentum illi concessissemus, ut ipsam legem quam in Dorestadio antecessores nostri Reges, videlicet & Augusti antecessoribus suis Praesulibus sc. & Episcopis, iam nominatam sanctam Traiectensem Ecclesiam concesserunt, in omnibus huic sanctae Traj. Sedi, ob amorem Dei, S. Martini, in Daventre & Thiele, universisque aliis locis in ipso Episcopatu consistentibus concessissemus. Cujus petitioni libenti animo aurem accommodare placuit, & per hanc nostram auctoritatem confirmare, ut sicut in Dorestadio in terris S. Martini residentibus, vel cum navibus adripantibus, aut ibi commanentibus, nec teloneum aut conjectum seu mansionaticum, aut fredus a ministerialibus nostris exigatur, sic in Daventra villa & Thiele omnibusque aliis locis in terris & possessionibus ejusdem Traiectensis Ecclesie consistentibus & commanentibus, de caetero ab exactoribus nostris non expetuntur, sed haec omnia ob mercedis nostrae augmentum & aeternam remunerationem in jus & dominationem iam dictae Ecclesie Traj. redeant, ut S. Martinus, in cujus veneratione ista contulimus, dignetur pro nobis intercedere, ut veniam peccatorum nostrorum mereamur habere. Et quicumque hanc donationem infringere aut immutare per malevolentiam tentaverit in iram omnipotentis Dei & S. Martini se incurtere sciat. Et ut verius credatur, & diligentius observetur, manu propria nostra sub his haec confirmavimus, & sigillo nostro assignari iussimus. Signum Domini Zuentiboldi gloriosissimi Regis, Waldgerus Notarius ad vicem Radbodi Archicancellarii recognovi. Data viij. Kalendas Julij, anno incarnationis Dcccxi. indictione viij. anno vero regni Domini Zuentiboldi secundo. Actum Nuiмага palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

aus. continuare

concederemus

+ ad

7 & reverentiam

* seu

Daventre.

Radbodus,

in Ans. XIII

Zuentiboldus regnare cepit in Austrasia vel Lotaringa regno vivente adhuc patre a 895, ut testatur Reginone quem Mar. Scotus et Sigisbertus sequuntur a 900 vero 900 teste Conrado occiditur.

Bona

Bona & immunitates Ecclesiarum Traiectensium.

IN Dorrestado Ecclesia, quæ vocatur Vbkirica, cum omnibus appenditiis suis, terris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, omnisque hæc insula, quæ jacet juxta Ecclesiam sancti Martini, circumquaque inter Rhenum & Leccam, & insulam quoque juxta Bocsechem hodiæ, quæ prior villæ Rijswich, hæc omnia sancti Martini. De vico etiam supranominato decima pars sancti Martini in omnibus rebus. & inter Holanwech & Freger Mahusenem, sive quod vulgò dicitur ~~Re~~ terra illa sancti Martini. In villa Ryfwich Ecclesie cum terris ad eandem pertinentibus, & septem alij mansi, excepta Regali decima. Et in Haléhem tertia pars totius villæ, & in luper mantus unum quem Hagabard dedit, villa Thorheim cum Ecclesia & omni integritate sancti Martini. Villa Galana similiter in villa Weffisse mantus unus, in Turre mansi tres. in villa Vpburen mantus unus. in ~~Ge~~ ^{gesturpemerca} ~~stippemith~~ duæ virgæ simul jacent. in villa ~~simul~~ mansus unus. in villa Haturâ, quicquid Harulphus habuit ibi & Ecclesia cum quinque mansis. in Lanthein juxta fluvium Lacca unum. In supradictâ villa Turre mantus unus, quem Herulphus dedit. In Helpimi iij. & dimidiis mansus. In Lorech tres mansiones, in hugrum sancti Martini totum. In Rumpse simul in Werkerum Ecclesia cum terris ad eandem pertinentibus, & octo mansi alij. In villa Rodichem tertia pars villæ. In Frefdore Ecclesia cum iij. mansis; Bünichem totum S. Martini. ~~Frefna~~ similiter, Nesselhoost similiter, Suesnon similiter, in Rudinhem iij. pars totius villæ; Snesna similiter; Martina similiter; in Lonaralaca duæ partes totius villæ sancti Martini: in Merchisthem similiter iij. pars totius villæ; in pago Germepi tam de terris, quam etiam de pascuis seu piscationibus, vel de omnibus rebus quinta pars sancti Martini. In Vurdam totum sancti Martini. In Potarné quinq; mansi, in Waltricheschem quinta pars villæ. In Hermesche quarta pars villæ; villa Gimel propria sancti Martini, in Calmere iij. pars totius villæ. in Alfna duæ partes villæ. In Bracanhem similiter. in Wilischem vij. mansi; in Martische duo mansi. In Wilkanhem iij. mansi; in Suetam similiter. In Hauesche similiter; in Holtland iij. mansi; in primâ Leithen ij. in secundâ & in tertiâ item. In Rodenburgh quinque mansi, in Leghan v. In Loppischem ij. in Lippinge similiter. In Wadinghem ij. in Fore similiter; in Forenburgh ij. in Forsehare ij. in Galingen j. in Holsteppinheri ij. In Westeppinheri ij. in Corfean ij. mansi. Thialind filia Albesti cum filio suo Regimberto tradiderunt quicquid habuerunt in Vphusen Martino. Ecclesia quæ dicitur Holdsole cum omnibus sancti Martini. In Maseland de omni decima sancti Martini totum & ad integrum. Et Sünoverit totum; Ostburum totum. Similiter Ecclesia quæ dicitur Valcanaburg cum omnibus appenditiis sancti Martini totum & ad integrum. Honerathorp totum. In Suthrem iij. mansi; in Hellerev. in Wabbigen vij. in Gittastip ij. in Pillingem j. in Marandi j. in Epharadum ij. in Elfrum ij. in Wirthum ij. In Masanulam quicquid E-

Catalogus bonorum ad sedem Vtraque. portuentis

Vbkirica. Ryfwich.

Hagabard. Galana villa.

Vpburen apud Iselstey.

Harulphus

Rodichem.

Martina

wurda nye worden

al. iiii

Holtland. Lothen.

Rodenburg.

Voranburg.

Galingen. cralingen.

Vrsefaten.

Tialind.

Holdsole.

Valcanaburg.

hec
 Freger Mahusenem.
 varia de hunc in MS.
 x In Lote ecclesia tres, cum
 terris ad eandem pertinen-
 tibus, et septem alij mansi,
 gesturpemerca.
 werckonde al. vel werken.

Fefna

F

res

simul

unus

fund

m. s. Elgfund

m. s. Rufinghem

al. Rothulfhufen

Helleze al.

Elgfund.

Ernulphus & Radulphus.

Gerulphi piscatio.

Haralem.

m. s. Duatingabur

In pabem ij. In Sictiffem totu s. martini. In Hazarum ij.

Wizon

Vteromeni

m. s. Were ad piscandum

cogschult

Piscatio. Damsar. sche.

Vennepa.

Almere.

Beets.

* quorum huc sunt nomina; Folkeze, Offo, Radbaec, Daxger, Thiemar, Redger, Redulf, Poppo, Dimar, Remger, Daxburh, Aldo, Rueda, Dracer, Wibald, Thito, Haze, Wilfoald, Aldulf, Geldulf, Hyldulf, outgald, Gezehelm, Beelo, saxger, euerbald, ostlef, ofburg, Tallo, Edo;

legimus ibi hereditatis habuit, vel ejus videbatur possessio, totum tradidit ad sanctum Martinum. in Ler iij. in Rufigen iij. in hustingest iij. in Litbon- gest iij. in Lanlongest mansus & dimidius. in honarathorpā medietatem totius villæ, quicquid ibi tradiderunt, Ernulphus & Radulphus hereditati- que habuerunt. In Rotulusa chem, medietas totius villæ sancti Martini, & insuper hereditas Aldburgæ quicquid ibi habuit. Piscatio quam Gerulphus habuit in extremā parte Rheni fluminis vj. pars pertinet ad sanctum Marti- num. in Hessem mansi v. in Osbrattaschem ij. in Hessemaholte iij. in Lux iij. in Ostagen v. in Schata ij. in Offirhem thaginos tertia pars & mansi vj. in Westlagium totum absque ij. mansi. Lüfna v. in Warmelde iij. in Oe- geresgeist ij. in Polgest ij. in Hufingest iij. in Olsem ij. in Wilkenheim cum omnibus appenditiis sancti Martini, Similiter in Buren cum omnibus appenditiis; & in Thaglingi similiter totum sancti Martini. in Brogen ij. in Limbon Ecclesia cum mansi x. in Nortgo vij. in Lethem totum & adinte- grum sancti Martini cum sylvis & omnibus adjacentiis, similiter Apmorio- Scota totum sancti Martini. in Haralem iij. in Vellfan ij. in Snattungabu- rim x. in Schraveholt x. in Venapiu totum sancti Martini. in Hex ij. in Bred- hem iij. in Batchem duo. in Landa tres, in Bemhem vj. in Westburgem v. in Hosterburgem ij. in Brockhem & in Cumulthem iij. in Godolphem ij. in Pischehem i. in Panga vij. in Günsing totum sancti Martini. in Wintmund- hem v. in Husidina iij. in Lidum ij. in Vagarafelda ij. in Edestorpa iij. in Zutheren ij. in Vlectingen ij. in Schoronlo iij. in Beirgum v. in Bener- feldā ij. in Camptorpa i. in Lecchenburen i. in Vranlo. j. in Texle tertia pars sancti Martini, in Vintro duæ partes totius terræ sancti Martini cum Eccle- siis utriusque terræ; & in Varoth similiter; decima quoque navium quæ il- luc procellarum impetu feruntur, ac inventionis ad sanctum Martinum per- tinet, quia ibi Telonium non est. de Teloniis quoque aut de negotio, aut undecimque ad partem Regiam jus Filci censum exigere debet, omnis de- cima sancti Martini est. similiter & de tributo quod Infloto vocatur. In Ver- mere omnis piscatio, & in Vntre comeri laxatio rætium, quod Tragal dici- tur, omnis, & dimidium piscationis ad sanctum Martinum pertinet, in Dar- malsche tota piscatio sancti Martini. in Amifon vij. mansi ad stipandum in Getzewald in flumine Vennepa omnis piscatio sancti Martini, in Almere Regalis decimæ census, qui vocatur Cogschult, in Melle villā cum omni piscatione. Decima etiam in Almere de fagenis sancti Martini est. Sed mo- do illæ aliæ partes novem propriæ sunt sancti Martini. Sed alia piscatio in flumine Fecht tota sancti Martini est cum omnibus stagnis ibi adjacenti- bus, omnesque aquæ in Insterlaca cum omni piscatione sancti Martini: et in Nitron in Almelo mansus dominicatum cum terrâ Salariciâ sancto Mar- tino cum servis in eadem villâ manentibus, & quicquid illi habuerunt; nunc computatum est in xij. mansos, Quorum Poppo unum habet in Nothan- heri ij. in Lugdingem, & in Strewe vj. in Huwidon in Haldingen sunt mansi Regis iij. & quod superest totum sancti Martini faciunt mansos xxxij. In

locos

loco qui vocatur Beostan Westane, xxv, mansi, in Strude lx. & xij, mansi, qui fuerunt Dei sanctorum Martini, Bonifacii, Willebrordi, Ludgeri, Landberti, & Domini Regis, & servi ~~de~~ terre eorum, in Wihemundhem scilicet xij, mansi. In Ellimthem ij. in Wenningen v, mansi, in Landrage iij, mansi, in Westerburgen iij, mansi; in Holsterburgen ij. in Beverhem ix, mansi; in Litam iij, mansi, in Rotelvassem quod modo dicitur Rinesburg xij, mansi sancti Martini sunt, quos Radulphus & Aldburgis de sua hereditate tradiderunt sancto Martino, & mansi jacent Binorthanslieta. Sedilia autem, quæ Hoffted dicuntur, bifusamlieta, in quibus supra nominati manserunt. In Bevorthem tradidit Vntha Ecclesiam necdum consecratam in jus & dominium sancti Martini, ea videlicet ratione, ut post consecrationem ejusdem Ecclesie decimæ darentur ad supradictam Ecclesiam de villis his nominatis vocatis Beverhem, Gilshem, Eggingem, Scupildhê; præterea sunt mancipia almi Martini juxta Feilsum. in Flax Ecclesie omnes sancti Martini, & totius terræ, quæ ad Regem pertinebat, tertia pars sancti Martini; exceptis aliis terris, quas Christi fideles tradiderunt, quæ omnia leguntur inconvulsa mansisse usque ad tempora Otilbaldi Episcopi, & similiter omnes Ecclesie in insula Texlair. Item in Nortwalde Regalis decima, sicuti in aliis locis, & in super Accastorp totum sancti Martini; in Medemelabæ regalis decima, & in super sicut continentur aquæ, quæ vocantur, una Wurtur, nec non etiam Fresionowit totum sancti Martini, in terris, sylvis, palcuis, aquis, & piscationibus.

Beostanwestane

Wihemundhem al.

¶ Jubante, Abbo, Algrafan, Thradlof, Garburg, Luidrad, Garhard, Siburg, Gefmulf, Bulo, Soltolf, Saxburg, et fratres eius qui thangb urgas habuit isti sunt 5. Martini eam terram quam Hoffted habuerunt

Gutha n.s.

Villa:

Mancipia

Tanc propria Jella et filius eius Abbo filiaque eius tres, Beodo etiam et pror eius uion & Futtsfund et pror eius Ermburg, cum illorum ipfuntibus.

lake & cuius fratres his erant noibg Binwartet / appellati Obauan et Lutsauan.

Qua post riores Imp er potentes sed Ultra monte cons ularius

quorum pars non modica

permaxima

De Zuentiboldo historia.

Arnulphus filius Karolomanni, quem ille, cum sibi ex legitimo matrimonio soboles nata non esset, propter conjugis infecunditatem, ex quadam nobili femina suscepit, Arnulphumque nominari voluit ob memoriam Arnulphi Metensis Episcopi, quæ Ludovico patruo suo provin-

orig: qui a

By suden flicte

Texte

4 ob fur amorem

cuius etiam comprobat sub fratris note Sibran sub supra regobak

Regino ad a. 892.
 Arnulphus Zuendibolde filio
 bono & megingaudis Comitis
 ex parte Caribolde
 ex quo antea fere sequitur
 de scripta videntur, sed minus
 fideliter descripta. Reginarum

Odraco

Dorsos
 hic locus forte
 Dorsos recte postea
 dicitur.

Foro magas Reginoni

no 899. vsq:

circa finem a. 899. ubi
 habet Regino obiit
 Arnulphus, et hæc co-
 gregatio procerum in
 initio anni sequentis facta.

Zuendiboldi
 aversus.

provincia Caraurana donatus, quam patet pridem illi concesserat, genuit
 ex pellice filium, quem à Zuendiboldo Rege Marahensium Sclavorum (is
 enim ipsum ex sacro fonte levavit) id nomen sortiri voluit, primum hono-
 res Megandi Comitis & nepotis Odonis Regis circa annum Dcccxcij. illi
 largitus. Deinde Wormatiz assensu omnium, Regno Lotharij præfecit, qui
 anno Dcccxcvj. cupiens amplificare terminos regni sui, collecto immenso
 exercitu adversus Odonem, Lugdunum clavatum obsedit, frustra, tandem
 recessit hortatu patris, filiam Odonis Comitis duxit in uxorem anno Dccc.
 xcix. Reginarium ducem sibi fidelissimum, & unicum consiliarium (ne-
 scitur cujus instinctu) à se reppulit, & honoribus ac hæreditatibus interdi-
 ctis, eum extra regnum excedere jubet, qui adjuncto Odraco Comite, & qui-
 busdam aliis cum mulieribus & parvulis, & omni suppellectili in locum
 tutissimum ad Mosam, qui Dorsos dicitur intravit, ibique se communiit.
 Quod cum Rex cognovisset, castrum obsedit, nec prevalere potuit. Rece-
 dentes itaque eo, Comites Carolum adunt, & cum omni exercitu in re-
 gnum introducunt. Quod per sentiens Zuendibolchus licet serò se circum-
 ventum, cum perpauca fuga dilabatur. Carolus recto itinere Aquas venit,
 deinde Neomagum perrexit. Interea Zuendibolchus ad Franconem Leo-
 diensem Episcopum venit, & eum cum omnibus suis secum assumens Mo-
 sam transit, & ad Florincas contendens, ubi omnes proceres regni qui in
 illis partibus erant, ad eum conflaverunt, ex desperatis itaque rebus vires
 se recepisse cogitans, resumpta fiducia contra eum ad pugnam pro-
 ficiscitur. Carolus à Nuimagi revertens Prumiam venit, & inde adversus
 Zuendiboldum copias transfert, verum appropinquantibus ex utraque par-
 te exercitibus nequaquam pugna committitur, sed intercurrentibus lega-
 tis pax firmatur, sacramenta jurantur. Carolus transvadatà Mosâ in suum
 regnum revertitur. Zuendibolchus colloquium habuit cum optimatibus
 Arnulphi & Caroli ac suis apud sanctum Goarem, & rursus Dorsos expu-
 gnare tentavit temerè. Anno Dcccj, defuncto Arnulpho Imp. Proceres &
 Optimates qui sub ditione Arnulphi erant, ad Forocheim in unum congre-
 gati, Ludovicum filium præfati Principis, quem ex legitimo matrimonio
 susceperat regè, super se creant, & coronatum Regniq; ornamentis indu-
 tum in fastigio regni sublimant, quamvis aliqui hunc Zuendibolchum etiam
 Ludovicum nominent. Dum hæc in Germania geruntur inter Zuendibol-
 dum & primores regni, inexpiabilis oritur dissensio propter assiduas depre-
 dationes & rapinas quæ in regno fiebant. Et quia cum mulieribus & igno-
 bilioribus regni negotia disponens, honestiores & nobiliores quosque de-
 jiciebat, & honoribus & dignitatibus exspoliabat, pro hujusmodi iraque
 causâ omnibus odiosus efficitur. Certatim igitur ad Ludovicum transeunt,
 eumque in regnum introducunt, & in Theodonis villâ manibus datis domi-
 nationi ejus se subjiciunt. Ludovico transeunte Rhenum Zuendibolchus
 coadunatis quoscunque potuit, civitates circumvit, incendiis & rapinis eun-
 sta devastans, arbitratus defectores, qui propter ejus insolentiam & imma-
 nem

nem malitiam ab eo defecerant, immaniora & pejora faciens ad se revocare posse. Ludovicus rursus in regnum accersitur, & à Comitibus Stephano, Gerardo & Matfrido prius honoribus & dignitatibus privatis, & postea per Arnulphum patrem reconciliatis eisdem, Zuentibolchus in prælio interficitur Idibus Augusti: Et eodem anno Gerhardus Comes Odam uxore ejusdem sibi in matrimonium copulat. In annalibus tamen Leodiensium refertur post Carolum tertium, jamque Imperio à Francis ad Longobardos translato Arnulphum (licet à formoso Papa P. in Imperatorem inunctum) sed nec filium ejus, nec plerosque alios cõnumerari inter Augustos, & usque ad Ottonem primum solo regio nomine contentos. Ludovicum quoque hunc in loco ~~Serechum~~ Regem declaratum Anno Dccc. tertio, ad Imperium non pertigisse, Imperiumque stirpis Carolinæ in eo finitum. In eo autem prælio in quo Zuentibolchus occubuit, quicumque vulneraretur, aut mortem non evasit, aut nunquam sanari potuit. Corpus verò beati Regis (sic enim narratur tanquam inter Divos relatus) sepelitur in ecclesiâ Sustentensi ab ipso fundatâ Leodiensis Dioceseos, (in quâ & Benedicta & Cecilia ipsius Regis filiarum sacro velamine initiatarum præfuerunt annis aliquot) multis reliquiis ac privilegiis decoratâ: Memoria hujus Regis celebratur Idibus Augusti, ut præactum est superius in vitâ Gregorij primi.

Imperium à Francis ad Longobardos translatum.

Forestem

Vulnera fatalia

Sepultura Zuentiboldi

Egilboldus Episcopus 13.

Egilboldus natione Frisius unanimi omnium voto, xij. Episcopus surrogatur in locum Odibaldi, vir non contemnendæ vitæ, literis clarus & ipsi Zuentiboldo Regi acceptus, qui ejus contuitu famulam quandam datus ut lex Salica docet in commutatione duobus mancipiis prius & postea secundum legem Francorum denarium ejus excutiens hoc modo servitutis vinculo liberavit & donavit ingenuitate. Actum Nuimæ: Præfuit hic cathedræ Episcopali solum duobus annis, sed secundum Iohannem Beccam sex mensibus tantum, cujus etiam mentio habetur in annalibus & apud scriptores. decessit 3. Calendas Octobris, sepultus in eadem ecclesiâ, qua & Odibaldus. Hoc etiam tempore volunt Theodericum primum Comitem Hollandiæ concessisse fatis, subsequente paulo post Ghena ipsius conjugæ, sepulti Egmondæ in Monasterio, quod ex oratorio ipse lignum crexerat.

Lex Salica

Lex Francorum diversa

Forma mancipiorum

Ioh. Beccam

Obitus Egilboldi

Obitus Comitum primæ Hollandiæ

In cron. Bec. m. s. meo X. menses Egilboldum sedesse legitur ut et in impresso.

De hac Theodorico et conjugæ vide Scriverium in notatis ad Annal. puteros. et nostras in Beccam cronicam notas.

Radbodus Episcopus 14.

Radbodus sive Radobo vir illuster, & Regio sanguine ortus (siquidem Maternus Attavus erat Radbodus Rex Frisiorum, & Guntherus Coloniae Agrippinae Episcopus ejus avunculus) urgente Arnulpho Imperatore Episcopus XIII, constituit ut animo satis tenente. Hic educatus in aula Caroli Regis Francorum, Nannonis Philosophi profitentis septem artes (quas vocant liberales) fuit auditor, & uti conicitur ipsius Zuentibolchi Regis Archi-cancellarius, humanis ac divinis literis apprime eruditus, valuit carmine & pedestri oratione: cujus scripta in vitam & laudem Sanctorum adhuc extant, potens etiam spiritu prophetico & vivens claris miraculis. Ordinatus autem Episcopus, jam exteriorem hominem suppeditans, & relinquens aulam Regiam, fervore religionis accenditur, Orationibus, elemosynis & corporis macerationi intentus usque adeo, ut dum convivere uteretur vino, ipse solus & clam illis aquam sumere consuevit quod cum quidam Gommarus suspicaretur, expectit ex ejus poculo bibere, & non consentienti subtrahens sciphum, haurit ex illius liquore quem repente ex aqua in optimum vinum constat fuisse commutatum, quo comperito ille supplex deposcit veniam. At urbe Trajectensi jam per Tyrannorum crudelitatem omnino desolatam, constituit sedem apud Daventiam. Prope-rans autem certo tempore adire Trajectum, visitaturus loca & corpora Sanctorum, habuit Danos obvios pium ejus propositum impediens, quos pie admonitos, ut ad crudelitatem & Idololatiam desisterent, ac fidem Christianam sumerent, obaudientes & mortem comminantes tanquam perditos notavit anathemate, & statim subsecuta ultio: nam caelesti ictu fulmine, interierunt. Quo miraculo commoti Christiani eos sumptis armis propulerunt Trajecto. Praeterea Baldrico juveni clarae indolis adducenti binos clericos conterraneos suos exoranti, ut eos consecraret sacerdotes. Respondit, peracto trionio mihi ab ergastulo carnis absoluto succedere Episcopus, hos tunc ordinabis, & loca sacra ac urbem Trajectensem restaurabis, prout eventus rei postea edocuit: huic in Tuentionia extrema valetudine laboranti, apparuit sancta Dei genitrix, comitata igne & Tecla virginibus, consolans eum, & promittens spem sanitatis, subjungens tamen ipsum haud longo tempore superstitorum mundanis miseris. itaque liberatus ab illa aegritudine assidue se praeparavit ad resolutionem beatam, exiens Trentoniam & apud Homersum sive Othimars hemlecto decumbens inter decantandum laudes sancti Martini, migravit ex hoc saeculo iij Kalend. Decemb. Anno Dcccxvij, trans-latus Daventiam, Praefuit in tantis Danorum calamitatibus annis xvij. ascriptus catalogo Sanctorum. Ad cujus sepulchrum confugientes, sunt compotes vororum. Cui Zuentibolchus Galliae Belgicae sive Lotharingiae

*At Radbodus ipsemet
tradit se ad scriptum
collegio Trajectensi
partis dieb. ante Radobodum
Zuentiboldi: ut est,
post mortem Arnulphi Imp.*

*Nanno Phi-
losohus.*

*Radbodum
vires.*

*Radbodi
scripta.*

*Fragilitas
Radbodi.*

*Gommarus
aqua in
vinum.*

*Dani obvii
veniant S.
Radbodum,
et ab eo se-
cundum a-
nathemate.*

*Dans Tra-
jecto ex-
pulsi.*

*Varicinium
Radbodi.*

*Apparuit
Deipari
Virginis.*

*Homersum
sive Othi-
marsum.*

*Obitus S.
Radbodi.*

*Vide Indiculum
ss. Belgij Molani*

ac Carolus Francorum Reges, confirmarunt donationem Daventriæ oppi-
di ac illius arcis, & Thiele cum Telonis & pertinentiis antea ecclesiæ Tra-
jectensi factam, Et Conradus Rex similiter confirmavit, quicquid alij Re-
ges concesserant ad preces Vdonis consanguinei sui & Walgeri Comitis an-
no Deccccxiiij. regni ejus tertio. Actum apud Willenaberez. Super sunt mul-
ta ejus præconia in laudem Sanctorum composita, & etiam inter alia scripta
hæc comperimus literis vetustis annotata.

Donationes
facta S.
Radbodo

Præconia
S. Radbodi

Willmaburg

Anno ab incarnatione Domini Deccc. apparuit in cælo mirabile signum,
stella enim visæ sunt undique tanquam ex alto in Orizontis imo profluere
circa poli cardinem, omnes ferè inter invicem concurrere: quod prodigium
secutæ sunt tristes rerum calamitates, aëris videlicet maxima intemperies,
crebrique ventorum turbines, Fluminum quoque terminos suos transgre-
dientium, terribilis quædam ^{quasi} ~~clara~~ caraklismi imago. Et quod his pesti-
lentiùs est, diræ hominum adversus Deum se extollentium intempestates.
Hoc eodem anno, priusquam tamen Epactæ mutarentur, Folco Remorum
Metropolitanus, & Zuentiboldus Rex interfecti sunt, ac non multis antea
diebus ego peccator Radbodus inter servulos sanctæ Trajectensis ecclesiæ
conscribi merui: Atque ô utinam cum eisdem æternæ vitæ consortium me-
teat adipisci. Hoc ergo erit Epitaphium meum de viatico Christi.

Radbodi
monumentum

E Surior, te, Christe Deus sibi atque videndi
Iam modo carnales me vetat esse dapes.
Da mihi te vesci, te potum haurire salutis
Unicus ignota tu cibus esto via.
Et quem longa fames errantem ambesit in orbe,
Hunc satia vultu patris imago tuo.

Epitaphia
S. Radbodi

Item de poscenda peccatorum remissione.

^{Ad S. Martinum}
Sis pius oro mihi Martire habitator Olympi,
Solamen misero sis pius oro mihi.
Porrige quæso manum ne me trahat ecce profundum,
Portus naufragium, porrige quæso manum.
Imminet umbra necis nunc nunc mihi proximus adsis,
Res nimium tristis, imminet umbra necis.
Eripe me tenebris, & diris subtrahere flammis,
Dilector lucis eripe me tenebris.
Me quoque redde polo regnum quo permanes agno,
Qui frueris calo me quoque redde polo.

In lib. cat. s. sal. Te
tand hic cæmen pmit-
titur trinum desinor.

Coryli & in libro cæhen.
collegij saluat. Traiect.

In quorum omnium confirmationem ita scribit Iohannes Abbas Spanhe-
mensis: Radbodus xiiij. episcopus Traiectensis, natione teutonicus, vir in
divinis Scripturis valde eruditus, & secularium literarum non ignarus, in-
li 3 genio

Io. Tribani
de scriptis
Ecol.

genio subtilis, eloquio clarus, vitâ & conversatione sanctissimus, multis & vivus & mortuus miraculis choruscavit, hunc in omnibus literis humanitatis Nanno Philosophus doctissimus instruxerat; qui advocatus in Palatio Regis Karoli Grossi fuit, & postea Monasterium ingressus, tandem Episcopus ut diximus consecratus, Ecclesiam Traiectensem in gravi persecutione Tyrannorum xvij. annis strenue gubernavit; scripsit autem nonnulla præclara opuscula, de quibus ista feruntur, Laudes sancti Martini lib. iij. Laudes sancti Bonifacii Episcopi lib. j. de sanctâ Amelbergâ lib. j. Homiliarum & Sermonum lib. j. de sancto Willibrordo flores. Integrum quoque de sancti Martini translatione officium, & varios cantus in honorem Sanctorum. Obiit sub Ludovico filio Arnulphi Imp. Anno Dcccxvij. in Kalend. Decemb. Episcopatus sui anno xvij, sepultus apud Daventriam ubi residence anteâ consueverat.

Conradi confirmatio sub Radbodo sive Radbone.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Conradus divina auxiliante clementia Rex: Cum petitionibus sacerdotum justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, remunerationem hujus rei à Christi gratia expectamus. Quocirca notum fieri volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quàm futuris Radbodonem venerabilem Episcopum veteris Traiecti Ecclesiæ, quæ est constructa in honore S. Martini Confessoris, aliorumque Sanctorum, suggestisse Majestati nostræ per quosdam nobis familiares, ut constituta Regum qui nos præcesserunt, quibus præfata Ecclesia nobiliter ampliata atque ditata, scripta renovari jubere-mus, idemque scriptum nominis nostri signo nostraque Imaginis sigillo, cum manus nostræ scriptione firmare-mus. Cujus petitioni, quam per Radbonem consanguineum nostrum, Walgerumque Comitem nobis obtulerat, libenter aurem accommodantes, Regali autoritate statuimus, firmiterque jubemus, ut ab hac die, & deinceps sicut in cæteris immunitatibus antecessores nostri Reges vel Imp. Ecclesiis Dei concesserunt, ita & nos in omnibus rebus immunitatis prædictæ S. Dei Ecclesiæ concedimus, & jure perpetuo delegamus. Hanc itaque auctoritatem, ut nostris, nostrorumque successorum temporibus inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subrus firmari, & sigilli nostri impressione jussimus roborari. Signum Conradi serenissimi Regis. Salomon Cancellarius ad vicem Nigrini Archicappellani recognovi. Data vij. Idus Julij, anno incarnationis Domini Dcccxiiij. Indictione secundâ, Anno regni Conradi gloriosissimi Regis tertio. Actum apud Willenaburgh in Dei nomine feliciter, amen.

videlicet

BALDR

Baldricus Episcopus 15.

Baldricus ob egregia sua facinora cognominatus Pius, nobili sanguine Prefectorum sive Comitum Clivensium oriundus, patre Rixfrido ex comite, post Radbodum dignitatem cathedræ Episcopalis Trajectensis xv. assequitur, vir magnæ scientiæ, pace ac bello clarus, præceptor filiorum Henrici primi, Regis scilicet Ottonis, Henrici & Brunonis, quorum Otto ad Imperium conscendit. Henricus immaturâ morte præventus deficitur, Bruno Agrippinæ Coloniz Archiepiscopus, & Dux Lotharingæ constitutus, præpedito fratre Imperatore Hungarico, & aliis exteris bellis, ipse inferioris Germaniæ ac Belgiæ provincias gnâviter administravit. Nam cæ tempestate tanta fuit Christianæ Ecclesiæ necessitas, ut & Episcopi & Prælati Ecclesiastici utile duxerint etiam armis illam defensare. Decreverat Henricus pater, Brunonem filium antè Radbodum surrogare, sed intellectâ desolatione urbis Trajectensis per Danos factâ, tradidit ipsum militiæ, quem postea frater Imp. instinctu Baldrici hujus direxit cum non sperandâ manu ad restituendam urbem, & liberandum provincias circumvicinas, antiquatis hostibus, quorum fortuna jam undique mutabat, qui etiam victoriosè bellum hoc injunctum exequitur, constituens ipsum Baldricum in sedem quietam. Hic itaque quemadmodum nova urbis & templorum fundamenta jecerit, munierit, & arcem adjunxerit, aliquanto super deletam urbem (unde Ultrajectum nuncupari volunt) ipse suis literis attestatur.

Trajecto
si q. Mon.
rii Aucu.
pâ.

Otto,
Henricus,
Bruno.

Repub. al.
Ecclesiasti-
ci in ambo.

Liberatio
Traiectensis
Ecclesiæ.

Ultrajectum

*Privilegium concessum Ecclesiæ per Dominum Baldricum Pium
Episcopum Traiectensem.*

Baldricus gratiæ pietatis clementiâ sanctæ ecclesiæ Trajectensis humilis Præsul, omnibus in Christo fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris in Domino Iesu continuum æternæque jocunditatis ineffabile tripidium. Omnium fidelium comperiat industria tam præsentium quàm futurorum, qualiter ego Baldricus S. Trajectensis Ecclesiæ Præsul indignus, cum post mortem Reverendi Patris Domini Radbodi xiv. Traj. Episcopi creatus fuissim in Episcopum Traj. & à Metropolitanò S. Colonienis ecclesiæ Archiepiscopo confirmatus & consecratus, operæ precium fore duxi S. Traj. ecclesiæ locum de quo Episcopatus nomen habuit, visitare, Ad quem eum venissim, & destructum à Danis, proh dolor, reperissim, & omninò desolatam, nec non honorabiles Ecclesias gloriosi patroni S. Martini ac S. Salvatoris dirutas & exustas, lachrymas dolore cordis gravissimo tactus, intus nullatenus valui continere, & invocato de cælis auxilio profusis lachrymis exoravi, ut ille qui ecclesiam suam stantem supra firmam

in m. s.
videbat

Christus
fundamen-
tum ecclesie

Baldrici
adificatio-
nes.

hostium

manu petram, id est, Christum fundaverat, ad Ecclesie mihi commissae re-
stitutionem & reparationem cooperari mihi sua consueta benignitate di-
gnaretur, ejusque adjutorio, qui non faciem, sed cor hominis intuetur, pon-
tem trans fossatum, urbemque cum portis, & murum cum propugnaculis
contra ~~hostium~~ insultum construxi & exegi, ac nobilissimae probataeque, Deo
sacrae pacis locum Ecclesiam videlicet gloriosi Patroni mei & S. Salvatoris
a prophanis dirutas & exustas, non prout debui, sed prout potui aliquantulum
reparavi, Canonicos ab his Ecclesiis fugatos, & multimodis dispersos,
revocavi, substituendo alios Canonicos in loca mortuorum, fideliumque
nuru Dei ad me confluentium adjutorio inimicos de terra propulsavi, ter-
ras, praedia, decimas, & possessiones ad Trajectensem ecclesiam pertinentes
potenter de inimicorum manibus liberando, insuper dictarum ecclesiarum
Canonicos ad sustentationem eorum ampliores, ut divinis laudibus fer-
venter inhareant, omnium decimarum suarum accrescentias ac novarum
decimas ad stipendialem usum in eisdem Ecclesiis continue servientibus,
propter Deum, qui cuncta bona remunerat, ad ejus servitium augmentan-
dum corde favorabili & manu largam tradidi & donavi in perpetuum possi-
dendas, ita quod ibidem pro remedio animae nostrae omni tempore proficiat
in augmentum. Si quis vero, quod futurum esse non credo, contra hanc
traditionem & donationis chartam aliquam injustam interpellationem, aut
injuriam facere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurret, & a li-
minibus S. Ecclesiae Dei efficiatur extraneus, & sit auctoritate nostra Epi-
scopali anathematizatus, sitque maledictus eadem maledictione, quae descen-
dit super Dathan & Abiron, quos terra vivos absorpsit, & quod repetit
vindicare non valeat. Sit praesens traditio ad instar testamenti a nobis facta,
omni tempore firma & stabilis permaneat stipulatione subnixam, quam pro-
pria manu subter firmavi, & sigilli mei impressione roboravi. Actum & da-
tum in Castro Trajectensi, Anno incarnationis Dominicae Dcccxxiiiij.
Kalendis Julij, Indictione septima, regnante D. Henrico primo Rege invi-
ctissimo, in Dei nomine feliciter, Amen.

In edit. Parisina a 1514.
lib. iv. cap. vii.

Luitbrandus Ecclesiae Ticini, quae Pavia dicitur, Diaconus, lib. quinto
Mathildis ante regni susceptionem Henrico viro suo peperit filium, quem
vocavit Othonem, istum inquam, cujus potentiam mundi partes, Aquilonari-
s & Occidua reguntur, sapientiam pacificantur, Religione laetantur, Insti-
tutaque Iudicij severitate terrentur. Post Regiam autem dignitatem, duos pe-
perit, unum, quem patris nomine vocavit Henricum, faciem satis ornatam,
consiliis providum, vultus nitore gratiosum, oculorum vigilantia placidum,
cujus pro recenti funere non mediocres lacrymas adhuc fundimus: Ter-
tium deinde Brunonem nomine, quem pater sanctus, quoniam Nortman-
ni Trajectensem destruxerant omnino Ecclesiam, ob ejusdem recuperatio-
nem voluit militare. Quanta fuerit prudentiae, quantaque Rex Henricus
scientiae, hinc probari potest, quod optimum, & potissimum, & religiosissi-
mum natorum suorum Regem constituit. Imminebat enim Rex prudenti-
sime

issime obitu tuo, totius populi celsus, si tantus Regiæ dignitati non subiger Vicarius. Qua ex re in amborum laudem hos pangimus versus:

Ipsè, qui quondam superare gentes
 Impiis bello solius cruento,
 Novimus nunc Rex dederis popello
 Morte, quam magnas propria ruinas.
 Turba certatim viduas a charo
 Rege jam cessat lachrymare; quando
 Alter exsurgit similis priori
 Filius Patri, venerandus orbi
 Rex Otho: gentes ditione magnâ
 Qui premet, pacem ferit hic beatam.
 Quicquid Henrici perijt recessu
 Præstitit, claro populis hic ortu.
 Blandus & Mitis, Patiensque Sanctis,
 Pestifer duris rabidusque servis.
 Bella cum multus tibi sunt gerenda;
 Ex quibus nomen referens in astra
 Cuncta calcabis pedibus per orbem,
 Quæ premit tardus radians Bootes,
 Et quibus nomen dedit Hesper almus,
 Lucifer rursus vocitatus idem
 Surgit cõo properans Chorusco.

dit. Paris.
 pacemque feret beatam

Secundum Abbatem, Henricus tertium quoque filium genuit nomine Brunonem, nam secundò genuerat Othonem mundi amorem: hunc Brunonem Pontificis summi ac Ducis magni officium vidimus gerentem, frater quippe ejus Otho, cum post patris excessum regeret Imperium, hunc omnium literarum scientiâ imbutum Præfulem fecit Coloniensem, factâque de hinc omnia perturbatione in Regnum, ita ut etiam filius Regis Luitoldus contra patrem consentiret pravorum consilio. Rex Otho ad disponendum regnum secedens in partes Orientis, fratri Brunoni Præfulem providendas commisit Occidentis. Ita ut cum magnâ religione usus est officio Sacerdotis, & exigente necessitate jussu Regis sanctus est virtute Magnanimi Ducis. Nemo autem super hâc re culpabilem illum dicat, cum Samuelem sanctum & alios plures Sacerdotes pariter legamus & Iudices. Henricus autem Rex obiit anno DCCCXXV. imò 38. Nam regnavit 18. an. & 920. suscepit Imperium.

Bruno Archiepiscopus Colonia mensis.

Exemplo Samuelem aliorum Bruno & Ecclesiam militiam coluit.

Anno 926. 6. Nonas Julij obiit secundum Onuphrium, aly 927. vi. de Lucidmo

At cum

In N. S. postrema hæc verba non habentur.

nimia

Incommoda Ecclesie Traiectensi. At cum Ecclesia atque urbs Traiectensis jam denuo renatae sint, operae precium duximus aliquantisper immorari ad recensendum, quanta incrementa ipsa Ecclesia evestigio in religione ac bonis ex pia Imperatorum largitione sumplerit. Nam hi condolentes tantae cladi praesentaneo remedio occurrerunt.

Confirmatio Donationis Hildarum. Henricus Rex confirmavit, & de novo concessit Baldrico, quicquid per Conradum Zuentibolchum Ludovicum eiusque aequivocum, Carolum & Pippinum, & antiquiores Reges & Imperatores Ecclesiae Traiectensi fuerat pie collatum.

Ordo Imperatorum. Otto autem Imperator primus ejus nominis ex Francis sive Germanis, necdum omnia, quae antecessores sui concesserant, cum plenitudine approbavit, sed pro memoria sua atque Egidis conjugis suae defunctae Regis munificentia donavit Piscationem in Amulon & in Almere cum omni censu, anno Decccxlviii. anno suo xiiij. Actum Numaga. Idem omnia a praedecessoribus suis Regibus seu etiam a ceteris fidelibus Ecclesiae Traiectensi collata, videlicet decimam partem omnium regalium praediorum, & monetarum, & Teloneorum, quae inter Episcopatus terminos exiguntur: Insuper & tributorum, quae Huslata & Cogschult dicuntur, res etiam in villa, quae

Huslata & Cogschult. quondam Duerstar, nunc autem Wycke nominata, & in ceteris omnibus locis a praedicta villa usque ad mare, & in insulis ceterisque mari contiguis provinciis ab Imperatoribus Regibus tradita, praescriptae Traiectensis ecclesiae confirmavit, interdicens auctoritatem auferendi aut mutandi. Actum Quindelingeburgh, anno Decccxlvij. Ottonis xij. Itemque Monasterium in loco Tielâ constructum cum nova atque lapidea in eodem loco civitate, ceterisque ecclesiae praediis, famulis, mancipiis, sylvis, aquis, piscationibus, pascuis, pratis, omnibusque ad praefatum Monasterium, vel ad Ecclesias a Walgero & filiis ejus Radbodone, nec non & Hattone, & illorum antecessoribus dicto Monasterio in proprium concessas jure pertinentibus, una cum Salicto juxta dictam civitatem suo jure perenni in perpetuum donavit anno Deccccl. anno regni sui xv. Quindelingeburgh.

Servi. Item ad praeces Brunonis Germani sui, & Baldrici, concessit quicquid in villa Amulda una cum Teloneo ad eandem villam pertinente, quod Walgero olim ad beneficium concessum fuit, in proprium dedit etiam quicquid in utraque parte fluminis Fecht habuit, cum omni integritate transfudit, terris, sylvis, aquis, aquarum decursibus, Piscationibus, stagnis, lacubus, quae ex eodem flumine derivantur, & terram quam Harto in loco Eski habere videbatur, ut Ecclesia potestative possideat cum licentia in praedicto loco

Fecht. Fecht monetam faciendi. Actum anno Decccclij. anno xvij. Ottonis. Quindelingeburgh.

Hatto. Idem Otto primus, interventu fratris sui Henrici, ac Baldrici Episcopi, interdixit ne aliquis Comitum, vel aliorum quorumcunque hominum in pago Thriente vocato, qui & in Comitatu Everhardi, Cervos, Vrfos, aut Apros, Bestias insuper quae teutonice lingua Elo & Seele appellantur abs-

Trecht

est

Pago Thriente. Nota. Venationis sui datum Episcopo.

quo

que permissu Pastoris Ecclesiæ Trajectensis venari præsumant, & ut præfata Ecclesiæ in eodem pago & universis finibus ejus adusque adjacentes, cæteras regiones jus serventur Forestense, sicut ipsi Imperatori in suis. Actum in Walahusan palatio Regio, anno Domini Dcccclxliij. Ottonis Regis ix.

Idem Otto ad supplicationem fratris sui, atque charissimi illius præceptoris Baldrici approbando donationes factas per Henricum Regem patrem suum, contulit totum quod ad regalis Fiscus proprietates in pago Laken & Illa habuit, quod Waltgerus, & postea filius ejus Ratbodus ab eo in beneficium habuerunt cum omnibus legaliter pertinentibus, agris, mancipiis, pratis, pascuis, sylvis, &c. Actum anno Domini Dcccclxliij. & regni Ottonis viij. in Renum. Radbodus.

Idem Otto Imp. interventu conjugis suæ Edgidæ & Giselberti Ducis Lothariorum concessit Baldrico moneram in Trajecto, & exemit Episcopum & Ecclesiam ab omni judicio & potestate Comitû, & conferendo eidem quicquid ex Teloneo sive monetâ exigendum erat, & in futurum in elemosinam sui & divæ memoriæ Henrici Regis patris sui. Actum anno quinto regni sui, Domini verò Dcccclxxvij. in Brugem Lurte Regio. Concessio moneta. Immunitas contra Comitum cessio.

Idem Otto II. Imperator interventu Theophaniæ uxoris suæ, nec non Geronis Archiepiscopi, concessit de novo, quicquid genitor suus Ecclesiæ Trajectensi donaverat sub Baldrico anno Dcccclxxv. Regni sui xiiij. Imperij viij. Actum Erpesfort. Erpesfort.

Idem contulit in proprium in pago Insterlaken in Comitatu Radbodonis villam Amudam vocatam, quatenus illa prius ad præfatam non pertinebat Ecclesiam, cum omnibus ad eam pertinentibus, cum curtibus, arboribus, &c. taleque Teloneum, quale prius Walger in eodem exigebat loco, & ut illud Teloneum totum valeat in Trajecto sumere, vel totum in Amudâ, vel partem ejus in Trajecto, & partem in Amudâ perpetuo pro Episcopo. Anno Domini Dcccclxxv. anno Regni sui xv. Imperij viij. Actum Erpesfort pro Baldrico. Item omnem Piscationem quam in Almere ad suam regalitatem pertinentem habebat, cum terrâ quam Hatto Comes in Lonâ habuit, &c. Actum eodem anno. Comitatus Walgeri. Amudâ. Erpesfort.

Hic Baldricus concessit in precariam Vsufructuariâ N. & N. & post discessum eorum ex hac luce Baldrico eorum filio, & post eum Rudolpho fratri suo certas res sancti Martini Episcopatus sui, de Abbatiâ vocabulo Herebert, unâ cum Monasterio in honore beati Petri dedicato mansos servitiales numero lxv. in fundis comacentes, ita nuncupatis Rura Lierthorp, Linne, Saletheim, Flothop, Ascolon, Milicalitel, Euinclo simul cum mancipiis cccclxxxiiij. deinde ipsi N. et N. tradiderunt ad præfatâ Abbatiâ sancti Martini de Alode juris sui curtam unam in villâ vocabulo Willere sitam, ad quam respicit Ecclesia una cum dote, quæ posita est in Fõndo, nomine Brochem, & etiam medietas alterius Ecclesiæ sitæ in villâ nuncupatâ Ripheto, mansique servitiales numero xlv. unâ cum mancipiis cxc. & ut rebus sancti Martini liberiùs perfrui possent, & pro ablutione peccaminum genitoris sui Raineri Comitis. Herebert. Gerai. Brochem. Ripheto al. 190. serv.

Kk. & in.

Omphrius tradit
Ottone in Germaniâ
cepisse regnare a^o
936.

In us additur Indict. 1.

M. S.
De Denigni epi & martyris
Pontiani martyris & Agneis
virginis & martyris

Reliquia.

Corpora
Sanctorum
reperita.

versus.

Scriptus et ad hunc Baldricum
Hucbaldus

Historia
habet inde
obesse
Punkter
he.

& insuper Neucellingi senioris sui xxxiiij. mansis legaliter in redditione usufructuarij sancto Martino traditis xij. mansos qui supersunt divino instinctu commoti sponte tradiderunt. Actum Trajecti viij. Cal. Julij, anno viij. regni Ottonis gloriosissimi Regis, ab incarnatione autē Domini Dcccclxiiij. cum signo Baldrici gloriosissimi Præsulis, Regenboldi Præpositi, & Sigboldi Decani in præsentia testium. Ipse autem Baldricus anno Dcccclxvj. transcendens alpes in Italiam pro utilitate Ecclesiæ suæ præsentiam Regis Ottonis adivit. Revertens verò derulit corpora Sanctorum Urbani Papæ & Martyris, quæ in ecclesiâ Trajectensi reverenter condidit: repperit & divinâ revelatione corpora Sanctorum Lebuini, Werenfredi, Plechelmi, Wironis, Otgeri, Odulphi & Radbodi, quibus & Ecclesiam suam adornavit, de quâ ista scribuntur: Præsul Baldricus Trajectum magnificavit, Funditus à Danis seversum quod reparavit, Nobilis atque pius est omni stemmate dignus, per quâ venerunt huc Pontius, Agna, Benignus; sub eo revelatum est corpus Divi Gertonis Præsbyteri & Martyris in vico Norwico Hollandiæ, fertur & oppidum Aldenzalem instaurasse, & Ecclesiam illie construxisse sancti Amandi Elnonensis Monachi. ^{Scriptis} vitam sancti Lebuini. Obiit tandem plenus dierum & bonorum operum quintâ Augusti anno Dcccclxxvj. cum rexisset Cathedram annis lix, sepultus Trajecti in Basilicâ majori parte veteris ostium. Claruit sub Henrico primo, Ottonibus primo, filio, & ejus nepote Regibus Imp: non immeritò inter cœlicolas relatus.

Præceptum Immunitatis Henrici sub Baldrico.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Henricus divinâ favente clementia Rex. Cum petitionibus Sacerdotum justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, supernâ nos muniri gratiâ nō diffidimus. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter Baldricus Trajectensis Ecclesiæ veteris Episcopus, quæ est constructa in honore S. Martini & aliorum Sanctorum obtulit obtutibus nostris quasdam authoritatis constitutionum Regum antiquorum Pippini ~~vij.~~ & Caroli bonæ memoriæ Imp. Augusti, nec non Ludovici piissimi Cesaris, ejusdem ~~que~~ quivoci Ludovici, Zuentibolchi quoque & Conradii, in quibus continebatur, quæ illi ad ipsam Ecclesiam concessissent, omnem decimam de mancipiis, ~~de~~ terris, & de Teloneis, vel de negotio, & de omni re undecunque ad partem Regiam pertinentibus, unde jus Fisci censum accipere aut exigere videbatur, & ut homines ejusdem Ecclesiæ sub Mundiburdo & tuitione ipsius Ecclesiæ consistenter, nec non in ripis, in Dorestado, Daventre, Thiele, universisque aliis locis in ipso Episcopatu gheschat vocatur, contingere aut exactare quis præsumat, præcipienteque firmiter jusserunt, ut nullus judex publicus, neque quislibet de judicaria potestare,

videlicet

quod

potestate, aut Procuratores Reipub. in Ecclesias, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuscumque pagis, territoriis, infra ditionem Regni illorum iuste & rationabiliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, vel ea quæ deinceps jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas auferri, aut ad causas audiendas, aut freda exigenda, mansiones aut paratas faciendas, vel fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos, quam & servos injustè distinguendos neque ulla redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas suis futurisque temporibus ingredi audeat, vel ea quæ supra memorata sunt penitus exigere præsumat, & quicquid de privatis rebus Ecclesiæ jure Fiscæ exigere poterat, integrum eidem concesserunt Ecclesiæ sc. ut perpetuo tempore, si ad peragendum Dei servitium, augmentum & supplementum fiat. Ob firmitatem tamen rei, ut ista veriùs credantur, firmissimè recolantur, postulavit nos prædictus Episcopus, ut prædecessorum nostrorum regum *Avorum* sequentes. Huiusmodi nostræ *morem* autoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam sancti Martini, circa ipsam Ecclesiam fieri censeamus, Cui petitioni libenti animo autem accommodantes, præcipimus, firmiterque jubemus, ut ab hæc die & deinceps sicut in cæteris immunitatibus antecessores nostri reges etiam vel Imp. Ecclesiis Dei concesserunt, ita & nos in omnibus rebus immunitatem sapienter Ecclesiæ concedimus, ac jure perpetuo delegamus. Hanc igitur autoritatem ut tam nostris quam Successorum nostrorum temporibus inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subius firmavimus, & Sigilli nostri impressione jussimus roborari. Signum Dni Henrici invictissimi Regis. Simon Notarius.

*Præceptum Regale de Moneta in Traiecto Ottonis primi
sub Baldrico Episcopo.*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Summæ divinitatis multa disponente Otto Rex. Cunctorum fidelium noverit universitas, qualiter nos interveni dilectæ conjugis nostræ Edgidæ, nec non fidelis nostri Giselberti Ducis Lothariorum licentiam concedimus monetam fieri in civitate Trajectensi, in qua modo venerabilis vir Baldricus Episcopali officio fungi dinoscitur. Et ut nullus Comes, neque aliqua judiciaria potestas libertatem habeat, Teloneum vel aliud quodlibet debitum sive questum ex ipsa moneta exigendi nostræ serenitatis regni autoritate omninò interdiciamus, sed quicquid inde exigendum erit ad integrum Episcopo prædictæ urbis, & Ecclesiæ eidem potestativè in posterum habendi, & ad eleemosynam nostri simul & divæ memoriæ patris nostri Henrici serenissimi Regis damus & concedimus. Et ut hæc concessio veraciùs à fidelibus nostris credatur, & firmiter tenoris sui stabilitatem, infuturas populorum successiones obtineat, præceptum hoc inde conscribi jussimus, & annuli nostri impressio-

*Civitas moneta
fuerit
concessa
Ecclesiæ
Traiecti.*

Adalgardus

ne illud sigillari præcepimus, manuque nostrâ propriâ illud cõfirmavimus. Signum D. Ottonis serenissimi Regis, Adalgedus Notarius ad vicem Rodberti Archi-capellani recognovi, Anno regni ejus quinto, anno incarnationis Dcccxxvij. Indictione decima. Actum Brugheim curte Regiâ, in Dei nomine feliciter, amen.

*Præceptum Immunitatis Ottonis Primi Imperatoris
sub eodem Baldrico.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divinâ annuente clementia Rex, Cùm petitionibus, &c. ut supra, de verbo ad verbum in litteris Henrici folio ab hinc secundo.

Et infra.

Poppo.

Non.

Et hæc autoritas ut firmiter sit, manu nostrâ illam firmavimus, & annulo nostro sigillari iussimus. Signum Domini Ottonis invictissimi Regis. Poppo Cancellarius ad vicem Rodberti Archi-cappellani recognovi. Data quarta Ianuarij. Anno Dcccxxviij. Indictione xj. anno Regni Ottonis vij. alibi ij. Actum Tulehem in Dei nomine feliciter, amen.

Ottonis primi de Lake & Isla.

fratrem
Benedictum scilicet

* obtemperantes

Lacke &
Isla.
Radbodus.

in m. s.
Brun cancellarius ad vicem
Frederici Archi-capellani recognovi

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divinâ favente clementia Rex. Nosse cunctos sanctæ Dei Ecclesiæ & nostri fideles ambientes charissimum ~~filium~~ nostrum unâ cum charissimo præceptore illius Domino Baldrico sanctissimæ Ecclesiæ Trajectensis Episcopo, nostram supplicasse Regalitem, quod quia à Domino vel genitore nostro p. m. Henrico Rege ad præfatam collatus est Ecclesiam, ibidemque famulatur Ecclesiis Salvatoris nostri, & beatissimi Confessoris ejus Martini, in cujus etiam honore præfatæ Præsulatus urbis habetur dedicatus, est suppeditatus, quasdam Fisci Regalis proprietates illuc donaremus. Quorum obsecrationi pro æternâ remuneratione in elemosynâ prælibati germani fratris nostri usibus fratrum ~~et~~ præmemorata Pontificalis Cathedræ, in duobus Monasteriis inibi Deo famulantium, unum in honore sancti Martini dedicatum, alterum verò sanctæ Dei Genitricis, omniumque Sanctorum, totum quod in pago Lacke & Isla hætenus habuimus, quod Walgerus & postea filius ejus Radbodus ex nostrâ parte in beneficium habuerunt cum omnibus illie legaliter pertinentibus agris, mancipiis, pratis, pascuis, sylvis, aquarumve decursibus, terris cultis, & incultis, piscationibus, cunctisque quæ sitis & inquirendis, hoc præcepto jure perenni in proprium donavimus manu nostra signato, & annuli nostri impressione roborato. Signum Domini Ottonis serenissimi Regis. Data xvj. Kalendas Augusti, anno Domini Dcccxlviij. anno

anno Domini Ottonis viij. Actum in Renum, in Dei nomine feliciter,
Amen.

*Regale praeceptum Ottonis de Foreſto in Thrente
ſub Baldrico.*

IN nomine ſanctæ & individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia
Rex, Notitia omnium fidelium noſrorum tam praſentium quam futu-
rorum ſignificamus, quod venerabilis Baldrici Trajectenſis Eccleſiae Prae-
ſulis voluntati obtemperantes, ex hoc in antea praſenti privilegio autho-
ritatis noſtrae interdiciamus, ut nullus Comitum aliorumve hominum in
pago Foreſtenſi, qui eſt in Comitatu Everhardi, cervos, urſos, capreas, a-
pros, beſtias in ſuper, quae teutonice lingua Elo aut Schelo appellantur, ve-
nari abſque praelibatae Cathedrae Praeſulis permiſſu praſumat. Volumus
quoque, firmiterque Regalis edicto munificentiae praecipientes jubemus, ut
in eodem pago, aut in ſylvâ quae nuncupatur Fulnaho, ac univerſis finibus
eius ac praefati pagi aduſque adjacentes, caeteras regiones praedictae Traj-
Eccleſiae jus ſervetur Foreſtenſe, ut nobis & noſtris. Ac ut haec traditionis
noſtrae conſeſſio firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, utriuſque
per ſuccedentium curricula temporum ab omnibus credatur, inviolabili-
terque ſervetur, ac incorrupta jugiter perduret, manus noſtrae ſcripto illud
firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus corroborari. Signum
Domini Ottonis ſereniſſimi Regis, Brun Cancellarius ad vicem Frethu-
rici Archicapellani recognovi. Data vj. Kalendas Decembris, anno Domini
Dcccclij. Indictione prima, anno Domini Ottonis invictiſſimi Regis 6.
Actum in loco qui dicitur Walchufen.

nunc Samenwaldey

Venatio in
ſordida.

nunc Vollenho

In Fore-
ſenſe.

utriuſque

Brun Cans
cellarius.

Indictio 1.
eſt annus

Chriſti 948

Ottonis 6.

mo ſecundu Omuphr. Chriſti
a 945, eſt 9 Ottonis qui a
936 regnare capit

*Similis ſerè ejuſdem Ottonis de Foreſto in Thrente ſub Baldrico
magis declaratoria ſcilicet.*

etiam **I**N nomine, &c. Noverit, &c. Qualiter nos interventu electi fratris noſtri
Henrici venerabilis, Baldrici ſanctae Trajectenſis Eccleſiae Praeſulis vo-
luntati obtemperantes ex hoc in antea praſenti Regiae auctoritatis pra-
cepto interdiciamus, ut nullus Comitum aliorumve hominum quorum-
cunque in pago Trente vocato, quod eſt in Comitatu Everhardi. Datum vj.
Kalend. Decemb. anno Dcccclij. Actum palatio Regio, quod dicitur Wa-
lchufen, in Dei nomine.

dilecti

Trentae
pagus.

Erantq. Lib. 4 Saxoniae
wildeshufen videtur
nominaſe.

*Traditio Ottonis de Piſcatione in Amuſon & Almere,
ſub Baldrico.*

IN nomine ſanctæ & individuae Trinitatis, Otto Dei gratia Rex. Notum
ſit omnibus fidelibus noſtris praſentibus atque futuris, qualiter nos pro
remedia

Kk 3

Tractis. remedio animæ, vel etiam dilectissima conjugis nostræ *nostre* dulcissima B.M. Egidis, totam piscationem quam hucusque in Amulon & in Almere ad nostrum Regale jus habere videbamus, omnemq; censum qui vulgariter Cogschult vocatur, hoc nostræ auctoritatis præcepto ad Ecclesiam sancti Martini, quæ est in loco Trecht vocato, constructa, ubi venerabilis Baldricus præesse videtur, in proprium concessimus jure perenni. Et ut hæc nostræ conditionis largitio firma & inconvulsa per succedentium temporum curricula perduraret, manu propria nostra subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione signati præcepimus. Signum Domini ~~Osborni~~ invictissimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Roberti Archicappellani recognovit. Data j. Calendas Julij, anno Domini Decccxlvij. Indictione vij. Regnante ~~Rege~~ *Rege* Ottone, anno xij. Actum Numaga in Domino feliciter, Amen.

M. S.
in perpetuum.

Tractis.

Ordo.

Pio.

Item traditio Ottonis de Monetis & Teloneis sub Baldrico.

M. S.
profectibus
religiosorumque

videlicet

*Huslata &
Cogschult
tributorum
nomina.*

IN nomine sanctæ & individua Trinitatis, Otto divina propitiante clementia Rex, Ecclesiasticis præfectorum, cunctos opera precium est Religiosos atque fideles præcipibus obtemperare vitiorum, prohinc venerabilis sanctæ Trajectensis Ecclesiæ Baldrici Præsulis rogatus annuentes omnia prædecessoribus nostris Regibus eidem collata Ecclesiæ, seu etiam à cæteris quibuscumque fidelibus, ~~in~~ decimam partem omnium regalium prædiorum & monetarum & Teloneorum, quæ intra sui Episcopatus terminos exiguntur, insuper & tributorum, quæ Huslata & Cogschult dicuntur, res etiam in villa, quæ quondam Dorstadt, nunc autem Wijck nominatur, & in cæteris omnibus locis à prædicta villa usque ad mare & in Insulis, cæterisque mari contiguis provinciis, ab Imp. vel Regibus tradita præscriptæ Trajectensi Ecclesiæ, hoc immunitatis nostræ Præcepto firmavimus, præcipientes, ut nullus habeat potestatem aliquid horum auferendi, sed perpetuâ firmitate inconvulsa permanent. Et ut hæc nostræ concessionis autoritas firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu nostra firmavimus, & annulo nostro signati fecimus vel præcepimus. Signum Domini Ottonis invictissimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Roberti Archicappellani recognovit. Data Calend. Aprilis anno Dominicæ incarnationis Decccxlix. Indictione vij. regnante ~~Rege~~ *Rege* Ottone anno xij. Actum Quindilungeburgh, in Domino feliciter, amen.

Traditio Ottonis de Thiela sub Baldrico.

IN nomine sanctæ & individua Trinitatis, Otto divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris præsentibus & futuris, qualiter nos ob amorem Dei nostræque remedium animæ Monasterium in loco Thiela constructum cum novâ atque lapideâ in eodem loco, civitate, omnibusque, Ecclesijs, prædijs, familijs, mancipijs, sylvis, aquis, piscationibus,

bus, piscuis, pratis, omnibusque ad præfatum Monasterium, vel ad Eccle-
 sias à Waldgero & filio ejus Radbone, nec non & Hattono, & illorum an-
 ecessoribus ad jam dictum Monasterium in proprium concessis jure perti-
 nentibus ad Episcopalem sedem Traj. in honore sancti Martini constructâ,
 cui nunc venerabilis Baldricus Episcopus præest, in super etiam salictum ju-
 rta supradictam civitatem Tiele situm jure perenni in perpetuum donavi-
 mus. Iulissimus quoque inde hoc præfens præceptum conscribi, per quod
 volumus, firmiterque jubemus, ut nullus successorum nostrorum vi Re-
 gum aliquid de his nostro dono collatis prælibatæ Traj. sedis Ecclesiæ au-
 ferre habeat potestatem manu nostrâ lubris firmatum, annuliq; nostri im-
 pressionem roboratum. Signû Domini Ortonis serenissimi Regis, Brun Can-
 cellarius ad vicem Wigfridi Archicapellani recognovi. Data xij. Kalendas
 Maij, anno Dominicæ incarnationis Dccccl. Indictione vij. Anno verò
 Regni Oddonis regis xv. Actum Quindelinge burg in Dei nomine feliciter
 Amen.

Radbo.
Hattono.

Tiele

videlicet

in m. s. legitur
oddonis

Transmissio de Amudâ & Lponen Ottonis.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, Otto divina propitiante cle-
 mentia Rex, Noverit omnium fidelium nostrorum præsentium, nec
 non & futurorum solertia, quod nunc intervenientibus Brunonis nostri
 dilectissimi Germani, & Baldrici venerabilis Episcopi nostri precibus con-
 sentientes, quasdam res juris nostri ad Ecclesiam sancti Martini, quæ est cõ-
 structa in loco Trecht vocato, ubi præfatus Episcopus Baldricus præesse di-
 noscitur in proprium concessimus, id est, quicquid in villâ Amudâ habere
 videbatur, Telonium quoque justè ad eandem villam pertinentis, quod
 Waldgero jam olim ad beneficium cõcessum habuimus ad prælibatam Ec-
 clesiam perpetualiter in proprium donavimus. Omnem verò piscationem,
 quam in Almere ad nostram regalitatem habuimus pertinentem jure peren-
 ni illuc relaxavimus: in super etiam terram quam Hatto Comes in Lonâ ha-
 buit firmiter illuc delegamus. Quinetiam quicquid in utraq; parte flu-
 minis habere dignoscebamus, quod dicitur Fecht, cum omni integritate
 & stagna, & lacus, quæ ex eodem flumine Fecht derivantur. Deinceps ter-
 ram quam Hatto in loco Ecki habere videbatur, & ad nostrum regale jus
 judicario more pro sui ipsius commissu fiscata erat ad sepeditâ Ecclesiam
 tradidimus, quæ etiam sita est super ripam fluminis Rheni. Prælibato quippe
 concedimus Episcopo licentiam in præscripto loco Trecht nominato mo-
 netam faciendi, & ut nullus Comes, neque alia persona qualibet judicaria
 potestatem habeat, Teloneum vel aliud quodlibet debitum sive quæsitum
 ex ipsâ monetâ exigendi nostræ Serenitatis regnâ authoritate omnino inter-
 dicimus, sed quicquid inde exigendam erit ad integrum Episcopo prædi-
 ctæ

Trecht

Amudâ
Waldgeri
beneficiumm. s.
perpetuumPiscatio in
Almere.
Hatto Co-
mes in LonâEcki locus
Hattoni.quoque
Moneta
cuiusda sã
cultra

etæ urbis & Ecclesiæ eidem potestativè in posterum habendi concessimus. Et ut hæc nostræ concessionis authoritas firmiter veriusque à fidelibus nostris in Dei nomine habeatur, manu propriâ nostrâ subter eam firmavimus, annuloque nostro sigillari iussimus. Signum Dñi Ottonis invictissimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Roberti Archicappellani recognovi. Data xi. Calend. Maij, anno Domini Dcccclij. Indictione xj. regnante Rege Otone anno xvii. Actum Quindilingeburgh, in Domino feliciter, amen.

Ottonis secundi de Amudâ & de Teloneo. & de Piscatione, cum novâ donatione quatenus opus est.

dyngocant

Insterlake

*Inssacke.
Willa A.
muda in
Comitatu
Radoboni*

*Wagner
Comer.*

*¶ vel partem eius in Traiecto
et partem in Amudâ.*

1 Augusti

*Indictio 3.
est annus
Christi 975
Ottonis 2.*

IN nomine Summi Dei, Otto omnipotentis Dei clementiâ instigante Imperator Augustus. *Dinoscant* omnes fideles nostri præsentis scilicet & futuri, qualiter nos ob nostræ animæ remedium, & debitorum nostrorū, nec non & dilectæ nostræ conjugis Theophaniæ interventu, atque venerabilis Episcopi Geronis, ad sanctum Martinum Trajectensemque Ecclesiam in proprium damus, in pago *Inssacke*, in Comitatu *Rugoboni* viliam Amudâ vocatam, in quantum ejus prius ad præfatam non pertinebat Ecclesiam, cum omnibus ad hæc pertinentibus, cum curtibus, & districtis, mancipiis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, piscationibus, mobilibus, & immobilibus, taleque teloneum, quale prius *Wëlger* in eodem Comes exigebat loco, & ut ejusdem Trajectensis Ecclesiæ Episcopus potestatem habeat, utrum illud Teloneum totum velit in Trajecten^{tem} sumere, vel totum in Amudâ, quod scripto confirmari iussimus, per quod præcipimus, quatenus ita ut datum habuimus, perpetualiter permaneat. Et ut verius credatur manu nostrâ illud firmavimus, & annulo nostro sigillari iussimus. Signum Domini Ottonis Magni Imperatoris Folcmatus Cancellarius ad vicem Willigisi Archicappellani notavi. Data viij. Idus Junij, anno Dñi. Dcccclxv. Indictione iij. Anno Regni Domini Ottonis xv. Imperij viij. Actum Erpelfort.

Ejusdem Ottonis secundi de Amudâ & de omnibus terris, sylvis, pratis, piscationibus, & de Teloneo, & in Almere quicquid anteâ Reges habuerunt.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, Otto divina præveniente clementiâ Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum præsentium, nec non & futurorum solertia, quod nos interventionibus dilectissimæ conjugis nostræ Theophaniæ, atque Geronis Archiepiscopi, nec non pro remedio animæ nostræ, atque pro Regni nostri statu, quasdam res juris nostri ad Ecclesiam S. Martini, quæ est constructa in loco Treche vocato, ubi Baldricus Episcopus præesse dinoscitur, in proprium concessi-

S. Martini.
S. Vili-
broctii.
S. Iohannes.
S. Mattheus.
S. Lucas.
S. Marcus.

apponitur Seraphin, cui S. Martinus, huic S. Willebrordus sociatur. Inter
fluvium Phisontem & crucem S. Iohannes sedens cum pulpito & libro in-
cipiente in principio. Ex opposito inter Tigrim & crucem S. Mattheus cum
pulpito & libro continente liber Generationis. Inter Eufratem & crucem
sanctus Lucas cum cornu loci scripturæ. Ex opposito inter Geonem & cru-
cem S. Marcus cum libro inscripto: Ecce mitto. Et singulis Euangelistis ad-
stat suum animal in Apocalypsi Iohannis descriptum. Quod opus ita demis-
ratus sum, sicuti dignissimum est, ut hæsitem, utrum mysterium magis lau-
dem, quam artem: Nusquam enim locorum elegantius quicquam ex om-
ni parte, & præsertim de nostra religione compositum, me vidisse memini.

Scripto um
discrepancia
de Comiti-
bus Hollan-
dici.

Litera Theo-
doricus quor-
dam
Hollan-
dici Comiti-
s.

9

Stephanus
Eckmondensis
Abbas.

Gewa.

Totum hoc diploma
iam olim a Monachis
Egmond: confectum
recediderunt Broctius,
prethius, Sandling, in qua
est opinione Scruerius
super.

Dominus su-
us Eckman-
dani, Mona-
stio.

De hoc Eckberth, nec
dum quid ex h. habeo
potuimus, neque ipsi
tresureses nobiscum
conveniunt.

Luygarda.
Othelbilda.

Gertrude huius
uxor

Bertrude.
Othelbilda.

At cum nonnulli Scriptores discrepent de ordine Comitum Hollandiæ, vo-
lui partem literæ, quam originaliter vidimus Theodrici quarti Comitis hic
inserere pro maiori certitudine sic incipietis: In nomine sanctæ & individue
Trinitatis, Ego Theodricus Dei gratiâ Holstlædensis Comes reputans mecum
incertos casus humanæ fragilitatis, decrevi iustis petitionibus assensum præ-
bere, ut divinam misericordiam in illo districto examine placabilem me-
tear habere. Quapropter notum sit omnibus tam presentibus, quam futuri-
s Christi fidelibus, Quod Stephanus bonæ memoriæ Abbas Eckmondensis
Ecclesiæ quædam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ,
qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex propriis possessionibus, & a
Regibus iure hæreditario susceptis, & eandem Dei Ecclesiam construxerunt,
ditaverunt & honoraverunt, Theodricus frater Walgeri cum legitima con-
iuge sua Gewa in primis ligneam construxit Ecclesiam, instituens sanctimo-
nialium vitam, & offerens Deo ad eundem locum in Franlo mansos novem,
in Almere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis. Theo-
dricus secundus prædicti filius cum Hildegarda conjugæ suæ construxit ex
lapidibus magno sumptu Ecclesiam, renovens inde sanctimoniales fœmi-
nas, & instituens Monachicam vitam, obtulit & ipse ad eundem locum, &c.
Ornata autem bonis moribus uxor prædicti Comitis Hildegarda venerabi-
lis, & ipsa obtulit Deo sanctoque Adelberto tabulam Altaris fabricaram ex
auro claro gemmisque preciosis. Textum Euangeliorum etiam auro gem-
misque decoratum; historiam, id est, medicinalem librum. Eckbertus no-
minati Comitis filius Dei gratiâ Trevericæ Ecclesiæ Archi-episcopus ho-
noravit eundem locum Eckmundensem, offerens Deo sanctoque Adelber-
to crucem auream, casulam preciosam, stolam pulcherrimam, cingulum
auro contextum, Dalmaticam subtile missale capitulare, & historiam veteris
novumque Testamentum continentem, multosque alios libros, Scrinium
argenteum, plenum reliquiis sanctorum. Arnulphus Comes cum condi-
gnâ uxore suâ Luygarda obtulit &c. Theodricus tertius prædicti Arnulphi
filius cum conjugæ suâ Othelbildi obtulit &c. Florentius tertij Theodrici
filius cum bonæ memoriæ conjugæ suâ Bertrude obtulit, &c. Huius Floren-
tij filius sui ego quartus Theodricus, quem humiliter deprecatus est præ-
dictus Abbas Stephanus, &c. Insuper precante & adjuvante Othelbilda
uxore

uxore mea dilectissima concessi, &c. Actum est hoc publicè in Vlaeringa
 coram populi multitudine anno Dominicæ incarnationis Mlxxxiiij. Indi-
 ctione sexta, regnante IV. Henrico xxviij. anno Imperij sui Conrardi Tra-
 jectensis Ecclesiæ, anno Episcopatus sui viij. Domini Stephani Abbatis xxvj.
 suscepti Pastoralis officij, die vij. Calend. August. in Dei nomine feliciter
 Amen.

Ex quâ literâ non modicus error deprehenditur Iohannis Bekæ, si quis
 attentè legerit. *At verè ne iniuriâ hic erroris insinuletur*

Bekæ; ipseque Heda deceptus infra literis maiori in errore fuerit.

Baldevinus Episcopus 17.

Volcmaro Episcopo defuncto, succedit Baldevinus filius Sefridi co-
 gnomento Sicconis præfecti Kenematorum, fratris Theodrici ter-
 tij eius nominis, quarti Comitis Hollandiæ xvij. Episcopus, qui vixit
 in Episcopatu annis tribus, mensibus quinque, nihil memoria dignū
 relinquens, nisi quod nonas ecclesias atque urbem in pace ac tranquillitate
 obiit anno Dcccxciiij. vj. Idus Maij. Sub eo quoque Arnulphus pa-
 ter Sicconis, tertius Comes Hollandiæ à Frisii interemptus est, vir sancti-
 tate conspicuus, miraculis in vitâ & in morte clarens. Iste autem Theo-
 dricus tertius filius Arnulphi Comitis interventu Eckberti Trevericæ eccle-
 siæ Archiepiscopi paterni sui suscepit in propriam hæreditatem ab Ottone
 iij. Imp. quicquid antecessores sui habuerunt in beneficio, anno Dcccclxxxv.
 Idem Theodricus paulo p̄st obiit, anno scilicet Dcccclxxxviij.

Anfridus Episcopus 18.

Balduino defuncto, succedit Anfridus vir illuster & Comes præpotens
 xvij. Episcopus, qui gloriam sæcularem cum magna sanctitate, & spi-
 rituali dignitate commutavit, de quo in Epitōmate Annalium scribi-
 tur anno Dcccclxxvj. Baldricus Trajectensis obiit, Folcmarus successit
 & deinde Baldevinus. Demum Anfridus prius Comes, & postea Episcopus
 electus atque ordinatus successit. Iohannes Beka testatur ipsum anno xiiij.
 Ottonis tertii renunciâsse sæculo, & fuisse Comitem Brantuspantium, Ho-
 iensium, Dionantensium & Teisterbantiæ in cōsibus Thiele oppidi. Item
 in annalibus Leodensium habetur. Anno Dcccclxxxviij. secundum Sigi-
 bertum clarebat hoc tempore inter nobiles Francorum Anfridus Comes
 Hoyensis, qui etiam cum esset Comes Brantuspantium, nō minoris iustitiæ
 quàm

quam potentia seculari famosus, deposito militiae cingulo, tonsuratus in clericum eo proventus est, ut ordinaretur Episcopus Trajectensis inferioris, a quo de consilio & licentia Notarii Leodiensis Episcopi fundatum est coenobium sanctimonialium beatae Mariae in villa de Farin, quam tenet Dux Brabantinus, & Leodiensis Episcopus. Hic Comes cum esset gratia divina inspirante in Episcopum inferioris Trajecti electus, sanctam conjugem suam videlicet Hilmondens. in dicto coenobio constituit, & filia eorum sancta Benedicta primo regina animarum illius coenobij sub regula sancti Benedicti suscepit, ubi & meruerunt sepeliri. Beatus vero Anfridus constructo coenobio sancti Pauli Apostoli Ultraject. in eodem sepulturam accepit. Hic in manibus Ottonis secundi Imperatoris resignavit Comitatum Hoyen. ad utilitatem Episcopi & Ecclesiae Leodiensis, qui precibus Theophaniae conjugis suae nedum approbavit hujusmodi resignationem, sed quod reliquum ibidem erat ditionis Regiae in Moneta scilicet & Teloneo, reliquisque redditibus munificentia Regiae ecclesiae beatae Mariae in Hoyo concessis, dedit & elargitus est. Vidimus autem hujusmodi litterarum exemplaria sub data anni Domini Dccccxc. in Chronica Hassluginensi. Anfridus Comes Brabantorum tam justitia quam potentia famosus, deposito militiae cingulo, tonsuratur, neque profecit, ut ordinaretur Episcopus Ultrajectensis Ecclesiae. Anno Dccccxvii, contulit & iste Anfridus non aspernendam partem ditionum suarum Ecclesiae suae Trajectensi, uti patet per litteram donationis suae, quae subsequitur.

Thoren

men

Comitatus Hoyensi.

Anfridi e- legii Brabantii.

coque

Donatio Anfridi.

m. n. s. cole Bureste

semper

huiusmodi

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis, opera precium duximus, quae sequuntur scriptis inferere, ne posteros lateret, quod praesens aetas faceret. Quapropter desideramus notum esse cunctis sanctae Dei Ecclesiae fidelibus, tam futuris, quam modo praesentibus, quod ego Anfridus Dei solummodo gratia sanctae Trajectensi Ecclesiae Praesul indignus jure confusus in Domino cum transitoris acquirere perennis vitae gaudia, quandam mei juris hereditatem, quam antea potestativè possederam infra Comitatum Rien nuncupatum, quorum locorum haec sunt nomina: Westerlo, Oedlo, Bolo, Mirenbecke, Honbecke, Buronte, pro me, meorumque parentum remedio cum omnibus ad hoc pertinentibus Ecclesiis, aedificiis, mancipiis, agris, pascuis, pratis, cultis & incultis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus trado ad Ecclesiam sanctae Mariae Virginis, sanctique Martini in Trajecto ad restaurandum ibidem Dei servitium. Si quis hujus rei traditionem infringere nititur, laqueum omnipotentis Dei irae, ejusque genitricis Mariae, sanctique Martini incidat, & quasi profanus, & sanctae Dei Ecclesiae luminibus sequestratus existat. Et ut verius credatur, firmissimeque observetur, sigilli nostri impressione propria manu designavimus. Ea autem loca adhuc sunt in potestate ecclesiae Trajectensis, & a Nobilibus de Merode sub censu possidentur, exceptis quibusdam Ecclesijs & bonis, quae nonnulli Tyranni de Wefemale occuparunt, & de humana rapina quarentes gloria

ius

luz consulere, injustè transtulerunt ea sub simularâ pietate in Monasterium Tongerl^{es}, à quo sub recognitione medicâ detinentur. Sed non potuerunt tantu Domini fallere Christum: Nam eo deventum est, ut & nomen & familia alioquin clara jam penitus extincta, & in oblivionem cedat.

Hujus etiam Præsulis conruiitu Frethebaldus, nobili profapia progenitus, tradidit Ecclesiæ Trajectensi omnem juris sui hæreditatem quam habuit infra Comitatum Teisterbantia. Exemplar autem traditionis subsequitur.

IN nomine sanctæ & individua Trinitatis: operæ precium duximus quæ sequuntur scriptis inferere, ne posteros lateret, quod prior atas faceret.

Quapropter desideramus notum esse cunctis sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus tam futuris, quàm modo præsentibus, quod quidam miles nobili parentum

profapia genitus, nomine Frethebaldus, amore Dei salubriter instigatus, Frethebaldus miles nobilis.

nil dubitans cum transitoriis acquirere perennis vitæ gaudia omnem sui juris hereditatem, quam habuit infra Comitatum Teisterbantia nuncupatū,

cum omnibus ad ea pertinentibus, exceptis tribus mansis & mancipiis in eis manentibus, ~~quam~~ & viginti, quæ erant suæ curtilli mancipata servituti,

pro animæ suæ, suorumque parentum remedio tradidit & donavit sancto Martino suo speciali patrono ad stipendialem, videlicet usum fratribus Trajecti sub castris Christi commorantibus, ea scilicet ratione, ut Pontificalis

Cathedræ fratres curram ex integro in Hero cum ædificiis, mancipiis, agris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, ut quicquid à me habuit, &

id totum quod de ecclesiâ in Vekele structâ suæ subjacuit potestati semotū haberent: Cætera, quæ supersunt rebus in omnibus cultis & incultis utriusque Monasterii fratres ibidem Deo servientes æquâ & pari communiter

dividerent inter se divisione. Post decessum verò hujus vitæ, Præpositi Monasteriorum, ejus anniversarium non immemores præterirent Ecclesiis pro eo luminaria præsentando, cibo potuque fratres lætificando quotannis. Dominus autem Præsul Anfridus piâ memoriâ recolendus pro hujusmodi traditionis remuneratione, ut firmior & stabilior esset huiusmodi traditio, concessit in

singulis annis de suâ parte dari xii. libras in beneficium dum viveret. Quin etiam addidit, ut si ipse, vel ejus quod absit successor, hæc concessa neglexerit, ipse præfatus miles de suo, quod dedit, faciat ut velit. Anno

Dominicæ incarnationis Dcccxcvii. Indictione x, anno verò tertii Ottonis regnantis, xiii. Imperii autem ejus, xii. Calend. Octob. & in quinta feriâ. Actum est in Trajecto in præsentia Domini piæ recordationis Anfridi Præsulis. sui que Præsulatus anno secundo, coram testibus quàm pluribus, quorum

quorundam hic subnotantur nomina, Wolphere Godesfrid, Wigock, item Godesfrid Erolf, Bono, Ribbar, Hunero, Lauto, Anfrid, Gerbold, Rugis, Hildebold, Adelhardt, Atto, Poppo, item Poppo, quin & his multo plures. Mox post hæc subsequente iii. die, ut firmius & stabilius esset infra terminum prædicti Comitatus in villâ quoque ~~Teide~~ nuncupatâ, eisdem

prænominatis testibus, & aliis nonnullis astantibus sine alicuius retractio-

ne cum

ne cum rano & cespite jure rituque populari sancitum est, rationabiliter que firmatum, & huiusmodi traditio intacta & inconvulsa permaneat feliciter sub Christo stipulatione subnixia.

Otto tertius ejus nominis fecit etiam donationem, prout in exemplari subscribitur de Bomelo & Arclo in districtu Teisterbantia.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, Otto superna favente clementia, Romanorum Imp. Augustus. Si locis divino cultui mancipatis alicujus honoris seu proprietatis supplementum præbere studuerimus, in nostræ animæ & carnis felicitate nobis divinitus remunerari, procul dubio credimus. Quapropter optamus ut omnibus nostris fidelibus presentibus atque futuris notum sit, qualiter nos ad remedium animæ nostræ, parentumque nostrorum, nec non interventu & supplici rogatu Anfridi sanctæ Trajectensis Ecclesiæ venerabilis Episcopi, & Franeonis reverendi Præfulis nostri, prædictæ sedi Trajectensi Ecclesiæ in honorem sancti Martini confessoris constructæ dedimus, largiti sumus & omnino concessimus omnem districtum super villam Bomel, & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei subjecta. Teloneum verò, monetam & negotium generale fermentatæ cervisiæ, quod vulgò Grutt nuncupatur, immò quicquid in jam dictâ villâ ad publicum bânnum sive districtum pertinere visum est in Comitatu Hunoroni Comitum in pago Teisterbantia dicto, situm, atque eundem districtum cum monetâ, banno & Teloneo, & totius publicæ rei functione, prælibato Cœnobio sancti Martini confessoris penitus in proprium tradidimus, Insuper sibi donavimus, quicquid Poppo filius Waldgeri habuit in ministerium in eodem Comitatu, & in villâ Arclo proprietario jure habendum tali ordine, unde præfatus Anfridus venerabilis Præful, sui que successores easdem res per nostram confirmationem traditas teneat, disponat, ordinet & perfruatur nostrâ omniumque nostrorum perpetualiter remorâ traditione. Et ut hæc nostræ auctoritatis pagina firma permaneat, hanc manu nostrâ propriâ corroboravimus, & sigillari præcepimus. Signum Domini Ottonis Cæsaris invictissimi. Helbertus Cancellarius vice Willegisi Archiepiscopi recognovi. Data iij. Idus Aprilis, anno Dominicæ incarnationis Dcccxcviiij. Indictione xj. tertii Ottonis regnantis xvi. Imperantis iij. Actum in Romano Palatio felici manu.

De isto Ottone tertio, quæ apud raros, & non vulgaria inveniuntur scripta, scitu tamen nõ indigna, libet hic inferere, & à cæptis idcirco paulisper deviare. Hic, secundum Sigibertum, à Johanne xv. Papa ejus nominis in Imperio initiatus anno Dcccxciiij. tamen alibi legitur, quod à Gregorio v. hoc factum sit, cui varius stipulatur Epitaphium, quod Romæ in marmore in æde Divi Petri Apostoli in Vaticano legitur, cujus exemplar annotavimus.

in christo stipulante

vt

Hunoroni

Poppo
Waldgeri
filii

ab
perpetuario iure

contradictione

Ornph. lib. in princ. Ro.
Coronatus Romæ in Basil. & Petri
a Gregorio Papâ v. v. fil. Junij die
pentecostes, a 996.

vt

hic

WILHELMI HED A.

Hic quem claudit humus oculis vultuque decorum,
 Papa fuit quintus nomine Gregorius.
 Ante tamen Bruno Francorum Regia proles,
 Filius Ottonis de genitrice Iudith.
 Lingua Teutonicus Numaga doctus in urbe,
 Sed iuuenis cathedram sedit Apostolicam.
 Ad binos annos & menses circiter octo,
 Ter senos februo connumerante dies.
 Pauperibus dives per singula sabbata vestes
 Divisit numero cunctis Apostolico.
 Vfus Francisca, vulgari, & voce Latina
 Instituit populos eloquio triplici.
 Tertius Otto sibi Petri commisit ovile,
 Cognatis manibus unctus in Imperium.
 Exiit hanc postquam terrena vincula carnis
 Aequivoci dextro substituit lateri.

vangia legunt Onuphr:
 & Schraderus.

Decessit xij. Cal. Martii. Anno Dcccxciii, secundum Chronicon Leodiensis Ecclesie Otto tertius a Iohanne xv. secundum Sigibertum in Imperatorem benedicitur, anno Dcccxcv. Gregorius quintus, qui & Bruno, filius primi Ottonis Imperatoris PP. factus, sedit annis ii. mensibus vi. Ottonem hunc optimum scribunt fuisse Principem, & æquitatis & iustitiæ observantissimum, usque adeo Reipub. utilitati insudantem, ut nec diem quidem illum in otio transegerit. Nam crebro intentus quæstionibus, hunc servavit ordinem: primam diem viduis, pupillis & Orphanis audiendum accommodabat: secundam iis, qui in religione aut Monastica professione erant constituti: tertiam Episcopis & clericis: quartam Principibus & Nobilibus: quintam militibus & Plebeis: sextam ordinationibus Catholicæ ecclesie: septimam conservationi Imperii. Vnde tunc temporis cum Otto Imp. in Italia moraretur, accidit, quod quidam Comes Tusciæ formâ speciosus frequentaret suam curiam, cuius pulchritudinem Imperatrix percipiens, exarsit in ejus amorem. Quare quodam die cum hæc haberet tempus & locum ad hoc aptum, & ille casu illuc advenisset, mox Regina apprehendit eum per Clamidem, alliciens ut ei condormiret, qui relicta veste malens subire mortem, quam facere opprobrium Regi, cum esset ei fidelis, renuit & aufugit. Regina verò videns se esse à Comite spretam, corde doluit & mentiens contraria dicens, conquesta est marito suo. Rege verò credente uxori, Comes iudicatur ad mortem, nec valuit excusatio ejus, quod innocens esset à culpa sibi proposita.

A teste
 Onuphr. lib. i. de pontif.
 et Card. creatione a 998. Jous
 vero xvi eius prædecessor, a
 995, existente in urbe Otthone.
 Sedique menses vii dies xv. platin
 tamen ii annos, mensiv eadem
 tribuit.

Comes
 Tuscia in
 merid. com
 demnatus
 ad ult. h. g.

VERSUS.

Hec ex annalibus Godefridi
Viterb. desumpta. memorare
nihilominus et huius, sine
historia sine fabula; Sifridus
presbiter, Gobelinus, crantius
in Saxonis, Cron. magni Belg.
ali.

Indicat uxori propria Comes acta pudoris,
Dicens opto mori, quam Regis obesse decoris,
Se mihi prostituit femina digna mori.
Et quia delitui fugiens luxum mulieris.
Iudicor ad mortem, mihi non licet acta fateri,
Tu mihi post mortem conscia testis eris.
Si dubium videatur ei, quod teste probaris
Iudicio candentis eum ferri superabis,
Sic mihi post mortem gaudia fama dabit.
Uxor ait, fuge cum poteris, nec sic moriaris,
Ille refert magis opto mori quam secus reputari;
Qui fugit ille magis suspiciosa trahit,
Dixit, & in fatum pracone trahente vocatur,
Insequitur Comitissa virum qui fraude necatur.
Morte data manibus, delitit illa caput.

Prædictus Otto Imperator post aliquantulum temporis spacium, sicut
mos erat ei, post mortem Comitissæ sedit in Iudicio apud Ravennam, ubi pri-
mo statuit audire viduas,

Iudicij causas dum præcipit Otto parari,
Imperat & Viduas celebri præcone vocari,
Hisq; pij studijs iura cupita dari.
Astetit occisum plorans Comitissa maritum,
Et queritur, quia Iudicium dat Caesar iniquum,
Cui pro more loci mittitur arte loqui,
Dicit ei: dic pæna reis que iure paratur,
Si rupta quandoque fide, vir fraude necatur?
Retulit Otto caput, perdere iure datur.
Intulit hæc tua te Caesar sententia damnat,
Fraude meum jugulasse virum te crimina pendent;
Si vis iura coli, te decet inde mori.
Hæc tacuit, Rex obstupuit, dicens mulieri:
Nescio quid quaris, neque vera tulisse videris,
Huius enim sceleris quis tibi testis erit?
Ecce caput Comitissæ dixit Comitissa paratum.
Fraude tuâ perijt, proprium cognosce reatum,
Suscipe Iudicium te perhibente datum.

cupiens

Rex ait, iste Comes meruit pro crimine mortem.
 Illa negat, cupimus ignitam sumere sortem.
 Rex parit ignita fœmina vicit ita,
 De laqueo juris se conspicit Otto ligari,
 Mira viri bonitas ratione potest superari,
 Fœmineis manibus se sinit ipse dari.
 Dum Regem Comitissa tener, dat Regis honestas
 Ut capitis sit plena sibi collata potestas
 Sic ut in arbitrio stet cadat ipse suo.
 Cogitat illa modum, quo Regem perdere posset,
 Inducias tunc Rex modicas pro tempore poscit,
 Addunt & proceres cum pietate preces,
 Innumeris precibus procerum simul & mulierum,
 Regia vita decem spacio datur esse dierum,
 Sic ratione ferum fœmina vicit herum.
 Iam decimâ veniente die casusq; minante,
 Otto redit, Comitissa venit, qua venerat ante,
 Rex ubi dixit ave, rettulit illa cave,
 Tollit eum Comitissa Reum miranda leana
 Dum trahitur, dum precipitur succumbere pœna,
 Fœmina victa prece distulit ipsa necem.
 Distulit & dicit ita nunc tristissima parco,
 Ut post octo dies gladio sit pœna Monarcho,
 Sic data, tunc vita pendula pendet ita.
 Prece dies octo rediens dum perficit Otto,
 Septima dat requiem post numeranda dies.
 Septima præterijt rursus cupit Otto mereri,
 Ut sex ipse dies habeat cum pace tueri,
 Consilio cleri, fœmina dixit erit.
 Nec tamen illa dedit nisi Rex promitteret illi,
 Quod prior ignitis pereat Regina favillis,
 Hac ubi convenit vita redempta redit,
 Pro tribus Inducijs tribuit tria castra Monarchus,
 Nec fuit in reliquis concedere plurima parcus,
 Nomina castrorum novimus atque solum:
 Si cupis ipsorum confinia nosse locorum

*Clunata Tuscorum populus monstratur eorum.
Me quoque non latuit saepe videre solum.*

Inducias

*7 testium dicitur
Sextidium propter sex
dierum inducias, quas
regi tribuit comitis*

Nota autem, quod ista tria castra, quae data sunt Comitissa ab Imperatore pro morte Comitis mariti ejus, & tribus ~~Indiciis~~, quas fecerat Imperatori, sita sunt in Lucensi Episcopatu; quorum unum vocatur Decendium, propter decem dierum inducias; alterum autem dicitur Octodium, propter octo dierum inducias; ~~quas Rex tribuit Comitissa~~, & ita vocantur castra, usque in praesentem diem, Imperator Otto postea redit in Saxoniam.

Anno Domini Mo. Otto Imp. expeditionem jam tertio factam movit in Italiam contra rebelles Romanos; post subactis hostibus, veneno à muliere dato vita decessit v. Cal. Februarij, anno tam Regni, quam Imperij xvij. cuius corpus Aquisgranum relatum, ante altare Sanctae Mariae in choro conditum.

Anno Domini Dcccclxxiiij, Otto senior xxviiij, Regni sui, anno Imperij vero xij. diem claudit extremum. Sepultus in Magadaburch.

Coolxxxv . 985 . omphz
u° 983 obijoge
vult

Anno Dcccclxxv. Otto II. successit Patri, (qui eo vivente coronatus fuerat Rex) in Imperium, & gubernavit tam Imperium, quam Regnum annis novem. Obijt Romae anno ~~Mlxxxv~~. & ante ecclesiam sancti Petri in tumba marmorea habuit sepulturam. Hic scapha salutem quaerens, vix evasit, in Aufonia confugiens ad Theophaniam uxorem, matrem Ottonis tertij.

Mortuo Ottone tertio absque liberis, propter causam forte praescriptam, cum tres Ottones per successionem imperassent, eligitur Henricus Claudus filius Henrici Hezelonis in Regem, natione Noricus, & Dux Noricorum, id est Bauvarorum, quorum castrum Noricum dicitur, vulgariter Norimberch, caput Bavariae. Hic Henricus Valentianus Castrum, situm in Marca Alemaniae, seu verius in confinibus Arduennae à Balduino Comite Flandriae occupatum, recuperavit, & Gandavum castrum cepit anno M^o. v^o.

Item Henricus Secundus Rex Partim ea confirmavit, & alia concessit de servis, vel liberis, vel advenis Prasbyteris.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Noverit industria seu sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam praesentium, quam & futurorum, quia Aufridus venerabilis vir Veteris Trajectensis ecclesiae Episcopus, quae est constructa in honore sancti Martini confessoris, ceterorumque Sanctorum, adiit celsitudinem nostram, deprecans ut concederemus praedictae sanctae Dei Ecclesiae ob amorem Dei & sancti Martini, ut nullus servus aut liber praebitae Ecclesiae coram ullo Praeside, aut Iudice nostro ad causas audiendum, aut freda exigendum coactus veniat, sed coram Advocato ipsius Ecclesiae finiantur. Homines quoque qui ceram ad praedictam Ecclesiam solvent per annos singulos & inge-

eorum cause

mi qui sub Mundiburdo ipsius Ecclesiæ consistunt, tali lege fruantur, sicut Colonienſi ecclesiæ concessum est, cæterisque in Regno nostro constitutis. Insuper prædictus honorabilis Episcopus Anfridus deprecatus est nostram Imperialem clementiam, ut res Præbyterorum advenarum, quas Theutisca lingua Overmecke nominamus, post obitum eorum nostræ ditioni relictas supra nominatæ Ecclesiæ concederemus. Cui petitioni per interventum dilectæ Conjugis nostræ reginæ Cunigundæ libenti animo aurem accommodare placuit. Et ideo hoc præceptum jam sæpe dictæ Ecclesiæ concedimus ob amorem Dei, sanctique Martini, & præcipiendo jubemus, ut nullus Iudex publicus, aut aliqui ex Iudiciaria potestate in suprascriptis rebus Ecclesiæ Dei, aut rectoribus ejus aliquam calumniam ingerere præsumat. Et ut à fidelibus nostris verius firmitusque observetur, hoc præsens præceptum conscribi jussimus, & sigilli nostri impressione muniri, manuque nostrâ, ut infra videretur, signavimus. Signum Domini Henrici Regis invictissimi, Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archi-capellani recognovi. Data iij. Nonas Septembris, anno Dominicæ incarnationis M. iij. Indictione 15. anno vero Domini Henrici 1. Actum Elissa.

Confirmatio ejusdem Henrici Regis de Bomela, Teloneo, ac Monetâ ibidem ac Iurisdictione, & donatio de Arclo.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis; Henricus supernâ favente clementiâ Rex. Si locis divino cultui mancipatis alicuius honoris seu proprietatis supplementum præbere studuerimus, in nostræ animæ & carnis felicitate, nobis divinitus remunerari proculdubio credimus. Quapropter optamus, ut omnibus nostris fidelibus notum sit, præsentibus atque futuris, qualiter nos ob animæ nostræ remedium, parentumque nostrorum, nec non interventu & simplici rogatu Anfridi S. Trajectensis ecclesiæ venerabilis Episcopi, & Franconis venerandi Præsulis nostri, prædictæ sedi Trajectensi ecclesiæ in honore sancti Martini constructæ, dedimus, largiti sumus, & omninò concessimus omnem districtum supra villam Bomela, & super cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei subiecta, Teloneum vero, Monetam, & negotium generale fermentatæ cerevisiæ, quod vulgò Gruit nuncupatur: Imò quicquid in jam dictâ villâ ad publicum bannum sive districtum pertinere visum est, in Comitatu Wirochi Comitatus in pago Testerbant dicto, situm, atque eundem districtum cum monetâ, banno, Teloneo, & totius publicæ rei fructione prælibato cœnobio sancti Martini confessoris tradimus. Insuper sibi donavimus, quicquid Poppo filius Walgeri habuit in ministerium in eodem Comitatu, & in villa Arclo, proprietario jure habendum, tali ordine, ut præfatus Anfridus venerabilis Præsul, sui que successores easdem res per nostram confirmationem traditas, teneat, disponat, ordinat, & petruatur nostrâ omniumque nostrorum per-

supplicia forte

Bomela c. Teloneo & omni iurisdictione donatur Ecclesiæ Trajectensi.

Wirochi Comitatus.

Poppo filius Walgeri Comitatus.

et vnoſi vel Hunerri supra Wirochi.

petualiter remota contradictione. Et ut nostræ autoritatis pagina firma permaneat, hanc manu propria corroboravimus, & sigillari præcepimus. Signum Domini Henrici Regis invictissimi, Engelbertus Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognovi. Data iij. Nonas Septemb. anno Dominicæ incarnationis c. l. iij. Indictione 1. Anno verò Domini Henrici Regis 3. Actum Eliffa.

Item de Venatione per Comitatum Tarentinæ.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementiâ Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm & futurorum industria, qualiter nos interventu venerabilis Egilberti Præfulis obtemperantes, nec minus & voluntati Anfridi Trajec. Ecclesiæ Antistitis aures accommodantes ex hoc in antea præsentis Regiæ autoritatis præcepto interdiximus, ut nullus Comitum aliorumve quorumcuque hominum in pago Thrente nuncupato, quod est in Comitatu Baldrici, cervos, urfos aut apros, insuper & bestias, quæ Teutonice Elo & Schelo appellantur, venari, absque prælibati Pastoris ecclesiæ permisso præsumat. Volumus quoque, firmiterque Regalis edicto munificentia præcipientes jubemus, ut in eodem pago, universisque finibus ejus adusque adjacentes cæteras regiones præfatæ Traj. Ecclesiæ jus servet in Forestense, utpote nobis ac nostris debitum. Et ut hæc nostræ traditionis concessio firmiorem obtineat vigorem, meliusque per succedentium curricula temporum ab omnibus credatur, inconvulsusque in æternum observetur, hanc chartam inde conscriptam manu propria corroborantes, Sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum Domini Henrici Regis invictissimi, Bruno Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi. Datum viij. Calendas Maij, anno Dominicæ incarnationis c. l. vj. Indictione iij. anno verò Domini Henrici secundi Regis v. Actum in Inglehem.

Obitus Anfridi Episcopi.

BEatus itaque Anfridus jam plenus virtutibus & senectâ, à Deo instar lauri mundanâ scoriâ emundatus, circa annum Domini M. v. privatus lumine extitit. Construxit ex fundamentis celebre Cœnobium sub professione sancti Benedicti, in monte sancto prope oppidum Amersfordiam, in honorem Deiparæ Virginis, Ibi & religionis Monasticæ habitum suscepit, & usque in finem vitæ in sancto proposito perseveravit. Decessit anno salutis M. viij. v. Non. Maij, cum præfuisset feliciter annis quindecim, quavis alibi scribatur eum decessisse de mense Aprili, anno M. ix. Sepultus est in Ecclesia Trajectensi in parte meridionali juxta ostium chori, cujus conversatio qualis fuerit per miracula ad ejus sepulchrum ostensa, crebrò innouit. Eo autem vitâ defuncto juxta aliquos Nortmanni oppidum Thiele incendunt,

*Elo & Schelo
sunt bestie
venatori-
bus vocata*

*Anfridus
mortuus
c. 1008.*

*Nortmanni
Tielam &
Trajectum
incendunt
anno Christi
1009.*

cedunt, anno videlicet M. ix. & sequenti anno Trajectum flammis consumunt, trucidatis multis.

Adelboldus Episcopus 19.

De prima origine discordiarum inter Episcopos Trajectenses, & Comites Hollandiæ, & occupatione honorum Ecclesiæ per Tyrannos factâ.

Iam vastum & horrendum ingruit sulcandum pelagus, immensis scopulis refertum, Nam usque modo Ecclesiam Trajectensem nullam in rebus & bonis comperimus passim injuriam, quam non sanctis monitis, vel censurâ anathematis repulerit (nisi forsan ab infidelibus Frisii, Normannis, contra quos religiosi Imperatores & Reges suas vices pro vindictâ & subsidio impigre accommodarunt) nec cladem aliquam præsentit, quam non multo cum favore compensarit. Sed nunc neglecto Deo datore omnium & protectore, ad arma fragilia & humanam opem recursum: Unde quantum jacturâ & incommodi Ecclesiæ suscepit Trajectensis, liquebit in posterum. Siquidem amodo nullum sensit incrementum, nec retinere potuit, quod piâ largitione obtinuerat, sed vel privatâ Episcoporum affectione, pars in familiam, vel alios indignos translata est, pars etiam hinc inde Tyranniculis & injustis occupatoribus instar prædæ direpta, & malè custodita concessit. Adelboldo etenim viro nobili, & Proconsulari magnâ apud Henricum Imperatorem auctoritatis in locum beati Anfridi xix, Episcopo suffacto, tristis subrepsit erynnis, ex aulicâ forsan ambitione, ut bella concitaret, & ferro injuriam ulcilci quæreret. Nam per centum & viginti quinque supra actos annos, quibus Hollandiæ Comites esse cœperant, continua pax fuisse legitur inter Episcopos & Comites, mutuaque perstitisse benevolentia. Anno autem M. xvij. (alibi xxij.) ingenti & horribili exortio Cometa, juxta Physicos malorum præfagio, qui per multos dies instar columnæ apparuit, non modica pullulavit dissentio. Theodrico etenim Comite in ultionem paternæ necis adversus Frisios agente expeditionem, suspicio incidit non modica, Adelboldum eos contra Arnulphum fratrem, quem occiderant, in defectione fovisse & animasse instinctu & adhortatione Henrici Imperatoris (uti quidam volunt) secretâ, vel ut aliis placet, amore genitricis, ex quâ ipsum originem traxisse asserunt. Accessit quod quidam Theodricus, cognomento Bavo circa oras Rheni, qui Comitatu Boddegrave ac Zwadammerdam vici sunt) præerat Episcopo fide beneficiâ (quam Vasallorum dicunt) obnoxius, prædas ex Provinciâ Theodrici Comitis Hollandiæ

Adelboldus
vir nobilis
& proconsulari
Henrico Imperatori
favore
cunctus

patrem

Theodricus
Bavo Comes
in Boddegrave
Comitatu
ejicitur

† (ubi nunc

Si quis Cronicon Cameracense
nuper editum, ac insuper
Diedmari historiam, cum hoc
Leco confere voluerit
hunc toto calo stadam, ac ple-
rosque reru Hollandiaru
scriptores hic errare, fan-
te iudicaturum puto.

Adelbol-
dus Episco-
pus in pu-
gna captus,
responit con-
ditione pa-
cis.

die ageret, & incursionibus crebris infestaret. Vnde comprobata major sus-
picio. Theodricus itaque injuria provocatus, cum Syffrido Siccone fratre
in Bavonem Comitem non spernendum ducens exercitum, ipsum profligavit,
omni exiens Dominio. Quod indignanter ferens Episcopus, tenta-
vit profugum armis restituere, & conferto praelio post cruentam hinc in-
de stragem Comes Hollandiae victor exiit. Resarcito autem confestim no-
vo exercitu & copiis in aciem deductis, post crudelem conflictum, & mul-
torum ex utraque parte nobilium eadem, victoria iterata mansit penes
Theodricum, Adelboldus quoque minus prosperè pugnans in bello capi-
tur, clementiusque quam sperare licuit ab hoste exceptus. Sciscitatur Com-
es ab Episcopo in hunc modum, Quae te movit Praesul occasio, ut in ge-
nitoris nostri interitum, & nos concitates Frisios, & in rebellione foveres
Bavonem Comitem nobis & Provinciis nostris insidiantem, agros depopu-
lantem, praedas abducentem instigares & sustineres? Sint tamen haec condi-
tiones libertatis tuae consequenda, modo velis, fidem dato, quam confir-
mato sacramentis, te neque sequaces tuos, de caetero nobis obtuturos, Frisii
suppetias ferre cessato, nec ad eorum dominium aspirato, quod nobis de-
betur, ab ambiendo aut invadendo Provincias nostras abstineto. Inter te &
nos subditosque nostros firma pax & concordia sunt. Comes tuus Bavo-
perpetuo proscriptus & fortuna nudatus permaneto, hac lege liber esto. Ad
quas condiciones subeundas cum Episcopo se redderet difficilem, manci-
parur firmiori custodia in arce munita ad Ista fluvij ostium, quae idcirco Iste-
monde vocatur, in eaque detineretur triennio. Causa dissidij altius venit re-
perenda, ex qua hoc vulnus antiquum recruduit. Prisci Reges & Imperato-
res Francorum latissimos agros & possessiones absque definitione tradi-
derunt Ecclesiae & Episcopis Trajectensibus, utputa quaecunque Regionis
superioribus annis per Barbarorum insultationes jacebant, desolatae, sive
quae infrequentes habitatoribus, aquis maris Oceanici ac fluminum excur-
tentibus partim obruta, sive quae ab infidelibus occupatae jure belli in ditio-
nem Regum venerant. Haec omnes circumlimbum maris & inter flumina
sitae, tanquam exigui momenti concessae fuerant Ecclesiae, ac si expulsis ty-
rannis & proscriptis bonis, victima ex his consecraretur Deo, & Christiani-
tatis jam novellis apud Trajectum, quorum praedicatione omnes circumvi-
cinae provinciae in fidem Christi conversae sunt, plus operante lingua, quam
gladio. Nec eo tempore aliquis in Frisia, Hollandia, Batavia, Insulisque
usque ad Oceanum Principatum tenuit, praeter solam Ecclesiam Trajecten-
sem, quae concessione Regum illa possidebat, sub tuitione & administra-
tione praefectorum. Siquidem Reges Frisorum funditus deleti, & alij at-
que alij proscripti & exterminati, sic purgata tyrannis regio usque ad tem-
pora Ludovici Pij filij Caroli, sub quo ex causa duplicis connubij & filio-
rum dissensio, & imperij divisio capere fomentum, ut ipsa Ecclesia dispen-
diam capit: Harmigardae prioris uxoris filiiis (quibus sanctus Fredericus
Trajectensis Episcopus favore videbatur) in patrem propter Judith secundae
uxoris

Hanc arcem a Wilhelmo successore
Adelbaldi inchoatam p[er]mittit
et a Conrado Ep[iscop]o tandem
perfectam tradunt Amal.

Adelboldus
in arce Iste-
monde tri-
ennium cu-
stoditur.

Regia
Trajectensis
sola domina
terrarum
usque ad O-
ceanum.

uxoris & prolis nata accessione conspirantibus, uti superius præactū est. Nam licet pius pater filios sibi conciliarit, & successiones designavit regno- rum, quo inter se discordes animi pacarentur, frustra tamen laboratum est: Immo filij priores (patris vitā defuncto) mutuis viribus in Carolum Calvum filium posterioris uxoris arma parantes, ut eum tanquam illegitimum vitæ & hereditate nudarent, tantam apud Fontanetum vicum commiserunt stragem, ut antea nec post similis audita fuerit, & absque ullâ gloriâ, & cum maximâ Imperij clade.

*in his adduntur sequentia
X unde primum Imperij disidium
et Imperij ac Francigenarum regni
constituti limites*

Compositis autem rebus non absque turpi pacto, & per novam divisionem, ineepit jam animorum & stirpis suboriri defectio. Nam quibus Germania celsit sibi Imperij dignitatem vindicare, alii verò in Galliis designati contra niti tentabant. Unde factum est, ut quod à filiis Hermigardæ primæ uxoris Ludovici Pii, eorumque successoribus concederetur Episcopis & Ecclesiæ Traiectensi, à Carolo filio Iudith, & cum sequentibus vel abrogaretur, vel concederetur aliis in odium Frederici Episcopi & Commissorum in-

*Error non
vultus
gravis in
personis ab-
que tempo-
re.*

genitricem Iudith, donec Imperium in Germanos transferretur. Unde perpetui rancoris & dissensionis origo (quam hic Adelboldus inter Episcopos & Comites duraturam prædixit) nam quod Episcopi à Germaniæ Regibus, id Comites ab iis, qui in Galliis Francorum nomen retinere, impetrabant, & quisque suas concessiones efficaciores contendebat, unde radi- cata discordia. Vbi verò Ecclesia cum civitate Traiectensi à Barbaris fuit delata, & bona & possessiones occupatæ, ignavia Regum inter se usque ad interuentionem dissidentium, qui ea ex faucibus hostium eructe gladio, sat- agebant non Ecclesiæ restituere, sed sibi acquirere in animis stetit, tanquam ab inimicis recuperata, fuit itaque jus in viribus, ut potentior quisque occuparet, quod posset. Theodricus quoque primus Comes Hollandiæ pro- tuitione limitis Imperij contra Normannos & Danos Frisiam detinentes, non autem pro restitutione Ecclesiæ Traiectensi missis, præsedebat istud, mansit altâ mente Episcopo Adelboldo repostum, ut verbis Poëtæ utamur. Nam confusus viribus & auctoritate, quâ valuit apud Imperatorem, ange- batur in animo, si quando direpta vel alienata in suam ditionem reducere non posset. Sed adversante fortunâ, cui causa Comitum Hollandiæ perpla- cuit, jam in captivitate tantus non antè relaxatus est, quam jurejurâdo spon- detat, se ex postulata observaturum, & abdicasset, quodcunque jus ad Fri- siam aut Hollandiam prætenderet. Mansit itaque inter hos pax & tranquil- litas. Celebratur nihilominus hic Adelboldus à multis scriptoribus exi- pientissimus post eum eligitur, & introizatur anno M. viij. Anno M. xxij. Ecclipsis Solis facta est, nova Ecclesia S. Martini in Traiecto constructa & dedicata à xij. Episcopis vj. Cal. Iulias, Anno M. xxij, Henricus Imperator obiit, cujus vitam Adelboldus Episcopus Traiectensis describit. Conrar- dus ejus filius successit. Anno M. xxvij, obiit Adelboldus Episcopus, cujus excellens sapientia multis nota est, & qui summæ virtutis vir, & consilii u- bique

*Ecclesiæ
iustitiam à
Barbaris
voluta
in viribus
fuit.*

*ex
interuentionem*

*Theodoricus
primus Co-
mes Hollan-
diæ occupas-
tor bonorum
Ecclesiæ Tra-
iectensis.*

u

*Nullus scriptorū veterū meminit
captivitatis Adelboldi, ne Becha
Hoc tunc dat
Adelboldus
Episcopus
quidem*

*De Adel-
boldo Episco-
po diverso-
rum alogis.*

bique prædicatur. Si de hoc cuiquam dubitare visum fuerit, respiciat Trajectum diversis operibus ab illo auctum & ornatum, ibidemque novum Monasterium sancti Martini miro ingenio ab eo fundatum & ordinatum, & mirâ celeritate paucis annis penè ad perfectionem perductum. Videat etiam locum in Thielâ, jam divinis rebus florentem, à superioribus Episcopis omnibus solatiis destitutum, ab ipso verò piâ & paternâ consideratione ad pristinum statum restitutum. Ex quibus rebus facillè colligitur, quia terrena non quæsit, sed soli Deo placare desideravit.

Ex annalibus Leodiensibus: Notgerus xvii, Episcopus Leodiensis Suevus, vit admodum nobilis, & in utraq; linguâ apprime eruditus, Ottoni primo charissimus, qui eum tutorum filii constituit, Ottonis scilicet junioris in Regio palatio diu conversatus. Hic quando in viâ esset, scholares adolescentes secum ducebat, & libros, & alia scholarum arma ferebat. De ejus scholâ fuerunt Guntherus Archiepiscopus Salzburgerensis, Rothardus & Harduinus Episcopi successivè Cameracens. Adelboldus Episcopus Trajectensis inferioris, Holcedo Tullensis, Haymo Verdinenis, Wazoet Durandus Leodiensis postea Episcopi. Ille Notgerus præfuit Ecclesiæ annis xxxix.

G. Suibertus Florinens. & Gemblacensis Abbas ad P. Canonicum Landunens. de scriptoribus virtutum meritorumque signipotentis sancti Martini.

Sed nec à tantorum collegio & tempore posterior meritoque & nomine inferior Adelboldus Ultrajectensis Episcopus aliquatenus mihi videtur secernendus, cum propter præcipuæ devotionis fervorem, quo totus in Sanctum Dei incanduit, tum quia & ipse cantum nocturnalem in eius laude composuit. Triumphum quoque ipsius de Danis & Suedis Turoniam infringere & spoliare conatibus, & si non multo opere quid de illo sentiret, aliis etiam sentiendum intimans, propter claritatem operum ejus gemmâ illum vocans, his inter alia usus est verbis: Gemma, inquit, ista fulget in celo, in terra choruscet, ubique honoratur, ubique diligitur. En qui eam meratus fuerit, perhenni gaudebit thesauro. Si quis possederit, non deficiet omni bono. O filii hominum hanc vobis lucramini, & lucem perhennem habebitis, hanc possidete, & nihil vobis deerit.

Johannes Tritenheim Abbas; Adelboldus Episcopus Trajectensis ex monacho, ut ferunt Lobienis ordinis sancti Benedicti, Dialogum de adventu Domini composuit, vir in divinis Scripturis eruditus, & in secularibus libris nobiliter doctus, in Curiâ sancti Henrici Imperatoris in magno præcio habitus, non minus armis, quàm eruditione prostravit infideles, scripsit vitam sancti Henrici Imperatoris lib. 1. de Laude sanctæ crucis, de Laude beatæ Mariæ. Sed & alia tam metris, quàm prosa nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Conrado juniore Imp. anno Domini

*sub cuius persona
Hentgerus abbas*

*Adelboldus
Episcopus
Trajectensis*

In m. s. codicibus, hoc loco
quadam adduntur, de Walbo
done decano summi templi, et
post Episcopi Leodien/eq; vide de eo
apud. Leod.
abbatem

Domini M. xxvij, Indictione x. Episcopatus sui anno xviii, v. Calend. Decembris.

Platina in vita Ioannis xvij. Ferunt tum Henricum Lobienfem in Lotharingia, & Adelboldum Episcopum Traiectensem, qui multa in laudem beatae Mariae Virginis, sanctaeque crucis scripsit, & Albonem Floriacensem, (qui postea in Vasconia ob fidem Christi Martyrium passus est), doctrinam, religionem, sanctitatem magno in precio habitis.

Ultrajectensem

Adelboldus itaque in actibus bellicis parum fortunatus, in administratione & regimine suo prudentissimus, animum applicans ad augmentum Religionis & divini obsequii, locorumque sacrorum collapsorum institutionem, ecclesiam Traiectensem a Baldrico inchoatam, secundum aliquos continuavit, secundum alios, diruto priore opere a fundamentis novam basilicam magnificentius octennio extruxit, in cuius consecratione interfuere Henricus Imperator, & inter alios Praelatos ac Nobiles Piligrinus Agrippinus, Everhardus Treverensis, Arebo Moguntinus, Everhardus Bambergensis primus, Geberhardus Batisbonensis, Bruno Augustensis frater Augusti, Reginboldus Spirensis, Bruno Tullensis, Walbodo Leodienfis, Adalbero Hammelburgensis, Hanno Verdunensis Episcopi, qui etiam interfuere consecrationi sancti Michaelis Bambergensis, anno M. xxi. Dedicata est autem vj. Cal. Iulij, M. xxij.

Adelboldi opera

Haymo

al. Immore
duos manos

Sub eo Odo Praepositus capiebatur a Iunione, qui pro satisfactione tradidit manos in Wamel, de quo hoc modo scribitur in vetustissimis codicibus: Odo Praepositus Adelboldi captus est a Iunione quodam petulente & prophano, ob hoc idem Iunio ab Episcopo saepe vocatus, eidem Praeposito pro satisfactione tradidit duos manos in villa Wamelo, unde statim Praepositus per manus advocati sui Popponis, eosdem manos tradidit fratribus duarum congregationum in Traiecto. Secundum conductum eiusdem Iunionis in Thiele coram praesentia supradicti Praesulis atque Ducis Godefridi, eiusque fratris, sc. Marchionis Gozelonis, omniumque nobilium & ingenuorum in circuitu commanentium, ea conditione, ut si idem Iunio vel alii eius coharedum ejus, fratribus supradictis persolveret viginti libras Thielenses, hoc est xl. marcas, & septem equos, totidemque scuta, & totidem lanceas cum totidem tunicis in ejus jus supradictum pradium redire possit.

Paupertatum dimensio pradium

coenam

volunt

re

Ecclesiam praeterea Divae Walburgis in Tielā ~~coenam~~ Ecclesiae Traiectensis a Danis & Piratis paulo ante destructam, restauravit & perfecit, deputans in illa Collegium Canonicorum, ubi dudum Walgerus Princeps & Comes frater Theodrici, uti ~~voluit~~ primi Comitis Hollandiae, templum struxerat, & virgines sacras (quas sanctimoniales vocant) pro obsequio divino instituerat. Quod postea collapsum & dirutum, semotis virginibus, preparatum fuit, & viri religiosi sub professione sancti Augustini, vel beati Iudori quos Canonicos regulares appellant in locum illarum subrogati, qui Deo serviendo pie vivebant usque ad tempora Adelboldi. Hic loco tum relictus desolato, & per eum instaurato, dissoluta priorum disciplina, Canonicos

præfecit sæculares, qui temporis successu, ob sevitiam municipalium, translati sunt in oppidum Arnhemensem, benignè accepti à Comite tunc Gelriæ, qui locum eis accommodavit, ubi sedes ponerent. Referunt aliqui Adelboldum natione Frisium & nobilem extitisse. Sed ego cum potius Baravum crediderim, cum fratrem ejus prope Tielam in Santvicâ habitasse constat ex vitâ Divæ Walburgis, quæ Adelboldo scripta erat. Præfuisse scribitur Ecclesiæ annis xviii. decessit anno M. xxviii. quinto Calend. Decemb. sepultus in Basilica, quam ædificaverat Trajecti. Fecerat Adelboldus recenseri & conscribi nobiles beneficio & fide præcipuè Ecclesiæ Trajectensi astrictos (quos Ministeriales sive Vassas appellant) præfente Henrico Imp. uti ex literâ insertâ declaratur.

De Vassis sive fide addictis Ecclesiæ & Episcopo Traiectensi.

IN nomine Domini amen. Opera precium duxi ea, quæ sequuntur scriptis inserere, ne in posterum lateret, quod præfens atas faceret. Quapropter desidero notum esse cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, quod ego Adelboldus Dei solummodò gratiâ, sanctæ Traiectensis Ecclesiæ Præsul indignus. Cum feudales liberi Traiectensis Ecclesiæ à me feudum suum requirerent, prædecessorum meorum Episcoporum Traiectensis mihi literas ostenderunt, continentes quæ & qualia bona ipsi & eorum progenitores ab ecclesiâ Traiectensi tenuerunt: quibus visis in scriptis feci, redégi, quæ sequuntur. Dux Brabantiæ est liber Feudalis Ecclesiæ Traiectensis, & tenet in feudum civitatem lapideam in Tiele, cum prædiis, familiis, mancipiis, sylvis, aquis, piscationibus, pascuis, pratis, & Salictum juxta prædictam civitatem Tiele situm, & omnibus ad civitatem pertinentibus eandem.

Item totam Campiniam usque Turnour, & Woirde, cum mancipiis, sylvis, campis, officiumque ejus est quod vocatur, & est Dapifer Episcopi Traiectensis.

Item Comes Gelriæ est etiam liber feudalis ecclesiæ Traiectensis, & tenet in feudum Comitatum Zutphanæ, cum multis prædiis, mancipiis, pratis, sylvis, aquarumve decursibus & justitiis. Item Embricam cum suis atinentiis pro parte mediâ, & alia pars est Episcopi Traiectensis. Item in pago Batavâ magnam partem, cum mansis, terris, casis, domibus, mancipiis utriusque sexus & iustitiis. Item Tielrewert & Bomlrewert, cum multis mancipiis, mansis, terris, casis, domibus, campis, pratis, aquis, aquarum decursibus, & iustitiâ, & dicti Comitatis officium est, quod vocatur & est venator Episcopi Traiectensis.

Item Comes Hollandiæ est liber feudalis Episcopi Traiectensis, & tenet in feudum Comitatum Hollandiæ, & terram Kneumariæ, cum terris, mancipiis, &c.

*Hæc non suo loco ut
sint posita verior, ita
ab istorum temporum
simplicitate, ad posterioris
ævi fastum, abeunt.*

Dapifer.

Venator.

sis, sylvis, campis, pratis, pascuis, mancipiis, aquis, aquarum decursibus, & Iustitiâ, exceptis dictarum terrarum decimis, & terrâ Waterlandiæ & West-Frisiæ, quæ totaliter pertinet ad Episcopum, & Ecclesiam, & dictus Comes Hollandiæ vocatur & est Marechalculus Episcopi Trajectensis.

Marechalculus

Item Comes Clivenfis est liber feudalis Ecclesiæ, & tenet in feudum in pago Batavo in superiori parte supra Rhenum magnam partem terrarum & mansorum, cum casis, domibus, mancipiis, campis, pratis, pascuis, & ex alio latere Rheni, & in aliis quibusdam locis, terras, mansos, casas, domos, sylvas, campos. Item Woudrichem cum agris & campis, cum aquis, aquarumve decursibus, & Iustitiis, & est Camerarius Episcopi.

Camerarius

Item Comes de Benthem est liber feudalis Ecclesiæ, & tenet in feudum Burchgraviatum sive Præfecturam Trajectensem, cum plurimis mansis, terris, insulis, campis, mancipiis, sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, & Iustitiâ in pluribus locis civitatis & Diocesis Trajectensis, qui vocatur & est Ianitor Episcopi.

Ianitor

Item Dominus de Cuke est liber feudalis Ecclesiæ, & tenet in feudum multas terras, insulas, & decimas, cum casis, domibus & sylvis, campis, pratis & pascuis, aquis, aquarum decursibus, & Iustitiâ in diversis locis Diocesis Trajectensis, qui vocatur, & est Pincerna Episcopi.

Pincerna

Item Dominus de Ghoer est liber feudalis ecclesiæ Trajectensis, & tenet in feudum Castrum Ghoere, & terram dictam Ameide, cum multis terris, mansis, casis, domibus, sylvis, câpis, mancipiis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, mobilibus & immobilibus, & omnibus ad dictos districtus de Ghoer & Ameyde pertinentibus, qui vocatur & est signifer Episcopi Trajectensis.

Signifer

Prænominati omnes feudales Ecclesiæ in generali Synodo Episcopi Trajectensis tenentur, & debent personaliter interesse, qui feudum suum à me receperunt in homagium ac fidelitatem præstiterunt coram Domino Henrico Rom. Imp. in viciss. Augusto, præsentibus Arthone Archiepiscopo & Archieancellario Annone Coloniensi, Everhardo Treverensi, Adelberto Hammelburgensi Archiepiscopo, Walrico Vicecancellario & pluribus aliis Episcopis, Comitibus & Regni fidelibus. Actum in Tulpiaco castro nostro anno Domini M. xxj. iij. Non. Januarij feliciter, amen.

al. v. dalrico

Obtinuit etiam de novo confirmari donationem Threntiæ primum ab ipso Henrico, & postea à Conrado secundo eius successore, videlicet.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus Dei gratia Roman. Imp. Augustus. Cuncta quæ aut possidemus, aut possidere videmur, ab ipso accepimus, qui nos & potenter ex nihilo fecit, & misericorditer usque ad hoc, quod nunc sumus, perduxit, ipse dator, ipse nutritor, ipse

Nn. 2

noteg. r

noſter eſt protector. Ex acceptis autem aut condemnabimur, aut gloria-
bitur. Nam ſi eis ſecundum ſuggeſtionem inimici ad pompam noſtram
abutimur, ex eis quaſi commiſſi talenti defraudatores infeliciter condem-
nabimur. Si autem eis ad gloriam & laudem nominis illius, qui dedit, uti-
mur, ex eis ut fideles diſpenſatores glorificabimur. Nihil quippe quod pro-
ſit habemus, quod ab ipſo non accepimus, qui ideo dat ut recipiat, & non
ided recipit, ut indigeat, ſed ut nos earum rerum, quas recepit, poſſeſſores
eternaliter faciat. Nam quicquid ~~damus~~ damus non amittimus, ſed hinc no-
biſcum portamus, quod autem retinemus non hinc nobiſcum portamus,
ſed hic amittimus. Quapropter notum ſit omnibus S. Dei Eccleſiæ fide-
libus, tam futuris, quam præſentibus, quod nos ob perpetuale remedium
anteceſſorum noſtrorum, & noſtri ac dilectiſſimæ conjugis noſtræ Cuni-
gundæ S. Trajectenſis eccleſiæ noſtris temporibus conſtructæ, & nobis præ-
ſentibus dedicatæ ſub patrocinio beatiſ. Martini Archiepiſcopi, interven-
tu conjugis noſtræ, & Adelboldi ejuſdem Eccleſiæ Epicoſpi, ac Heimonis
Verdumenſis Epicoſpi, & Comitis Bertolphi fidelis noſtri Comitatum de
Thrente per hanc imperialem paginam noſtrâ juſſione conſcriptam. Dein-
ceps habendam damus & concedimus. Quæ donatio ut ſtabilis & incon-
vulſa nunc & in perpetuum permaneat, hanc paginam inde conſcriptam
manu noſtrâ coroboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri curavi-
mus. Signum Domini Henrici Romanorum invictiſſimi Imp. Aug. Aribi-
Archiepiſcopus & Archicapellanus recognovi. Data Nonis Ianuarij, anno
Dominicæ incarnationis c. l. xliij, Indictione vj. anno Domini Henrici
Regis xxij. Imperij x. Actum Babemberg feliciter amen.

Traditio
est anno
Christi
1023, Hen-
rici
regis.

*Conrardus ſimiliter tradidit Comitatum in Trente, anno Mxxv.
Litera Conrardi ij. Regis.*

IN nomine ſanctæ & individue Trinitatis, Conrardus divina favente cle-
mentiâ Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium,
quam & futurorum industria, qualiter nos interventu dilectæ conjugis
noſtræ Giſilæ videlicet Reginæ & Aribonis Maguntie ſedis Archiepiſco-
pi, nec minus voluntate Adelboldi Trajectenſis Eccleſiæ antitiſtis, obtem-
perantes ex hoc in antea præſenti Regiæ authoritatis præcepto interdiximus
ut nullus Comitum aliorumve quorumcunque hominum in pago Trente
vocato, quod eſt in Comitatu Temmonis, cervos, &c. ut ſuprà ubi de Ve-
natione per Comitatum Trentiæ.

Et poſt.

Signum Domini Conrardi Regis invictiſſimi, Walricus Cancellarius
vice Aribonis Archiepiſcopi recognovi. Data vii. Calend. Auguſti. Indicti-
one viij. anno Domini c. l. xxv, anno autem Domini Conrardi ij. regnantis
x. Actum Triburiz.

al. v. d. l. c. v. c. u. s.

Præceptum

*Præceptum Conrardi ij. de servis vel liberis, & de advenis Presbyteris,
Ecclesia sancti Martini sub Adelboldo.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Conrardus divinâ favente cle-
mentia Rex: Noverit industria, Quia Adelboldus venerabilis, &c. & p̄st.
Cui petitioni per interventum dilectæ conjugis nostræ Gisela Regina, &
Aribonis Moguntinæ Sedis Archiepiscopi, &c. & infra. Signum Conrardi
Regis invictissimi, Walricus Cancellarius vice Aribonis Archicap. recogno-
vi. Datavij. Kal. Augusti, Indict. viij. anno Dominicæ incarnationis c. d. xxv.
anno Domini Conrardi ij. Regni j. Actum Triburæ, feliciter amen.

Reliqua quæ hic desiderate posses, invenias post proxima
supra posita Carmina.

Idem contulit Comitatum in Teisterbantia modo sequenti.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Conrardus divinâ favente
clementia Rex Francorum, Longobardorum, & ad Imperium designa-
tus Romanorum. Quoniam non dubitamus multum proficere pecca-
tricibus nostris animabus Ecclesiasticas res humanis augeri beneficiis, &
honorificis sublimari dignitatibus, regalem deest personam minimum re-
nuere, cum ab aliquo fidelium suorum pro hac eadem re, de qua commo-
netur & p̄tatur facere, sed omni intentione commonita & petita largites
adimplere. Talibus enim saluberrimis intentionibus antecessores nostros
semper vidimus invigilare, & ad hujuscemodi beneficium cōmonere posse.
Inde etiam sensimus illos temporaliter multum vigere, & quod est multo
melius inde æternaliter nunc cum Christo gaudere confidimus. Huius ergo
desiderii fomite cordetenus accensus, voluntas constat nobis illorum
exemplo, eadem ratione, eodemque modo Sanctorum suffragia promereri,
& dum nobis subsistit eadem promerendi facultas, similium succedat even-
tuum, Sanctorum interventu, prosperitas. Cæterum ne nostra voluntas
verbis inhæreat, notum fieri volumus omnibus in Christo fidelibus, præ-
sentibus scilicet atque post venientibus qualiter nos interventu ac petitione
dilectæ conjugis nostræ, videlicet Gisela, nec non familiarium nostrorum
Aribonis Archiepiscopi Sedis Maguntinensis, & Adelboldi Episcopi Tra-
jectensis Ecclesiæ Comitatum in Teisterbant, situm ad Trajectum S. Marti-
ni & ejusdem Sedis Episcopo, suisque successoribus post futuris, cum om-
ni utilitate quæ pertinet ad eundem Comitatum perpetualiter habendum
tradimus, eâ videlicet ratione, ut nullus post hæc in illo Comitatu potesta-
tem aliquam exerceat, extra Præsulis præscripti licentiam: quia sibi totum
concessimus, quicquid utilitatis in illo habuimus. Et ut firmiter sese inibi
haberent jura legalia, bannum statuimus illi dare, quemcunque vellet Epi-
scopus ad regendum eligere. Vt hæc autoritas nostra firma & inconvulsa

*Comitatus
Teisterbant
donatur Ec-
clesiæ Tra-
jectens.*

omni permaneat xvo, hanc paginam inde conscriptam, propria manu roborantes, sigillo nostro iussimus insigniri. Signum D. Conrardi Regis invictissimi. Balricus Cancellarius vice Aribonis Archiepiscopi recognovi. Data xvij. Calendas Iulij Indiſtione ix, anno dominicæ incarnationis c19, xxvij. Anno verò Domini Conrardi secundi regnantis iij. Cremonæ actū est.

af.
Vbalricus et
Walricus

Bernulphus Episcopus 20.

ms.
De Bernulfo, Bernoldo vel
Bernone Episc. Traiect.

A Delboldo defuncto ingens in clero suboritur cōtentio de novo Pontifice designando, unde cūm ex nimia pertinaciā convenire nequissent, ne quid Respub. ex hoc pateretur detrimenti, Conrardus Aug. Divi Henrici successor, ad componendum discordes animos, Ghisela Augusta conjuge suā gravidā, ex fatigatione itineris, apud vicum Oesterhanek dimissā celerrimē descendit Traiectum. Quod cūm frustra tentaret, atque de unione desperaretur, tandem utraque factio submitit se arbitrio Regio, ut Ecclesia provideret. Dum hæc aguntur, conjux Regia Bernulphi five Bernoldi, ut aliis placet, sacerdotis loci excepto hospicio peperit filium, denuncians id Regi per eundem sacerdotem. Unde tam sælici accepto nuncio, plurimum lætatus juxta Regiam munificentiam decrevit digna congratulationis præmia, Bernoldum virum alioqui justum & pium dignitate Præsulatus sublimans, & per anulum & baculum Pastoralem, juxta ritum à tempore Caroli Magni sequaciumque Imperatorum, investiens, congreganti clero ac populo universo exhibuit honorandum. Bernulphus itaque xx. ordinatus Episcopus illic animam ad vitam sanctiorem, & augmentū religionis cultumque Divini obsequii applicuit. Primum pacem pepigit cum Comite Hollandiæ & Principibus circumvicinis. Erexit in Traiecto à fundamentis ecclesias binas, unam in honorem Divi Petri Apostoli, alteram sancti Iohannis, in quā corpora Sanctorum Justine & Cypriani recondidit, utramque multis prædiis & possessionibus ditans, ubi etiam collegia Canoniorum instituit, Monasterium antea per Anfridum Episcopum in monte Sancto constructum, transtulit in urbem, ubi & Ecclesiam sub invocatione sancti Pauli Apostoli ædificavit. Apud Dayentriam instauravit templum Divi Leuini, ubi & partem Canoniorum ex ecclesia beatæ Mariæ Traiectens. (quæ sancti Salvatoris nunc dicitur) transmisit, assignans ex bonis dictæ Ecclesiæ, quæ admodum opulenta erat, quibus perpetuo illic Deo militarent. Ecclesias præterea & loca sacra per Diocesim suam ruinam iniantia, in cultum pristinum restituit & ornavit. In hac itaque tam sancta conversatione usque in finem vitæ perseverans, cūm cælitus datus esse crederetur, ad relevamen Ecclesiæ suæ paulo antea fatis oppressæ postquam sedisset annis 28. migravit ad Dominum 14. Kal. Aug. anno Domini M. liij. tempore

beech

tempore Hærici tertij. Sepultus in sanctuario ecclesiæ sancti Petri per ipsum fundatæ: translatus postea collocatur in foro, ubi plurimis claret signis & virtutibus: Quo & mortales plures nostra tempestate confluunt salus gratia. Cui successit Wilhelmus frater Comitis Gæltiæ, uti videbitur in subsequentiis.

Bernulphus
Episcopus
mortuus an-
no 1054.
14. Kal.
Augusti.

Conradus verò Imp. decesserat jam pridem anno M. xxxix. pergens Romanam orandi causâ, & multis urbibus Italiæ atque Apuliæ peragratis, dum per mare Adriaticam redire disponit, ex tempestate & aëris inclementiâ magnam jacturam in principibus suis patitur. Reversus tandem Trajectum ibidem incidit in infirmitatem, & obiit Regni sui xv. Imperij verò 13. annis. Cujus corpus Spiram urbem (quæ Nemetis dicitur) delatum, Regio more inhumatur in templo Divæ Mariæ Virginis, recõditis intestinis suis in ipsâ ecclesiâ Cathedrâ Trajectensi.

Conradus
Imp. mortuus
Trajecti.

Sub hoc Bernulpho Ecclesiâ Trajectensiss hæc cepit incrementa: Primum Berta nobilis fœmina cum familia suâ se submisit tutelæ Ecclesiæ Trajectensimodo sequenti, post mortem tamen ejus, sed dudum per ipsum admonitam.

Donatimud
sub Bernulpho
Ecclesiâ
collata.

Qui se ad tẽpus humiliaverit in huius sæculi aera, exaltabitur salva mercede infra cœlestia palatia. Quapropter ego Berta cum sim nobilis & ingenua, suggestione & exhortatione Domini gloriosissimi Episcopi Bennonis in accipiẽdo satis valentem clericum, nomine Geronem legitimè ductum cum omni hæreditate patrimonii & matrimonii sui, nullâ necessitate coactâ, humilio & dono caput meum liberè ad altare sancti Martini in novo Monasterio de Utrecht, eo tenore, lege & conditione, ut ego & omnis parentela mea ex me profecturâ, persolvamus singulis annis pro censu ij. denarios sponte nostra, sic tamen ut me vivente nemo filiorum aut filiarum mearum solvat.

Berta nobilis
fœmina
n. mania
pat. s. Martini
1050.

n. 5.
regni cœlestis
Geronem
Liberum

Me autem viam universæ carnis ingressâ, senior qui est majoris ætatis filiorum aut filiarum onus solvat, cæterorumque autem nemo. Et sic eâ leguntur in ævum stabili lege, & sic liberi maneamus secundum libitum ab omni servitutis notâ. Mondibordem verò vel defensorem alibi non inquiramus, nisi ad supradicti sancti altare, ad defendendum scilicet, non ad inclinandum, ut ab omni servitio permancamus liberi atque illæsi stabili lege. Iterum ne omnimodis sine respectu videatur sancta Dei Ecclesiâ pro licentiâ nubendi infra sive extra concedere potestatem, dentur sex denarii, nullum placitum servare, exactotem census nostri nullum, nisi quem ipsi ex cognatione nostrâ elegerimus, post obitum cujusque dentur xij. denarii lege continuâ, & si non suppetit facultas habendi, dentur vel sex, si fieri potest. Si quis hanc ingenuitatis cartam infringere tentaverit, vel molitus fuerit, iram Dei omnipotentis, & sanctæ Dei Genetricis Mariæ, & sanctæ crucis, sanctique Martini incurrat, & omnium Sanctorum. Et excommunicatus & anathematizatus sit ex parte Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & omnium Angelorum & Archangelorum, & sancti Petri, & omnium Apostolorum & sanctorum Martyrum & confessorum, & sanctarum virginum, & à Domino Papa Leone & glorioso Episcopo, piæ memoriæ,

de s. crucis, de s. maria, & s. —

Martini

Hæno.

vnu. al.

B.

Annone cum sanctæ & universalis matris Ecclesiæ ecclesiis. Actum loco publico Vtrecht xij. Kal. Augusti, sub præsentia memorati Episcopi, & Godefridi Ducis filij Gozelini Ducis, & Luzonis advocati, & nobilium Iudicum novo Monasterio beati Martini astantibus testibus Heremannus & frater ejus Corardus, Robertus Comes Castellanus, Franco, & frater ejus Welfhardus, Rothardus, & frater ejus Wiricus, Gerardus Cæcidus, Remoat Wini de Veno, Franco Rufus, Wlfardus de Alburg, Gerardus de Hemgen, Eppo & frater ejus Lantzo de Alburgh, Thruteken de Alburg, Gerung de Alpert, Gerundus advocati filius, Vda ~~papatus~~ Luithard custos ecclesiæ, Ego Blidger vidi, & ex præcepto jam facti Pontificis & Ducis Godefridi & Advocati Luzonis & fratrum nostrorum scripsi & subscripsi, & his astantibus & audientibus, & cum eis pluribus legi atque relegi testimonium perhibentibus hanc ingenuitatis cartâ. Anno ab incarnatione Domini M. lxxvj. Indictione iij. luna xix, Regnante glorioso Imperatore Henrico, Duce Godefrido.

Similiter Henricus tertius Imperator pleraque contulit, cujus chyrographos per ordinem licet perfulos, quia ad Historiam & acta illius temporis, notitiamque locorum conferunt, hic per ordinem ex parte annotavimus.

Donatio Henrici de Vpselte Witthelte, Pithelo, qua Vffo & frater ejus possederant in Trentia.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis Henricus divina favente clementia Rex, si loca Deo donata terrenis rebus augere studuerimus, clementer celsitudinis dignitatem credimus stabilius permanere, si sanctarum Ecclesiarum honorem toto nisu laborabimus augere, & si Deo ejusque sanctis divina officia pro vivis & mortuis offerentes, nostro fuerunt adjuti juvamine, omnipotentis Dei auxilio & consilio nos carituros, non credimus in nostro regimine. Quocirca ne talium bonorum omnino expertos videamur, omnium S. Dei Ecclesiæ fidelium, & nostrorum præsentium scilicet & futurorum universitas agnoscat, eorumque industria pateat, quod nos pro æternâ Dei gloriâ, atque bonæ memoriæ patris nostri Conradii Imp. animâ sanctæ Traj. ecclesiæ ad honorem beati Martini confessoris dicatæ, cujus sancti Bernoldus venerabilis Episcopus merito præesse videtur, & in cujus Ecclesiâ quasi pro pignore paterna sepelivimus viscera, ut beatus Martinus à nobis ~~ita nostra devotio~~ habeat servitia, hæc prædia scilicet Vpselte, Witthelte, Pithelo, quæ Vffo & frater ejus in Comitatu Trente tenere & possidere visi fuerunt, & postea pro nefandâ temeritate in judicio victi, dignè & laudabiliter perdidere, cum arcibus, ædificiis, mancipiis, agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, campis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, viis, inviis, exitibus & reditibus, quæ sitis & inquirendis, & cum omnibus suis pertinentiis & utilitatibus, quæ unquam inde provenire possunt.

*qui fuerunt
de Amberfoj
Remo & Wulbo
prepositus,*

*1076.
Hæda iam ante tradidit, post præfulis mortem hanc oblatione factam; quod cum ipsa cartâ pugnat, quæ præsentem pontificem adfuisse exprimit, qui tamen à eorum obesse creditur, quare si annu hic reposueris, 1050, Litera quidem constat, sed ipse Hæda erroris convincitur, alij hoc loco annu M. xxxi restituit.*

quasi debitoribus nostra devotionis

funct, nostra præceptali autoritate concedimus & stabiliter donamus. Et ut hoc nostrum donum perpetualiter inconvulsum permaneat, corroborando confirmamus. Præterea ut hæc nostra concessio omni tempore inviolata persistat, & hujus nostræ confirmationis nemo violator existat, præsentem paginam inde conscriptam manu propria roborantes, sigillo nostro iussimus insigniri. Signum Henrici tertij Regis invictissimi, Theodericus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovi. Data xij. Kal. Junij, anno Dominicæ incarnationis c. l. v. xl. Indictione viij. anno autem Domini Henrici tertij, Regis ordinationis xij. Regni j. Actum Trajecto feliciter.

Donatio Henrici de Lintherunge, Enon inter Emese fl. (quem Ptolomeus Amasim vocat) & Laneka, qui & Lanica flu.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divinâ favente clementiâ Rex, Honor nostri Regni in hoc debet regendo florere, sicut iustis ac venerabilibus locis videamur præbere aliquid de nostris locis, quia sicut legitur, si Deo servite regnare est, ergo & nos regnaturos nullo modo ambigimus, si Ecclesiasticas res augendo honorare studuerimus, Quapropter omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, & nostrorum tam & præsentium, quam & futurorum sagacitas cognoscat, quæ nos pro honorandâ Dei gloriâ atque bonæ memoriæ patris nostri Conrardi Imp. animâ S. Traj. Ecclesiæ ad honorem beati Martini confessoris dicatæ; Cujus sedi Bernoldus Episcopus dignè & laudabiliter præesse videtur, & in cujus Ecclesiâ quasi pro pignore paterna sepelivimus viscera, ut B. Martinus à nobis nostrâ devotissimis habeat servitia, hæc prædia videlicet Lintherunge, Enon, quæ Viso & fratres ejus in Comitatu Rodolphi tenere & possidere visi fuerunt, & postea pro nefandâ temeritate iudicio convicti justè perdidere, & quicquid de eorum prædio est inter Emese & Laneka, cum arcis, ædificiis, mancipiis, agris, cultis & incultis, &c. ut in præcedentibus literis ab hoc signo usque ad finem.

Donatio Henrici de Groninga in Comitatu Töpfrenia.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divinâ favente clementiâ Rex: Cuncta quæ aut possidemus, aut possidere videmur, ab ipso accepimus, qui nos & potenter ex nihilo fecit, & misericorditer usque ad hoc, quod nunc sumus, perduxit, ipse dator, ipse nutritor, ipse nobis est protector. Ex acceptis autem aut condemnabimur, aut glorificabimur. Nam si eis secundum suggestionem inimici ad pompam nostram abutimur, ex eis quasi commissi talenti defraudatores infelicitè condemnabimur, Si autem eis ad gloriam & laudem nominis illius, qui dedit, utimur, ex eis ut fideles dispensatores glorificabimur. Nihil enim quod pro-

vigendo n.s.

Euen ab.

Et habemus, quod ab ipso non accepimus, qui ideo dat ut recipiat, & non ideo recipit, ut indigeat, sed ut nos earum rerum, quas recepit, possessores æternaliter faciat. Nam quicquid & damus non amittimus, sed hinc nobiscum portamus, quod autem retinemus non hinc nobiscum portamus, sed hic amittimus. *Quapropter, & paulo post.* Quapropter ne nos videamur abuti bonis nobis divinitus concessis omnium Christi nostrique fidelium, tam presentium quam futurorum universitati notum fieri volumus, qualiter nos S. Trajectensi Ecclesie in honore sancti Martini constructe pro Deo animaque Patris nostri, pie memorie, Conrardi Imp. remedio, cujus ventris interiora in eadem sepelivimus Ecclesia, cui venerabilis Bernoldus Episcopali dignitate dignoscitur decenter, & cum utilitate præesse, nec non ob æternum nostri nominis memoriale, tale prædium, quale visi fuimus tenere in villa Groninga nuncupatam in Comitatu Thrente situm, cum arvis, ædificiis, mancipiis, agris, cultis & incultis, pratis, campis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, viis, inviis, exitibus & reditibus, quasitis & inquirendis cum omni ejusdem Comitatus *distinctione*, moneitis, Teloneis, causis agendis & discutiendis cum omnibus appenditiis & pertinentiis, quæ ad præsens retineri videntur, aut quicquid in posterum ibi Deo adjuvante acquiri potuerit, libera manu donando concedimus, & concedendo stabili mus, eo videlicet tenore, ut supradictum prædium perpetualiter respondeat servitio & utilitati fratrum ibi Deo incessabiliter serviendum, sc. ut ex ejusdem Prædii utilitate quotannis habeant xxx. carradas vini, & quicquid remanserit in usus ipsorum à Præposito fideliter expendatur. Verum volumus, atque immutabiliter statuimus, ut ex ejusdem *pro-* *portione* nemo aliquid auferre præsumat, aut in aliquam partem distribuere audeat, donec illud speciale tributum de carradis vini fratribus persolvatur. Et ne aliqua Imperialis vel Regalis, aut Episcopalis persona, vel aliquis publicus exactor hujus donationis nostræ auctoritatem præsumat infringere, præsentem paginam exinde conscribi, manuque propria ut subtus videtur, corroborantes aurea nostræ imaginis, bulla jussimus insigniri. Signum Domini Henrici tertii Regis invictissimi. Theodericus Cancellarius vice Baldonis Archi-capellani recognovi. Datum xij. Cal. Junii, Indictione viij. anno Dominicæ incarnationis cto. xl. Anno autem Domini Henrici Regis tertii ordinationis xij. Regni j. Actum Trajecti feliciter, Amen.

nostrorumque

Schæct

cuis

Huius aureæ bullæ formã a Nic. olim S. Romaniano expressam vidi, in cuius anteriore parte imago imp. huius in ambitu verbis suis PROTEGE HENRICV REGEM. In averse vero verbis ROMA cum hoc versu ROMA CAPIT MVNBI REGIT ORBIS FRENA ROTVNDI.

Donatio Comitatus Agridiocensis, sive Ambalcha, quem credimus forsitan esse forestum Fulnaho vel Amalant.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, Henricus divina favente Clementia Rex: Si in amplificandis Ecclesiis temporalia bona Regia nostrâ benevolentia donare studuerimus, pro perituris mensura, pro deficientibus æterna nobis comparare non dubitamus. Quapropter omnium fidelium,

Adelium, Christi nostrisque industria noverit, tam futurorum, quam presentium, qualiter nos ob fidele ac nobis acceptabile servitium Bernoldi S. Traj. Ecclesie Pastoris, & ob remedium anime genitoris nostri, felicis memorie Imp. Conrardi, & dilectae conjugis nostrae Cunchildis Reginae, & ob nostrae utriusque vite felicitatem, Comitatum quendam Agridiocensem, sive Ambalaha, dictum ad S. Martinum Regali autoritate donamus atque tradimus; ea videlicet ratione, ut pre-nominatus Episcopus, ac successores sui de prefato Comitatu, quam prius Comes Everhardus obtinuit, liberam dehinc potestatem habeant, obtinendi, prestandi, vel quicquid illis placuerit inde faciendi, cum omnibus utensilibus, que inde possunt provenire. Et ut hac nostrae traditionis autoritas stabilis & inconvulsa perenniter permaneat, hanc chartam conscriptam manu nostra, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri iussimus appensione insigniri. Signum Domini Henrici tertii Regis invictissimi. Adelgerus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarii recognovi. Data Idus Octob. Indictione x. anno Dominice incarnationis c11 xlii. anno autem Domini Henrici tertii, ordinationis ejus xvij. Regni vero iij. Actum Northuyfen feliciter, Amen.

Donatio proprietatis Daventrie, & Comitatus Amelandie cum limitatione locorum.

IN nomine sancte & individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex: Noverit omnium Christi nostrisque fidelium solers industria, tam presentium, quam & futurorum, qualiter nos ob Dei omnipotentis amore, nostrique Patris dilectissimi Conrardi videlicet Imp. Aug. nec non inrerventu ac petitione nostrae dilectae conthoralis Reginae Agnetis, jugue Bernoldi Traj. Ecclesie in honorem sancti Martini constructae venerabilis Episcopi servitium fideliter nobis persape adhibitum, talem proprietatem eidem suprascriptae Ecclesie, qualem visi sumus manu sub potestate tenere in loco Daventre dicto, in monetis, Teloneis, placitis, eum omni Regali districtu, omnique utilitatis commoditate, que ullo modo inde poterit provenire, & Comitatu Amelande sito termino ejusdem Comitatus hic subius descripto: De Rathmon ad Hüne, de Hüne ad Wigestapolon, & inde ad Westerfle, de Westerfle ad Agastaldaburg, de Agastaldaburg ad Sterve per sylvam, & in alia parte istae, de Louenen usque ad Erbeke, de Erbeke ad Suythampe, & item ex alia parte istae ad Ascete in proprium tradidimus & stabilivimus, eo scilicet tenore, ut nullus iudex aut exactor major aut minor persona ullam potestatem habeat inde aliquid exigendi absque licentia Episcopi, sed ut praedictus Praesul ejusque successores de his supra dictis Regis donis, liberam de hinc potestatem habeant obtinendi, commutandi, precariendi, vel quicquid sibi placuerit ad usum pre-nominatae Ecclesie inde faciendi. Et ut hac Regiae nostrae donationis autoritas sta-

A 1036 inijt Henricus maximus cu filia Comitum Angloru regis Chulinde qua a 1038 rehedu filia unice obijt sep. Wipponi et Con- Agrorocem in huius tracto.

furse utilitatibus

im

~~nostrisque~~ nostrisque

Agnes altera fuit coniux Henrici, que plures ei li- verus peperit

Comitatus Amelandie fines.

nostrisque

embelago

inde

bilis & inconvulsa per succedentium temporum momenta maneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborantes, ut infra poterit videri, sigilli nostri iussimus impressione signari. Signum Domini Henrici tertij Regis invictissimi. Theodericus Cancellarius vice Bardonis Archicapellani recognovi. Data x. Calendas Septemb. anno Dominice incarnationis, c. l. xlvj. Indictio ne xiiij. anno autem Domini Henrici tertij ordinationis ejus xvij. Imperij vij. Actum Spire.

Speſtativa ad Comitatum Gofelonis, alibi Bolſimi Ducis in Trentia.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Si locis Deo dicatis quiddam beneficij juxta petitiones Clericorum ex nostræ liberalitatis munere conferimus, id nobis profuturum liquido credimus, & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & ad æternam felicitatem obtinendam. Quapropter notum esse volumus omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris, quàm præsentibus, qualiter nos pro remedio animæ nostræ, patentumque nostrorum, nec non interventu & petitione dilectissimæ conjugis nostræ Agnætis Reginae, Trajectensi Ecclesiæ sub honore Sancti Martini constructæ, atque Bernoldo ejusdem sedis venerando Præsuli Comitatum, qui post obitum Goselini Ducis, nostræ ditioni in Trente visus est subiacere, Regiâ nostrâ benevolentia & auctoritate, quæ ad eundem pertinent Comitatum, perpetualiter habendum tradidimus, eâ videlicet ratione, ut Præsul prænominatus, quem etiam nostræ servituri satis familiariter invigilare agnovimus, omnesque successores ejus eundem Comitatum sic ~~potestate~~ teneant, ut neque Comes, neque aliquis major aut minor persona posthac in illo Comitatu potestatem exerceat aliquam, extra Præsulis prænominatæ sedis licentiam, quia totum sibi concessimus, quicquid utilitatis in illo habuimus. Et ut hæc nostræ Regiæ concessionis auctoritas stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum maneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria, ut infra poterit videri, roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici tertij Regis invictissimi. Theodericus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognovi. Data xj. Cal. Junii, anno Dominice incarnationis M. xlvj. Indictione xiiij. Anno autem Domini Henrici tertij ordinationis ejus xvij. Regni vij. Actum Aquisgrani Palatio in Dei nomine feliciter, Amen.

*T cum omni integritate
et utilitate*

*Comitatus
Goselini
Ducis in
Trentia.*

potestate

HOc tempore Theodricus ejus nominis quartus & quintus Comes Hollandiæ existens Leodii, ubi celebre gladiatorum spectaculum habebatur, dum in Hastiludio casu fratrem Archiepiscopi Coloniensis, & Episcopi Leodiensis occidisset, elapsus, celeri fugâ salutem quaesivit Magnam, Idcirco Iustinens persecutionem, ubi tamen egregie de hostibus ultus fuisset anno M. xlviij. Idibus Maij per insidias Dordraci occiditur cum imperasset annis novem, caruit uxore ac liberis, in cujus locum Florentius frater ejus succedit, antea Comes Frisiz ulterioris, duxerat in uxorem Gertrudam filiam Hermanni Ducis Saxoniz, ex qua genuit Theodricum, qui sibi successit, Florentium, Albertum & Petrum Canonicos postea Ecclesiæ Leodiensis, & Machtildim, quæ post Patris obitum nupsit Philippo Regi Francorum, Florentius autem præmeditans ultionem fraternæ necis, concitavit in se rursus Archiepiscopum Coloniensem, Episcopum Leodiensem, & Marchionem Brandenburgensem Ducem Brabantiz, & Comitem Gelriz, qui omnes in pago Dordracensi, sive Zuyt-hollandiæ, (quæ terra Wiltorum dicitur) descendentes, pontibus ex dolo fabricatis, & per industriam fossis obiectis incauti obruebantur: quos Florentius insequitur usque locum Hemert ad Mosam capto Episcopo Leodiensi & saucio, pluribus aliis trucidatis, & captis, ubi super lx. millia hominum partim suffocati, partim occisi feruntur. Dum ergo Florentius victor insequendo fatigatus improvise medio astu sub umbrâ salicis eum exercitu quiesceret, supervenit Comes de Kuyck, qui per fugam evaserat, adductis cæteris profugis, qui animum resumpserant (erat enim ex auxiliariis Ducis Brabantiz) & Comitem inopinatè adorsus illic trucidat xliij. Calend. Julii, cum gubernasset in Hollandiâ annis xliij. & in Frisia xliij. Anno salutis M. lxx. corpus ejus translatum Egmondam. Eo itaque occiso apud Hæmert, uxor ejus transacto biennio, nupsit Roberto Juniori filio Baldevini Comitis Flandriæ, qui tutorio nomine Theodrici pueri ætatis x, annorum accepit gubernacula rerum, per annos decem illa exercens.

Contractus hoc bellum contra Theodoricum Philæ delinga marchionem ab Henrico Impi gessit natus ad ann. 1046. 1047. 1049. in

hac verba: Theodoricus de phlandringa Marchio rebellavit, et episcopus patus sibi contiguos ad inuicem Impi populatus esse narratur et Lamb. Scaffenburgens. ad annu 1047.

dicebatur n. s.

Hic duo prelia confusa videntur, quorum prius quidammodo ante contigerat.

Florentius Comes occisus dicitur in Hemert 1066

Wilhelmus Episcopus 21.

Dum hæc agerentur, Wilhelmus frater Comitis Gelriz, qui Bernol-do in Episcopatu xxj. successit, vir admodum strenuus atque magnanimus, in rebus administrandis sagax, & apud Henricum Imperatorem in præcio habitus, considerans Hollandiam verò Principe orbata, & tutorio sive alieno nomine administrari, & carere defensore, memor cladis & captivitatis ac injuriarum, quas Adelboldus Episcopus passus est,

¶ ¶ ¶

nec non

fussat

vide scribitur ad Annul. patris.

furti perpendens

* Imp.

ut

1012 1013 1014

1015 1016 1017

1018 1019 1020

1021 1022 1023

1024 1025 1026

1027 1028 1029

1030 1031 1032

1033 1034 1035

1036 1037 1038

1039 1040 1041

1042 1043 1044

1045 1046 1047

1048 1049 1050

1051 1052 1053

1054 1055 1056

1057 1058 1059

1060 1061 1062

1063 1064 1065

1066 1067 1068

1069 1070 1071

1072 1073 1074

1075 1076 1077

1078 1079 1080

1081 1082 1083

1084 1085 1086

1087 1088 1089

1090 1091 1092

1093 1094 1095

1096 1097 1098

1099 1100 1101

1102 1103 1104

1105 1106 1107

1108 1109 1110

1111 1112 1113

1114 1115 1116

1117 1118 1119

1120 1121 1122

1123 1124 1125

1126 1127 1128

1129 1130 1131

1132 1133 1134

1135 1136 1137

1138 1139 1140

1141 1142 1143

1144 1145 1146

1147 1148 1149

1150 1151 1152

1153 1154 1155

1156 1157 1158

1159 1160 1161

1162 1163 1164

1165 1166 1167

1168 1169 1170

1171 1172 1173

1174 1175 1176

1177 1178 1179

1180 1181 1182

1183 1184 1185

1186 1187 1188

1189 1190 1191

nec non percun-
dians jam adesse oportunitatem, ut loca Ecclesie Trajecte-
si dudum ablata, recuperare possent, quo id iustius fieri liceret, primò studuit
se fulcire auctoritate Regia. Igitur ab Henrico filio Henrici & nepote Con-
rardi Comitatum Hollandiæ, unà cum Monasterio Egmondensi, per mo-
dum restitutionis, & partim commissi recepit, suffultus auxilio Godefridi
Gibbosi, Ducis Lotharingiæ, & Robertum unà cum Theodorico pupillo
Dominio exuerat, ut ex literarum diplomate ipsius Henrici, cuius exem-
plar hic submisimus latius declaratur.

Donatio Comitatus Westfingæ cum Abbatia Egmondensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divinâ favente cle-
mentia Rex. Patrum nostrorum orthodoxorum exempla secuti, qui re-
bus suis Ecclesias Dei ædificaverunt, ædificatas non minus rebus ad Re-
gium fiscum pertinentibus, quàm propriis hereditatibus honoraverunt,
pensantes quoque benignum remuneratorem Deum præciosaque commer-
tia dum pro temporalibus mereamur æterna, terrenis cœlestia, caducis in æ-
ternum mansura, æquum & honestum duximus, primitias adolescentiæ
nostræ huiuscemodi studiis initiare, ut vita lægavior sit in tempore, & tem-
pora jucundiora in tranquillâ pace. Vnde notum esse volumus omnibus
Christi nostriq̃ue fidelibus, tam futuris, quàm præsentibus, qualiter nos ob
remedium animæ nostræ, & p. m. patris nostri Henrici Imp. Augusti, inter-
ventu quoque & consilio nostrorum fidelium, sc̃. Annonis Colonienfis Ar-
chiepiscopi, Everhardi Trevirensis Archiepiscopi, Adelberti Hammabur-
genfis Archiepiscopi, Burchardi Halverstadensis Episcopi, Frederici Mimi-
gartafordensis Episcopi, id est Monasteriensis, Godefridi, Frederici, Everhardi
di Ducum, nec nō ob fidele servitium Wilhelmi Trajectensis Episcopi, Co-
mitatum omnem in Westfingæ, & circa oras Rheni, quem Theodoricus
Comes habuit, cum omnibus ad bannum Regium pertinentibus, univer-
sisq̃ue ad eundem Comitatum respicientibus, hoc est, Abbatia in Egmon-
de, utriusque sexus, mancipiis, arcis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris,
cultis & incultis, aquis, aquarumq̃ue decursibus, piscationibus, exitibus &
reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, mercatis, monetis, telo-
neis, forestis, eidem S. Dei Ecclesie Traj. in proprium tradidimus, & in æ-
ternum omni contradictione remotâ possidendum concessimus. Et ut hæc
nostra traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc chartam
inde conscribi, manuq̃ue propria corroborantes, sigilli nostri impressione
iussimus insigniri. Signum Henrici quarti Regis, Sigwardus Cancellarius
vice Sigefridi Archicancellarii recognovi. Data 11. Kalendas Maij, anno
Dominicæ incarnationis c10. lxiiij. Indictione secundâ, anno autem ordi-
nationis Henrici quarti Regis ix. Regni verò viij. Actum Werede in Dei
examine feliciter, Amen.

ms. Sigwardus

Restitutio

Restitutio locorum ablatorum, & Comitatus Hollandie.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, Henricus divina favente cle-
 mentia Rex. Notum esse volumus omnibus in Christo fidelibus, tam fu-
 turis, quam presentibus, qualiter nos ea dona, quæ injuste ablata fue-
 runt S. Dei Ecclesie Trajec. à Theodorico Comite ejusque filiis à tempore
 Henrici secundi, & Adelboldi ejusdem sedis Episcopi, pro quibus & idem
 Imp. Henricus, & avus noster Conradus, & pater noster pater Henricus
 plurimum laboraverunt, nos quoque nostrique fideles multum laboris im-
 pendimus; Notum inquam esse volumus, qualiter ea ob remedium animarum
 nostrarum, & pii patris nostri Henrici, aliorumque antecessorum nostrorum,
 interventu quoque & consilio Principum nostrorum Annonis Colonien-
 sis Archiepiscopi, Sigefridi Moguntini, Adelberti Bremensis, Everhardi Tre-
 verensis, Burchardi Halverstaden-^{sis}, Frederici, Godefridi, Gerardi Ducum
 aliorumque fidelium nostrorum, nec non ob fidele servitium Wilhelmi,
 ejusdem sedis Episcopi reddimus & restituimus, & Regali autoritate eidem
 S. Ecclesie confirmamus. Sunt autem hæc: In loco qui dicitur Crempene-
 drecht dimidia^{rum} totius terræ cum omni districtu. Item de Ryde juxta Mer-
 wede usque Slydrecht. Item juxta Merwede in Turendrecht, inde in Du-
 ble, inde in Duvelharâ, inde in Waal, inde iterum in Merwede usque in
 Turendrecht, ad orientem usque Gottekynes Hoffstat, quod est juxta Wir-
 kenemunde, in Holtrekâ vij. mansi, in Valckenbourgh xvj. curtilia cum
 terrâ ad eâ pertinenti. Ibidem tres mansi: Sylva quædam propria inter Val-
 kenbergh & Groterehouckestegron usque Litte, in cædendis lignis & ve-
 natione, & piscibus, & omni utilitate. In Hemstede mansus j. Ecclesiam Flat-
 dinge cum capillis Kirwerua, Vorcholt, & Northgo cum capellis, Velle-
 sen cum capellis, Heligelo cum capellis, Pethem, Alderhorpe cum capellis.
 Ad hoc Comitatus omnis in Hollandi, cum omnibus ad bannum Regalem
 pertinentibus. Præterea beneficium, quod Comes Wirich ab Episcopo A-
 delboldo tenuit, ab eo loco qui dicitur Sigeldrecht usque Rigeismuthen,
 inde^{inde} sursum ab occidentali parte Rheni usque in Bodegraven, & post Wi-
 roch Godezo, post Godezonem, Theodoricus Bavo filius possedit, quem
 Theodoricus Comes expulit, & vi S. Martino abstulit. Præcipimus etiam
 ne quis Comes, nec aliqua sub Comite persona juxta Ifflam & Lake in locis
 ad duo Monasteria pertinentibus ullam potestatem habeant, sed propria fra-
 trum sint ad duo Monasteria servientium, sicut continetur in immunitati-
 bus Ottonis primi, qui ea primus S. Martino tradidit, aliorumque anteces-
 sorum nostrorum. Et ut hæc nostræ confirmationis autoritas rata & in-
 convulsa permaneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria robo-
 rantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Hen-
 rici III. Regis, Sigehardus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii
 recognovi. Data vj. Nonas Maij, anno Dominicæ incarnationis cto. lxxij.
 Indi-

π multa bella fecerunt

o Archiepiscopus

π episcopi

ctus

† cum capella^{na} monte
 constructa. De Thurendrecht

in

† cum capellis

vuzog al.

n

Indictione secunda, anno autem ordinationis Domini Henrici iij. Regis
ix. Regni vero viij. Actum Werede in Dei nomine feliciter, amen.

ut hanc eadem lraia nempe
retunda cum reliquo textu
iungantur.

*Idem confirmavit etiam antiquas donationes Regum similiter &
Comitatum Trente ac Teisterbant.*

Eodem itaque anno M. lxxj. Godefridus ut Advocatus, una cum Episcopo, sumptis armis intrat Hollandiam, cui Robertus cum exercitu occurrens apud Leydim inita pugna cum magna strage suorum in fugam vertitur, cum uxore & Theodrico Gandavum profugiens, ubi omnem nobilitatem in arma concitans, Arnoldum nepotem suum, Comitem Flandriae provinciam opprimentem apud montem Casselensem interfecit; Philippum Regem Francorum, qui illi auxilio venerat, & ejus exercitum prostravit, & terga vertere compulit, effectus victor & Comes Flandriae, Godefridus Dux Comitatum Hollandiae de manu Episcopi in beneficium accipiens, orientalem sive ulteriorem Frisiam armis subegit Ditioni suae, & quatuor annis quiete omnia possedit. Episcopus vero Wilhelmus contra Robertum & Theodoricum continuò se muniens, construxit arcem invictissimam in Isemondâ. At Godefridus Dux, quo sibi ac hæredibus suis Dominium perpetuò stabiliret, placidâ fruens pace, ædificavit inter vicos Ryswijck & Ouderschic, quoddam oppidum & arcem munitissimam, quod Delft nuncupavit, postmodum à Wilhelmo Comite & Rege Romanorum adauctum atque ampliatum, legibusque & plebiscitis adornatum Imperialibus. Verum cum nihil sit certum in humanis, quem nec arma terrebant, & cui victoria ac pax videbantur obsequi, insidias ac mortem evadere nequivit. Godefridus quadriennio rerum positus, dum alvum exoneraret, lætaliter vulneratur, per quendam Gisbertum ministrum Theodrici Junioris, ac sic saucius ductus Trajectum spiritum exalavit v. Kal. Martii, anno M. lxxv, seu potius, M. lxxvj. Verum in quadam Chronica vetustis characteribus Hassligiensi legi, quod anno M. lxxv in Andverpiâ Sicarius Ducem Godefridum in secessum ad purgandum alvum ingressum, per secreta naturæ cultro ~~suavis~~ interemit. Et adhuc annotatur ex rubro caractere: Dux Godefridus in Andverpia confoditur, dijudicet Lector. Nam scriptor ille magnum apud me habet pondus, qui Marianum Scorum & Sigbertum diligentissimè scribendo insequitur. Hujus soror Ida nupsit Eustachio Comiti Bononiensi, mater Godefridi de Bullion, atque Balduini Regum Hierosolymitanorum atque Eustatij. Godefrido Gibboso defuncto, successit Godefridus ex sorore nepos dictus de Bullion in Ducatu Lotharingiae atque Brabantiae, licet tunc Brabantiae titulum nemo sibi vendicasset, quem Henricus tertius primò assumplisse dicitur anno M. cclj. Nam Hollandia usque ad hæc tempora nomine Frisiae appellabatur, quemadmodum Brabantia Lotharingiae ascribebatur à Tornaco ad Velpam fluvium protensa.

Libenter

Godefridus
Dux Lo-
tharingia
Frisiam ul-
teriorem
vincit.

Incom-
muni
viti edicta.

Delft oppi-
dum condi-
tum.

feriens

Ida soror
Godefridi
uxor Eu-
stachij Bonon-
iensis.

Brabantia
Henricus
tertius pri-
mò sumpsit.

quum sepulchrum Domini videret, exivit foras. Arabitæ verò statim eum comprehendentes, resupinum eum in terram in modum crucis distenderunt, & manum & pedes ejus transfigentes clavis in terram, ab imo ventris usque ad guttur descantes eum, omnia viscera ejus scrutati sunt, postea modo cum eum membratim divisissent, dux ipsorum primus lapidem super eum misit, deinde omnibus tunc sociis illius de castello hæc omnia intuentibus, dixerunt, vos ita interieris, nisi omnem pecuniam vestram nobis tradideritis. Christianis itaque promittentibus Dux Arabitarum ingressus est ad eos in castellum, & xvj. alii cum gladiis. Qui Dux cum vidisset adhuc tantam gloriam Episcopos sedere, cernens Episcopum Babenbergensem nomine Guntherum, cæteros magnitudine seu pulchritudine corporis præcellentes, putavit illum esse Dominum Christianorum, & sicut mos est gentilibus reos tenere, misit corrigiam in collum Episcopi & ait: Tu & omnia ista tua mea erunt. Episcopus verò per interpretationem ait illi: Quid mihi facies, ille dixit ei, istum pulchrum sanguinem gutturis tui fugam & suspensionem ante castellum sicut canem. Tunc Episcopus apprehenso capite ejus uno colapho allisit Ducem in terram, alii autem omnes ligati sunt, quo comperto hi qui foris erant, irruerunt super castellum, sed illi qui ligati erant suspensi de muro contra eos prohibuerunt eos suæ salutis causâ. Ipsi verò latrones propter pecuniam, quam prius Christiani ~~tulerant~~, rixati invicem se ex magna parte interemerunt. Interea Dux ~~et~~ Ramulâ rogatus à Christianis, qui evadere poterant secundo die paschæ cum validâ manu advenit, Arabitæque fugavit, Deinde accipiens quingentos bisantios aureos à Christianis cum Duce Arabitarum inimico Regis Saracenorum Domini sui, produxit eos Ierosolymam, deinde ad navim. Ita autem omnis multitudo Christianorum consumpta est, ut vix de septem millibus, vel eo amplius duo millia reversa sint.

abstulerant

Hujus Wilhelmi intuitu Episcopi, Henricus quartus Henrici tertii Imp. filius, nepos Conrardi Imp. confirmavit donationes Henrici II. Imp. de Tiente, & similiter Conrardi de Comitatu in Teisterbant, & de Amudâ aliisque, & approbavit auctoritatem constitutionis Regum antiquorum Pippini, Caroli, Ludovici Pii, ejusque æquivoci, Zuentiboldi & Conrardi, Ottonis & Henrici, quas sibi fatetur exhibitas anno M. lvi. ordinationis Henrici tertii tertio, Regni j. Actum Werede.

Inter hunc Episcopum Wilhelmum & Regimbertum Abbatem *Asper-* nacensem fuit facta concordia de Ecclesiis in Hollandiâ, approbante hoc ipsum Henrico quarto anno Domini M. lxiij. anno autem ordinationis Domini Henrici quarti Regis viij. Regni verò vij. Actum Colonia. Sequitur pars. Notum sit omnibus in Christo fidelibus, tam presentibus, quam futuris, qualiter ego Wilhelmus Trajectensis Ecclesiæ licet indignus vocatus Episcopus per manus Advocati mei Gerolphi, Regimberto venerabili sanctæ Absternacensis Ecclesiæ Abbati, ejusque Advocato Theodrico in sanctâ Synodo recognovi mediam partem Ecclesiarum earum, quæ infra nominata

minatæ sunt, quarum matres, videlicet, hæ Flardingæ, Kirckwervæ, Velse-
reburgh, Heilegelo, Pethem, aliquando à Carolo & orthodoxis Patribus
aliis, beato Willebrordo Patrono nostro, ac primò sedis nostræ Archiepisco-
po ad eandem Ecclesiam Absternacensem traditæ fuerant. Sed à Theodrico
Comite, & filio ejus Theodrico, fratreque ejus Florentio invasæ, atque pro-
pter continuam bellorum seditionem omni Episcopali jure neglecto, in po-
testatem Episcopi Synodali auctoritate redactæ fuerant cum capellis infra
nominatis: Harago, Schro, Rinesburg, Warmonde, Liethemuthon, Rin-
faterwald, Afelekerwald, Agathenkyreca, Hemezenkireca, Afcumanedist,
Spernerewald, Sloten, Ecmunde, Alcmere, Scirmere, Alisuen, Woggun-
gen, Aldenthorp, Vronlo, quæ neque in termino earum, quæ modo matres
sunt, quippe ubi neque consecratio, neque terminatio ulla erat, neque ipsæ
consecratæ erant, atque ideo omnis decima secundum constituta canonum
in manibus Episcopi erat, eâ scilicet conditione, ut idem venerabilis Abbas
omnesque ejus successores ad eandem Ecclesiam Absternacensem medieta-
tem habeant earundem Ecclesiarum omnium liberam ab omni servitio E-
piscopali, neque circaturam, neque oblationes Episcopo, neque servitium
Præposito, neque ad ædificandas sive consecrandas, vel ad terminandas eas-
dem Ecclesias ullum supplementum præbeant. Neque ad Synodum coacti
veniant, ipsi ministros locare poterint, qui suam partem colligant. Ipsi Præs-
byteros ponere, qui ad easdem Ecclesias serviant, similem cum Episcopo po-
testatem habeant, ipsi in omni utilitate, quæ de eisdem Ecclesiis provenire
possunt, sive in redemptione earum, sive in acquisitione decimarum, sive in
compositione illati damni excepto Episcopali banno, in omnibus mediam
partem accipiant. Si quid verò culpâ Præbyterorum neglectum fuerit, nul-
lum inde damnum incurrant, &c. Actum Colohiæ, anno salutaris M. lxiij.
anno Domini Henrici quarti Regis ix. Regni verò septimo.

sege al.

Afcumanedist nunc Afcendest.
al. nysen

Conrardus secundus Epi- scopus Trajectensis 22.

Wilhelmo Episcopo defuncto, Conrardus natione Sævus electus
& promotus intuitu Henrici quarti Imp. cujus nutricius fuisse
asseritur xxij. Episcopus constituitur. Iam filii Florentii Comitis
Hollandiæ, quorum supra meminimus, ad paternam heredita-
tem aspirabant, sublato Godefrido. Cùm Wilhelmus Episcopus sperasset
heredes exterrinatos, & Comitatum Imperatori devolutum, imperavit il-
lum, ut de cætero juris sui esset, & idcirco arcem in Iselmondâ incepit mu-
nitissimam, eo anno, quo obiit, quam Conrardus iste perfecit pinnis, &
propugnaculis adornans. Reversus itaque ex Flandriâ Theodoricus juve-
nis

pinnis

Theodoricus
Comes
Hollandia
arce[m] Isole
mundam
erexit.

nis cum auxiliariis copiis, arcem huiusmodi obsidere statuit, quibus Conrardus cum valido occurrens exercitu, laborantibus suis laturus suppetias, confecto praelio, caeso & in fugam verso exercitu, agrè se in arcem recepit, eaque validè oppugnata sese dedere coactus est: captà itaque arce, & demolita ad civitatem suam redire permittitur. Et Theodoricus in Comitem sublimatur, & duxit Withildim filiam Ducis Saxoniae in uxore[m], ex qua genuit Florentium Crassum, decessit anno M. xcj. eum præfuisse annis xv. Sepultus Egmondæ, Paulo ante Basilica Divi Petri in montibus in-curia aulicorum Henrici quarti Imp. apud Trajectum conflagravit, quod ille dolens dedit ad restorationem amplas possessiones in hunc modum, prout ipsi ex originalibus excerptimus, ut appareat, quanta fuerit ipsorum priscorum Regum in Ecclesiam liberalitas ac pietas.

Regem

Donatur
ab Henrico
quarto
Imp. prædii
Breeche.

m

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex, liberè & perfectè regere, regnare est, illum, per quem Reges regnant, Christum in sanctis suis honorare; inter quos cœli janitorem, integræ fidei confessorem, Regni vel Imperii defensorem, Apostolorum principem, beatum Petrum Apostolum in reparandâ Trajectensi Ecclesia suâ placando honorare necessarium duximus. Quam incedio consumptam nostris peccatis imputando ingenuimus. Vnde in reparatione ejusdem Ecclesie prædium quoddam nomine Bruoche, cum universis appenditiis, hoc est, utriusque sexus, mancipiis, arceis, ædificiis, prætis, pascuis, terris, cultis & incultis, viis & inviis, sylvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & redditibus, quasiis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ vel excogitari, nominari, vel scribi poterit, sancto Petro in præfatâ Ecclesia combusta firmando tradidimus, tradendo firmavimus, submonentibus ac rogantibus Berthâ & Regnâ & thori sociâ, Sigifrido Moguntino, Hiltsolfo Coloniensi Archiepiscopo, Ruperto Babenbergenfi, Ebbone Nuriburgensi Episcopo, Trajectensi vero Episcopo Conrado, eo obnixius, quo rectius, ceteris succinente, cuius Prædii situs est in pago Velue in Comitatu Diederici. Deditur autem ea lege, ut eadem Ecclesia sancti Petri perenniter absque omni contradictione obtineat, & interdiciamus, ne alicuius violentia inde auferat vel alio transponat. Cujus firmæ traditionis testem chartam præsentem scribi iussimus, quam ut infra videri potest, propria manu corroboratam, & sigilli nostri impressione insignitâ omnis generationis tam futuræ, quàm præsentis notitiæ relinquimus: Signum Domini Henrici quarti Regis invictissimi, Adalbero Cancellarius vice Sigifridi Archicancellarii recognovi, Anno Domini incarnationis Millelmo lxxvij. Indictione I s. x. Kalendas Iunias data. Anno autem incarnationis Domini Henrici quarti Regis xviii, Regni vero xj. Actum Wormaciæ feliciter in nomine Domini Iesu, Amen.

in m s h in bemo
Variè scriptum: Humburgenfi,
Nunburgenfi, Nivenburgefi.

Camer Dni
arceis in
Veluva.

ordinationis

Ind. s. i. 17.
1171 annus
Christi
1077. Hen-
rici 4.

Huic Conrado Henricus quartus contulit Comitatum in Staverø, quem Egbertus Marchio Imperatoris consanguineus (qui Comites Hollandiæ ex Orientali

Orientali Frisiâ violenter expulerat & spoliaverat) ob perfidiam per sententiam Principum, publicus hostis indicatus, amisit anno M. lxxvij. anno ordinationis Domini Henrici xxiiij. Regni sui lxxij. Imp. ij. Actum Wormatiæ.

Obtinuit etiam ab Adelheyde Comitissa, filiâ Everhardi prædium Ortinam cum suis annexis, cui vicissim dedit in precariam unam curiam Verdamsilicet in Batua juxta Awich sitam, & Waticam prope Thielam; & cum domo lapideâ quatuor præbendas Trajecti. Contulit insuper Ecclesiæ Trajectensi certam terram juris sui: tandem à fundamentis construxit Basilicam Divæ Virginis Mariæ in civitate Trajectensi secundum mœnia, ad similitudinem alterius Ecclesiæ juxta muros urbis Mediolanensis, in ejus honore dicata, ^{et} per ipsum Conrardum, cum interesset expeditioni per Imperatoris factæ, in Italiâ diruta, quam abundè ditavit. Tandem die quem Mercurii vocant in Paschali hebdomadâ peractis missarum solemnibus, dum in aula Episcopali solus oraret, insidiis cujusdam Frisij interemitur anno salutis M. xcix. mensis Aprilis xiiij. cum præfuisset annis xxv. Sepultus in Ecclesiâ quam ipse fundaverat; qui verò scelus perpetravit, aufugit impune, postea Regiâ auctoritate capite plectitur. Causam mortis suæ variam scribunt, alij ab uno suorum, alij à plurius occisum volût, alij patrem illius architecti, qui secreto allectus preterio, templum ipsum in ceno & fluidâ terrâ fundavit, & columnas firmavit, auctorem necis asserunt, ob odium idcirco in ipsum conceptum. Ego crediderim per Eggiberti occisi fautores paratum dolum.

De Egberto Turingiæ
Mentione vide notas
nostras ad Bekam.

Uamb. & Sagnab. ad a. 1071:
plurimum eo tempore rex
consilij utebatur Eberhardi
comitis Sapiantis admodum
viri.

De Egberto verò ita scribit Abbas Urspergensis: Recepto jam à Saxonibus pacificè Imperatore Henrico, quidam Marchio Eggibertus Imperatoris etiam consanguineus, armis strenuus & animosus atque ditissimus, iterum in Saxoniam contra Imperatorem Tyrannidem suscitavit, quâ cognita Imperator in Franciam properè rediit.

Anno Domini Millesimo lxxxix. Imperator Henricus congregato exercitu oppidum quoddam Marchionis Eggiberti in Turingiâ positum nimis firmum Gliche dictum obsedit. In vigiliâ verò natalis Domini, Dominico scilicet die, cum magna pars privatum ob diem festum jam abiret, Eggibertus suis consulens audacter Imperatorem invadit, & gnaviter primo resistentem tandem cedere compellit, ibi Burchardus Lofannæ Episcopus, qui eâ die sacram Imp. lanceam ferebat, occisus est. Anno Domini M. xc. Henricus Imperator Italiam ingreditur, ibique ferè per septem annos moratur. Prædictus Eggibertus à quibusdam Imperatoris fidelibus in quodam molandi no pausandi gratiâ deprehensus turpiter occubuit.

primatum

Burchardus Episcopus 23.

Burchardus Conrado successit in Cathedrâ xxij. Episcopus, vir admodum pius & prudens, cujus genealogiam non inveni. Hic etiam ordines manu propria contulit & consecravit Præbyteros & Diaconos. Præfuit annis xiiij, decessit anno salutis M. cxij. xv. Kal. Junij, sepultus in Occidentali parte Ecclesiæ Traject. tempore Henrici quinti: cujus anno scilicet M. c. primo, vel circa Henricus Crassus Germanus Cunonis, filii Ducis Ottonis, fraude ipso Cunone occiso in itinere, natu senior, dum in Frisiæ Marcam, cui præerat, res acturus, proficiscitur à vulgaribus Frisonibus, quibus Dominationis suæ jugum grave fuit, obsequium spectans, vallatur, re quoque cognitâ, fugiens ad mare, vulneratur à nautis, simul & suffocatur. Hujus tanti viri, qui nimirum totius Saxonix Principatum secutus à Rege regebat interitus, ab universo regno Teutonico graviter ferebatur. Fuit Marchio in Saxonix potentissimus, hic adjudicavit prædium suum inter Leckam & Ligniam flumina, per Arnoldum de Rothe, & Henricum de Kuyek diu occupatum, ecclesiis majoris & sancti Salvatoris Trajectens. & ut liceat eis ibidem matrem Ecclesiam construere, indulget Anno Milleesimo octavo. centesimo octavo

Godebaldus Episcopus 24.

Sequitur Godebaldus Frisus, uti voluit, xxiiij. Episcopus, non impar Smeritis suorum prædecessorum, religionis observantissimus. Hujus tempore Bernardus Clarevallensis celebris habetur, & Henricus quintus anno M. cxiiij. contra quosdam in locis palustribus, ultra Frisonum Insulas habitantes, navalem expeditionem multo studio instituit, sed rebellionem Agrippinæ Colonia revocatur. Hic Episcopus in territorio Trajectensi in loco palustri, qui idcirco Oostbroeck dicitur, construxit Monasterium pro commoditate Religiosorum virorum & sceminarum, in honore Beate Mariæ, ac Laurentii Martyris, quod propter strictam Religionis observantiam, Carcer ordinis pridem dictum voluit, sub professione sancti Benedicti. Anno M. cxxij. idem in Medelburgo oppido Walacrix Canonicos Regulares propter eorum perulantiam amovens, Religiosos ordinis Præmonstratensis ex Antwerpia in locum eorum accitos, instituit. Paulo ante, videlicet M. cxxj. vj. Non. Martii obiit Florentius Crassus, Comes Hollandiæ viij. & fraterno amore ecclesiæ Traject. junctus Ecclesiæ, cum præfuisset annis xxx.

rumo.

De eode huius Henrici
vide Cranti. in Saxon.
Libi. v. c. xv. et Vbbonē
Emmū Libi. vi. res. f. q. qu
tamen in tempore variant.

Burchardus nempe

Otto Sax.
Dux Bava-
ria pater
Henrici
Crassii &
Cunonis.

Oostbroeck
Monaste-
rium carcer
Ordin.

Florentius
Crassus Co-
mes Hollan-
diæ obiit M.

tumulatus Egmondæ. Cujus uxor Petronella construxit Monasterium juxta arcem suam in Reynsburch, ubi & quiescit, cui succedit Theodricus ejus filius Comes ix. ducens in uxorem Sophiam filiam Ottonis Comitis Ricomagi, ex Principibus Palatinis, ex qua genuit Florentium successore, Otthonem Comitem de Benthem, Baldevinum Episcopum, & Peregrinum Præfectum arcis Leydenfis, ac tres filias.

Item Henricus V Imp.

donationem de Isla & Lake confirmavit

Item Henricus quintus Imp. donationem de Isla & Lake confirmavit.

^{sum}
 S^{ub} eodem tempore, idem Henricus Imp. Pentecosten apud Trajectum celebrat, suboritur levi ex causa tumultus inter aulicos Cæsaris & Episcopi, ita ut Episcopus intra Monasterium, aliquibus ex suis captis, aliis trucidatis, salutem quærere impelleretur, captus tamen coram Imperatore sistitur, & custodiæ mancipatur, à qua non longo post tempore elapsus est. Volunt hujus tumultus auctorem fuisse quendam Giselbertum Episcopum infestum, quem Imperator pœnâ capitali animadvertendum censuit. Abbas tamen Urspergensis hoc modo scribit: Anno Dominicæ incarnationis Millesimo cxxij. Imp. Henricus natalem Domini Trajecti celebravit, Orietur in ipsis festis diebus quædã tumultus inter Aulicos sc. & Episcopi Ministeriales, quæ etiam eò processit, ut universã curiã simul & civitate commotã, utriusque partis armatæ concurrerët cohortes; sit clamor confusus, quasi à Trajectensibus in Imp. conjuratio sit facta; sicque illis irruentibus, & illis resistentibus, acris committitur pugna, ad eò ut multi caderent, plures de Oppidanis caperentur, reliqui in turrim firmissimam, quæ illic erat, confugerunt. Pontifex etiam ipse quasi pravi consilii particeps, & ob hoc Majestatis reus habitus, custodiæ traditur; à qua postea magnã pecuniæ summã multatus, multis etiam primotibus illarum partium intervenientibus; & maxime Frederico Colonienfi Archiepiscopo vix redimitur. Demum apud eandem civitatem Pentecosten celebraturus, ægritudine, quam jam diu celaverat, superatus ad extrema cœpit propinquare, vocatisque qui secum aderant, id est Reginã Machthilde conjuge suã, cæterisque primatibus, prout potuit de Regni statu consilium dedit. Coronam, cæteraque Regalia usque ad conventum Principum conservanda, in castello firmissimo, quod Hamerstein dicitur, reponi disposuit, sicque viatico Christi Sacramentorum communicans, diem claudit extremum x. Kal. Junij, Cujus corpus more Regio curatam, Spiram est delatum, & coram multitudine Nobilium & inferiorum clericorum atque laicorum, juxta majorum suorum Mausolea, honorifice conditum; anno Regni sui xix. Imperii verd xiiij. Cui primum sub specie religionis patrem excommunicatum, Imperio privavit; confirmatus in honoribus, mores mutavit: Sed post injurias Apostolicæ sedi illatas, semper se ipso inferior fuit. Cæpit etiam tunc germinare discordiæ illius

Seditio Tra-
 jecti inter
 Episcopum
 & Imperato-
 rem officio

Simultatio

A 1125

Henricus
 quintus mu-
 ritur Tra-
 jecti, & se-
 pelitur Spi-
 ra 10. Kal.
 Junij 1125

Hic

illius Seminarium, quæ sequenti ætate maximo illius regionis damno, quæ vulgò Hollant vocatur, morosè & laboriosè, & vix tandem ipso Imp. copiosum illò exercitum ducente, terminabatur: Vbi matrona quædam, cujus nomen excidit, soror nimirum Lotharij Ducis, cujus & patrocinio confisa Imperatori rebellare præsumebat. Anno verò M. cxxiij. Henricus Imperator movit expeditionem contra eos, qui sibi in Regione Hollant contrarii erant. Hisque licet tardè subactis, ad superiores se partes contulit. Dicta fuit ista Petronella uxor Florentij Comitis, & soror Lotharij postea Augusti.

Huic Godeboldo Episcopo Calixtus Romanus Pontifex, ex consilio Remensi, dum malâ valetudine laboraret, per Legatos Episcopalem suam absentiam excusanti, & petenti pro se & successoribus, concessit mitram ac Insulam Pontificiam, quâ Episc. Traject. ob clades passas, multis ante actis annis, usi non sunt. Hic Episcopus recuperavit bonâ in Sifelich alienata, anno M. cxx. Et Henricus Quintus Imperator donationem de Comitatu Frisæ, per genitorem suum Conrado Episcopo factam, renovavit.

hæc cum textu eadem
littera continuanda.

Idem Henricus confirmavit Donationem de Isla & Lecka
anno M. cxxij. Traiecti.

Donationes
Godeboldi

H

Henricus
quintus do-
nans.

Hic idem præbendam Episcopalem perpetuè adjunxit Decano majoris Ecclesiæ, utebatur hoc Proverbio: Corpus dū arctatur penuriâ, haud facilè contempletur cœlestia. Et similiter Ecclesiam in Occidentali Frisâ, quæ Medenblick vocatur, cum suis appenditiis & censu ad Cameram Episcopalem pertinentem, & circatu & oblationibus contulit Canonicis Trajectensibus. Restituit etiam, distante Lothario Aug. per Justitiam ~~perpetuè~~ Majori paludem ad Amerongen, & Thornen & Coten, quam ipse alienaverat, illo nolente, pro necessitate sua, (credo, redemptione captivitatis) cum decimis, exceptis iis quæ pertinent ad Ecclesiam de Amerongen, tam in paludibus, quàm in montibus. Synodalem quoque Justitiam tam in illâ palude, quàm de nostra pertinente, scilicet Wercunden & Zeist adjacente supradictæ Paludi ex eadem parte Rheni. Actum anno M. cxxvj. Episcopus sui xij.

cum

Præposito

lira

Hic de Godeboldo Episcopo videtur intelligenda.

Hæc Mathildis, filia erat
Henrici i Anglorum regis
quæ a 1127 secundo nuptijs
functa fuit Galfrido Andegavensi
Com. Westmonast. proam

Circa eadem tempora puta M. cxxv. Mathildis Regina contulit Ecclesiæ Trajectensi proprietatem suam in Richtkercke pro salute Henrici iij. Imp. consortis sui pro perpetuis cereis, qui Henricus hoc tempore concessit naturæ apud Trajectum, cujus intestina recondita sunt in medio choro majoris Ecclesiæ, juxta viscera Conrardi Imp. Avii sui, cui successit Lotharius.

Godebaldus tandem ingravescente morbo, professionem Monachalem Divi Benedicti in Oostbroeck assumens, plenus sanctitate decessit, anno salutis M. cxxvij. secundo Idus Novembris, cum præfuisset annis xv. Ecclesiæ Trajectensi, sepultus in eodem Monasterio.

Godeboldus
Episcopi
vixit.

ANDRÆAS

Andræas Episcopus 25.

Godebaldo defuncto, successit Andræas ex Comitibus antiquæ gentis
Gugernorum xv. Episcopus, vir prudens & gravis, paci & tranquillita-
tati suorum multum intentus. Hic Hermannum Comitem Gugerno-
rum, siue fratrem, siue nepotem suum (incompertum habeo) à Theodrico
Comite Hollandiæ in ultionem Florentii proavi sui apud Hamerithum oc-
cisi, palam & occultè hostiliter impetitos, ac similiter Godefridum Comi-
tem Aquilini Montis, (hunc de Arenberch, illum de Kuyck vulgus appel-
lat) fratres ægrè illi reconciliavit, pacemque composuit hæc conditione a-
lias insperatam. Hermannus pro multâ & liberatione animæ occisi Comi-
tis à fundamētis erigeret Monasterium, atque dotaret in perpetuam memo-
riam. Vnde factum est, quod in agro, qui Rheno & Wahali interjacet, haud
longè à fluvio Lignia corruptè, linea rectius, sic vocato (quia labore mili-
tari Romani instar Regulæ hanc fossam ex Rheno in Wahalim ac Mosam
deduxere, pro recrescentibus aquis derivandis) insigne conderetur cœno-
bium, in quo Religiosi (quos Præmonstratenses à loco, alii Nortbartinos
ab auctore nominant) quorum vita, quia tunc recens institutus ordo, ma-
gno in precio habebatur, acciti ex Landuno collocantur. Quibus etiam
præficitur Abbas Robertus, non minus sanctitate, quàm Regio sanguine
clarus. Nomen autem *Iudicum* insula Mariæ ipsi loco, quem Rex Angliæ
contuitu ipsius Abbatis, Calice aureo, infulis auro gemmisque contextis,
nec non ære legali copioso ac pavimento Theophrasto, (quod adhuc visitur) o-
pulenter adornavit. Habuit itaque initium eodem reconciliationis anno,
scilicet m. cxxviii, quarto Kal. Julias. Sed heus, manet aliâ mente repostum
hoc conceptum odium, ut verbis utar Virgilianis. Frisii enim rebellant-
ibus, Florentius cognomento Niger se jungit adversus Theodricum fratrem.
Quibus suppressis, recipitur Florentius in gratiam ex auctoritate Lotharii
Imp. Augusti, utriusque avunculi, postquam Alemaria oppidum atq. Pro-
vincia Canenfatum (Kenematos vocant) jam ferro igneque vastata erant.
At Florentius Comes instigantibus Nobilibus quibusdam, Helingim pu-
ellam formosam Hermanni atque Godefridi Comitum ex sorore Neptem,
ex Principe de Rotham procreatam, sub tutelâ Hermanni degentem, eo in-
consulto, in matrimonium appetebat, obstetit Hermannus conatibus Flo-
rentij, adjunctus viribus Godefridi Comitum, atque Andrææ Episcopi. Vnde
recrudescente odio, Florentius infert molestias. At Trajectenses rarò con-
cordes cum Episcopo, partim metu Lotharij Cæsaris, partim affectione Flo-
rentium in civitate recipiunt, & emittendi, recipiendique se potestatem fa-
ciunt, auxilioque fovent, ita ut in Episcopi opprobrium, præsidium Episco-
pi ac vicos aliquos flammis consumeret: inter quos erat & pagus, quem *Ca-*

*Peccasse mihi videtur
Heda, in eo sapius, quod
propria, tam hominum quàm
locorum nomina, Latinis verbis
exprimitur an corrumpere, conatus*

*Comes A.
quidam
montis j.
Arenberch.*

*Comes Gu.
gugernorum,
id est de
Kuyck.*

*Insula Ma-
ria Cano-
bium à Co-
mitibus de
Kuyck insti-
tutum.*

*Regi An-
glia mun-
scentia.*

*Florentius
Niger iam-
git se Frisjs
contra Theo-
dricum fra-
trem Hel-
landia Cæ-
misem.*

*Florentius
cum Episco-
po ob Neptem
civium
quarantia
est.*

tam Lecca flu. siye Lexmundam vocant. Quo provocatus Hermannus, atque secum in animo revolvens, quoniam pacto injuriam ulcisceretur illam, tendit ad insidias, & submittens latenter, qui præstolarentur manè egredientem Trajectum cum paucis ad venationem, haud longè ab urbe in loco dicto Absteede frustra quærentem fugam, collabente equo occiderunt.

Hermannus
Comes de
Kuyck Flo-
rentium ex
insidijs oc-
cidit.

et profugavit.

Berne Mo-
nasterium
ordini Pra-
monstratensium
restit.

Stauriensis
Ecclesia
reformatur.

Andreas
Episcopus
moritur
1119.

Ipse autem Hermannus patrator per Lotharium Augustum, qui eadem nepotis permolestè ferebat, ex sententiâ Principum, dignitate ac titulo Comitatus, quo fulgebat privatur perpetuè. Theodricus quoque Comes in ultionem fratris Hermannum atque Andream Episcopum profligavit, exuens illum omni Dominio suo, quod etiam in solitudinem redegit, incolas omnes percutiens in ore gladii. Ambo tamen post obitum Lotharii in gratiam à Theodrico recepti, ad sua redierunt. Quo tempore Fulcaldus quidam miles, conscius necis hujus, ex arce suâ quæ Barno dicitur citra Mosam sita, qui vindictam Theodrici evaserat, pro reconciliatione construxit Ecclesiam ac Monasterium similiter ex professione Præmonstratensium, quod etiam nostrâ ætate per Abbatem regitur. At Andreas Episcopus amovens Sacerdotes ab Stauriensis Ecclesiâ ob dissolutos mores, traduxit illic viros ac foeminas religiosos ex Oostbroeck, cumque jam utiliter & honestè per decem annos Ecclesiam sibi commissam administrasset, Decessit ix Kal. Junii, sepultus apud Prædecessores anno M. cxxxviij. alibi xxxix. Huic Conradus tertius Romanorum Aug. renovavit donationem Comitatum de Oostergou & Westergou, per alios Reges & Imperatores antea collatorum, quos Lotharius Aug. Ecclesiæ iterum ademeral, & Comitatu Hollandiæ unierat, præbens perpetuum discordiarum fomentum. Pro confirmatione autem hujus rei subjecimus literam Conrardi Regis.

Restitutio Comitatum Oostergouwe & Westergouwe.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, Conrardus divina largiente clementiâ Rex Romanorum iij. Scimus & verè credimus, quod qui copiosus est in misericordiâ, per quam & Reges regnant, propter hoc suos constituit Rectores in huius peregrinationis & sæculi viâ, ut bene se regentes, & alios postmodum secum regnant in Patriâ cœlesti. Quod nobis utique justè & misericorditer eventurum speramus, si unicuique suam justitiam pro viribus nostris conservemus. In ipsam itaque justitiam pro Dei amore fideliter intendentes, notum esse volumus tam futuris, quàm præsentibus, cunctis Christi nostrique fidelibus, qualiter Comitatum quendam Frisiæ, nomine Oostergouwe & Westergouwe S. Martino ad ecclesiam Traimonitu & petitione venerabilis ac fidelis nostri Andree ejus sedis Episcopi justè resignavimus, quem injustè eidem Ecclesiæ ablatum pro certo comperimus. Dederat sanè prædictum Comitatum Traj. ecclesiæ Divæ recordationis Henricus III. Imp. Aug. tum pro remedio animæ suæ, tum propter amorem & servitutem venerabilis viri, & fidelis sui Conrardi, ejusdem Sedis

Comitatus
Oostergou
& Westergou
donatur
Ecclesiæ
Traimonitu.

Hunc in diplomatibus,
que vidi secundum feci
vocatum invenio. omni
111 appellat.

dis Episcopi. Cui don^u filius ejus Henricus bonæ memoriæ v, iij, verò
Imp. Aug. iterando renovavit, & renovando autoritate & privilegio suo
confirmavit. Nunc igitur aliquamdiu sub Prædecessore nostro Lothario
Imp. prædicta Ecclesia suo jure & prædicto Comitatu caruit, ulterius eam
suo jure catere volumus, sed secundum monitionem fidelium nostrorum, in
debitum statum ei reddendo Comitatum, ~~etiam~~ reformamus secundum hoc,
quod in privilegijs Ecclesiæ veritatem inveniemus. Ut igitur antiquæ dona-
tiones, & nostræ resignationis autoritas immobilis & inconvulsa per suc-
cedentia tempora permaneat, hujus attestationis paginam conscribi, & si-
gilli nostri impressione insigniri iussimus. Testes quoque subnotari præce-
pimus, quorum nomina hæc sunt, Thiëwinus S. Rufinæ Cardinalis, Episco-
pus, & Apost. Sedis Legatus, Arnoldus Colonienſis Archiepiscopus, Albe-
ro Treverensis Archiepiscopus, Embrico Wizeburgensis Episcopus, Albe-
ro Leodiensis Episcopus, Wernerus Monasteriensis, Vdo Osnaburgensis,
Stephanus Metensis Episcopus, Nicolaus Cameracensis Episcopus. Waltra-
vius Dux, Wilhelmus Comes Palatinus, Godefridus Comes Namurcensis,
Henricus Comes de Zutphen, Arnoldus Comes de Clivo, Adolphus Co-
mes de Saffenberch, Adolphus Comes de ~~Gallro~~, Conradus Comes de
Bonna, Arnoldus Comes de Loen, Conradus de Haghen, Rothgerus de
Duriâ, & alii quam plures. Data v. Idus Apilis, Indictione j. Anno Do-
minicæ incarnationis cto. cxxxvij, regnante Conrado Rege Rom. tertio,
Primo anno Regni ejus. Actum Colonia in Christo feliciter, Amen. Signū
Conrardi Rom. Regis tertij. Ego Arnoldus Cancellarius recognovi, &
recensui vice Archicancellarii Moguntini.

quia

idem

omniph. lib. 3 p. m. Rom.
A. d. 1139 a Theodawino
epo card. portuensi & s. Rufina
Apost. sedis et p. Innocentij 11 legato
coronaty. August. Conrady.
Walteramus al.

monte

Henricus de Hullehusen,
Theodoricus et frater eius

Villa Al
burch dicta
Babilonia.

antiquatam al

altaria

Idem Andræas Abbati ac Monachis sancti Trudonis concessit in villa
Alburch, quæ & Babilonia, Ecclesiam ac decimas, quæ Episcopi esse con-
sueverant, quia profugus illic forsan receptus fuit. Discordiam quoque
inter majorem atque sancti Salvatoris Ecclesias, super ordine ministerii in
Paschâ, Penthecoste, atque natali Christi servando, amiguitatem exstinxit,
& ne in posterum exsuscitaretur, contulit ex suis in Purra & Ermelle sti-
pendia perpetua. Et intuitu ejus Lietardus Episcopus Cameracensis contu-
lit utrisque Ecclesijs ~~altaria~~ duo in Westerloo & Oulo. m. cxxiiij.

Contulit Andræas, ~~etiam~~ Ecclesiæ sancti Salvatoris certas proprietates ad
Illam flu. versus Gaudam & Hæstrecht, & Ecclesiæ sancti Iohannis Trajec.
parochiam in Buſſichem. m. cxxxj. sub Lothario Augusto.

Heribertus Episcopus 26.

Post Andræam eligitur Hardbertus sive Heribertus, uti nummi cui te-
stantur xxvj. Episcopus, natione Frisius, ex loco Beton, vir integer, &
Eccle-

Q 9 2

Con
numerat
oppugnationes

Trentani
cumultu-
antur.

Gruni pro
Gruningani.

Ecclesiasticum statum ad pristinum vigorem reducens. Hic dum Romanum accederet Pontificem, consulturus illum certis de causis, rediens invenit apud Trentinos, magnos tumultus incitatos, auctoribus Grunis, quorum pars templum Divæ Walburgis occupaverat & minuerat, quos per crebras occupationes ad deditionem coëgit: Interdicens eis structuram mœnium, & committens duobus fratribus, uni in Gruninga, alteri Præfecturam in Coesvardiâ, perperam in hoc posteris consulens. Nam usque in hunc diem Episcopi ipsi liberè indicabant.

R

A cadente otone
Comite in Brele,

Otto Comes
Palatinus
sepitur.

At Otto Comes Nicomagi ex stirpe Palatinorum Præfectus in Benthem, fororius Theodrici Comitis grassabatur in Twentanos: cui Pontifex Heribertus viribus impar, nec valens resistere, accito tandem in subsidium Hugone, cognomento Butyro, ex nobili familiâ illorum de Arclo, cum magno equitatu, tandem apud Heemshheim sive Oyersheim juxta alios, in ita crudeli pugna, occisis multis, aliis partim captis, partim per latibula sylvarum salutem quærantibus, Otto capitur, & Trajectum deducitur. Quod audiens Theodericus Comes, illico circumvallat urbem obsidione, adjuncto sibi Iohanne Principe de Arclo, fratre ipsius Hugonis Butyri, qui animum Comitis irati sibi conciliaret, quia frater adharebat Episcopo. Ignarus Episcopus salutis humanæ, scilicet ad cæleste subsidium intendit, cumque decreverum fuisset oppugnare civitatem, quo illam ab ingruente periculo liberaret, provocat hostes ad pugnam, designatur locus ex arbitrio utriusque, at ingruente die pugnae, Episcopus jubet cives omnes esse in armis, quos custodiis turrium ac mœnium distribuit, prohibens ne quis portas exeat. Ipse verò congregato Sacerdotio, & omnis ordinis clero Pontificalibus indutus, cæteris juxta dignitatem religiosi vestibus accinctis, & vexilla atque in signa crucis ferentibus, portis erupit, hostibus obviam procedens, qui è conspectu credentes exercitum armatum propter candorem resplendentem adventare, ad prælium se præparant, appropinquans autem inermis Episcopus sacro cum exercitu, admonuit Comitem ab oppugnatione desisteret, obsidionem solveret, atque retrocederet, nisi anathemate ac diris feriri vellet. At Comes compunctus pietate & religione, animum flectit, ab ira, ponit furorem conceptum, fatetur reatum, ac depositis armis supplex petit veniam & meretur, datusque osculis, & junctis dextris fit amicitia, ac foedus novum percutitur; liberatur Comes à captivitate, qui arcem suam Benthem beato Martino tradidit, ob devotionem, & rursus in beneficium recepit, eâ conditione, ut Episcopo liber esset introitus & exitus in arcem, in quâ & Oratorium & aulam pro residentia suâ sibi reservaret. Erat hic forma corporis egregius, qui paulo post ab Hermanno Comite de Stalewick vel Stalicke dolendâ morte perimitur; & Otto filius Theodrici, nepos ejus successit in Comitatum ac Præfecturam de Benthem, anno quoque M. cxxxviii. perrexit Theodricus Comes Hierosolymam devotionis causa, & sequenti anno reditum faciens per urbem Romam, ubi Monasteria in Egmôda atque Reynsburch à majoribus suis partim fundata atque instaurata, protectioni sancti Petri

Otto Comes
occiditur
etiam Comi-
tatum Ben-
themensem
donasset S.
Martino.

Petri sub annuo sensu submitit: quæ Innocentius Papa **III** suscipiens, perpetuè ab omni ordinariâ potestate exemit, favente & approbante Heriberto Episcopo. Non longè post, videlicet anno m. cxlviii. conflagravit major pars civitatis Trajecti, majori & sanctorum Petri & Pauli, atque Iohannis templis omninò consumptis flammâ, unâ cum Oratorio sanctæ Crucis; Ecclesia sancti Salvatoris, non absque miraculo, à tanto incendio intacta permanit, cum imagine sancti Salvatoris & favillis asservatâ, quæ adhuc videtur. Tum futuris periculis prospectum est, pro aquarum commoditate undique acquirendâ ordinatæ fossæ per urbem, atque aquæ Rheno inductæ, quæ in Vectam flu. perpetuè decurrerent. Vnde jam urbs & pontibus ornator, & sedandis incendiis, vehendisq; commertiis longè instructior, apparet.

Heribertus itaque plenus dierum, cum annis præfuisset duodecim, ultimum naturæ per solvit debitum iij. Idus Novemb. anno m. cl. adjunctæ prædecessoribus suis in majori Basilicâ. Hic impetravit pro Ecclesijs Trajectensibus à Conrado iij. Rom. Aug. auctoritatem eligendi Episcopum, quam Eugenius Papa tertius approbavit, ut ex literis subnotatis constat.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei electis filiis, Decano & Capitulo Ecclesiæ Trajectensis, gratiam, gloriam & Apostolicam benedictionem; Supplicatio charissimi in Christo filii Conrardi tertij Regis Romanorum illustris, nobis per dilectum filium Conradum ipsius fratrem, vestræ Ecclesiæ Præpositum, propter hoc ab eodem Rege ad Romanam curiam destinatum, continebat, ut privilegia per Romanorum Reges & Imperatores antecessores suos Ecclesiæ vestræ concessæ, nec non privilegium ab ipso Ecclesiæ vestræ prædictæ concessum, auctoritate Apostolicâ dignaremur confirmare, cujus privilegii tenor talis est:

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Conrardus divina favente clementiâ Rex Romanorum tertius: Si Ecclesias Dei amplificamus & confirmamus, antecessorum nostrorum piorum Regum vel Imperatorum exempla imitatur, & hoc nobis ad regni nostri celsitudinem, & præcipuè ad animæ nostræ salutem profuturum non ambigimus. **E** propter tam futurorum quàm præsentium Christi nostrorumq; fidelium Regni noverit industria, quod nobis apud Trajectum civitatem residentibus, & de pace ac de statu Regni tractantibus, fidelis noster Hardbertus ejusdem loci venerabilis Episcopus, Conrardus frater noster Præpositus, Decanus & Capitulum Majoris Ecclesiæ dictæ civitatis ad nostram præsentiam venerunt, nostræ celsitudini supplicantes, ut sicut antecessores nostri pii Romani Reges & Imperatores, ipsam ecclesiam Trajectensem multis honoribus & privilegiis dotaverunt: Sic nostra Regalis excellentia ipsorum vestigia imitando, dictæ Ecclesiæ aliquam honoris prærogativam concedere dignatemur. Nos igitur considerantes, quod Regalem decet excellentiam, illos honorari debere prærogativâ ampliori, quorum devotionem cõtinuis obsequiis experimur,

11

Theodoricus Comes
Hollandia
Egmondia
& Reysburgam
Monasterium
donat Papa
Innocentio secundo.

Rhenus derivatur in
fossas urbis
ad incendia
refringenda

Heriberti
abitus.

Diploma
Eugenij
Pape pro
eligendo
Episcopo

Innocentij II pontifex
Romanus coronatur, teste
Omphrio, a. C. 1170. 12.
cal. Mart. quod dicitur
cum diplomate.

& eorum iura
regali auctoritate
firmamus.

attendentes etiam nos & antecessores nostros Reges & Imperatores in dicta Ecclesia à fundatione ejus inter Canonicos primum locum obtinere, nostramque præbendam in eadem ~~dic~~ ^{dic}o deservimus, sacerdotes pro nostra salute & Regni tranquillitate ac pace Dominum orantes, dicti Hardberti venerabilis Episcopi fidele servitium, ac dilectorum nobis Decani & Capituli gratia obsequia & devotionem frequentem, quâ nostram Regalem excellentiam, & dilectam conjugem nostram Gertrudim Reginam per aliquod tempus in ipsâ civitate commorantem plurimum honoravit. Et propter hoc volentes eandem Ecclesiam majorem Trajectensem honoris prærogativa specialis sublimare ob remedium animæ nostræ, & animarum Domini Henrici iij. Avi nostri, cujus viscera in ipsâ Ecclesia pro pignore sunt sepulta, & Henrici iij. avunculi nostri Imp. nec non interventum dilectæ conjugis nostræ Regine prædictæ, ac Conrardi fratris nostri charissimi, ejusdem Ecclesie Præpositi, jus eligendi & instituendi Episcopum in ipsâ Ecclesia, quod ad Reges Rom. & Imperatores pertinere dinoscitur, & ab antecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus usque ad nostra tempora est devolutum, & deductum, antedictis Præposito & Decano, & Capitulo ecclesie sancti Bonifacii ejusdem loci, eidem majori Ecclesie ab earum fundatione speciali fraternitate, ut nobis innotuit conjunctis in donationem perpetuam Regali magnificentia concedimus in donum, & damus potestatem nostram omnimodam à nullorum successorum nostrorum infringendam, ut cum Episcopatum prædictum vacare contigerit, iidem Præpositi, Decani, & Capitula majoris & sancti Salvatoris Trajectens. antedicti, & nulli alii, nisi Ecclesiarum suarum Canonici Episcopum alium eligendi plenariam habeant potestatem. Vt autem hæc nostra donatio, donum & privilegium Regiæ magnificentia voluntariè ac liberaliter concessa iidem perpetua sint & rara, & credantur ab omnibus, & inconvulsa omni deinceps tempore conserventur, hæc in charta conscribi iussimus, manu propria, ut infra videtur, corroborantes, idoneos testes qui præsentis aderant subter notari fecimus, quorum nomina hæc sunt: Ancelinus Hagelburgensis Episcopus, Albero Leodiensis Episcopus, Wernerus Monasteriensis Episcopus, Nicolaus Cameracensis Episcopus, Vdo Offenburgeris Episcopus. Waltravius Dux, Wilhelmus Comes Palatinus, Henricus Comes de Zurpheno, Arnoldus Comes de Clivo, Adolphus Comes de Monte, Henricus Comes de Gelre, Conrardus frater noster Præpositus, Emo Præpositus sancti Bonifacii, Conrardus Tielenis Præpositus, Lambertus sancti Petri Præpositus, Godefridus de Renen, Alardus de Megene, Otto Praefectus Trajectensis, Egbertus de Amstelro, Bertoldus de Aldenseel, Iacobus de Saterfloe. Signum Domini Conrardi Rom. Regis iij. ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij recognovi, anno Dominicæ incarnationis M. cxlv. Indict. viij. xv. Kalend. Novemb. regnante Conrardo Romanorum Rege tertio, anno verò Regni ejus viij. Data apud Trajectum in Christo feliciter. Ex propter nos pro salute Ecclesie, reverentia, & ejusdem Regis

duo

*ad ecclesia traject. ac
dilectis nobis præpositi
Decano et capitulo*

*Jus eligendi
Episcopum
ad Ecclesia
maioris &
S. Salvatoris
in solum
pertinet.*

u

osna

al. Lubentis

al. 2

qua

noti

Regis supplicantis instantiâ inclinati, considerantes etiam ad Ecclesiam vestram dicti Regis donationem; quâ ipsam regali magnificentiâ favorabiliter & excellenter honoravit, antedictum privilegium, ^{amplifici} ^{literis} de verbo ad verbum est insertus, & omnia illa privilegia per Romanos Reges & Imperatores ecclesiæ vestræ ad honorem Christi & ecclesiæ exaltationem concessa, ^{amplifici} auctoritate confirmamus, inhibentes sub anathematis vinculo, ne Imperialis, vel Regalis, vel Episcopalis, vel clericalis, vel laicalis persona aliqua cujuscunque status & conditionis existat ipsam ecclesiam Trajectensem, contra hujusmodi privilegium & nostræ confirmationis tenorem, molestare, aut in ejusdem præjudicium in præmissis quidquam in perpetuum audeat attentare, decernentes irritum & inane, si quid à quoquam in contrarium fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis paginam infringere, vel in ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate præsumserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum xv. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

Hanc confirmationem à Domino Eugenio Papa tertio, ipse Dominus Conradus Rex, qui privilegium ecclesiæ prædictæ de electione Episcopi donavit, impetravit & fratrem suum Dominum Conradum ecclesiæ Traiectensis antedictæ Præpositum in suis expensis ad Romanam curiam propter hoc destinavit, quæ postea per diversos Romanos Pontifices & Imp. exitit, confirmata.

Similiter Comitatus de Oostergou & Westergou pridem concessos iterum de manu Regis recepit juxta exemplar litterarum infra scriptarum.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Conradus divina favente clementiâ Rom. Rex. tertius. Si Ecclesias Dei amplificamus, & earum jura Regali autoritate tuemur, & firmamus antecessorum nostrorum priorum vel Imperatorum exempla imitamur, & hoc nobis ad regni nostri celsitudinem, & præcipuè ad animæ nostræ salutem profuturum non ambigimus. Ea propter tam futurorum, quàm præsentium Christi nostrique regni fidelium noverit industria, quod nobis apud Trajectum civitatem confidentibus, ac de pace, ac de regni statu tractantibus, fidelis noster Hardbertus ejusdem loci venerabilis Episcopus ante præsentiam nostram venit, & Instrumenta privilegiorum avi nostri Henrici tertii, & avunculi nostri Henrici quarti Imperatorum nobis præsentavit, in quibus continebatur, qualiter ipsi præfati scilicet Imperatores Comitatum Oostergouwe & Westergouwe cum omnibus appenditiis suis beato Martino & Ecclesiæ Traj. contulerint. Rogavit igitur excellentiam nostram idem venerabilis Episcopus, una cum clero,

Apostolicus

Sancti Romæ
pontificis
confirmatoria
privilegia

Apostolica

1145

Oostergou
& Westergou
Erisla
Comitatus
donatus &
confirmatus
Ecclesiæ
Traiectensis

in M. S. ubiq; secundus

Regum

Imperator
Conradus
sine Iudicij
sententia
nulli agit.

clero, beneficiatis, & uniuersa eiusdem Ecclesie familia, quatenus iuxta privilegiorum tenorem & Imp. donationem, prædictum Comitatum ei & Ecclesie suæ lege in perpetuum valiturâ, confirmaremus. Et quoniam beneuolentia Regalis nulli in iustitiâ suâ deesse debet, & nos sine Iudicario ordine nihil huiusmodi facere consueuimus, perlectis privilegiis, quid super hac re nobis esset faciendum iudicio Principum à Comite Henrico de Gelre sententiam exquisiuius: Ille verò communicato tam Principum, quàm aliorum plurium Nobilium consilio iudicauit, quod nos iure possemus, & deberemus antiqua privilegia renovare, & pristinas Imp. donationes nostro privilegio corroborare. Eundem igitur Comitatum scilicet Oostergowe & Westergowe, quem prædicti Imp. beato Martino & Ecclesie Trajectensi tradidisse & concessisse dinoscuntur, nos quoque dictante iudicio, interuentu etiam dilectæ conjugis nostræ Gertrudis Regina, & petitione fidelis nostri Hardberti eiusdem loci venerabilis Episcopi, aliorumque fidelium nostrorum, beato Martino & Ecclesie Trajectensi perpetuo possidendû, sancientes per præsentis privilegii paginam, ob spem futuræ retributionis confirmamus. Et ne alicui mortalium nunc vel in posterum facultas aut occasio contradicendi valeat suboriri, omnem quæ aliquo modo moueri possit calumniam, edicto Regali submouemus, statuentes ne aliqua unquam persona magna siue parua Imp. donationem, & nostram confirmationem, aliquo ingenio infringere præsumat. Sed Ecclesia Trajectensis libere ac sine omni contradictione præfatum Comitatum cum omnibus suis pertinentiis omni deinceps tempore possideat. Si quis, quod absit huius nostræ confirmationis edictum infringere tentauerit mille libras auri purissimi componat, quarum partim dimidiam Fisco nostro, reliqua verò prædixæ Ecclesie Traj. persoluat. Vt autem hæc ab omnibus credantur, & inconuulsa deinceps omni tempore conseruentur, hanc inde chartam scribi, & aureâ bullâ nostrâ insigniri iussimus, manuque propriâ, ut infra videtur corroborantes, idoneos testes qui præsentibus aderant, subnotari fecimus, quorum nomina hæc sunt. Anselmus Hamelbergensis Episcopus, Conradus frater noster, & eiusdem Ecclesie Præpositus, Emo Præpositus S. Saluatoris, Conradus Tielenis Præpositus, Arnoldus Præpositus sanctæ Mariæ, Luitbertus S. Petri Præpositus, Anselinus Decanus S. Iohannis, Simon Camerarius, Henticus Comes de Gelre, Godefridus de Arnesberch, & frater ejus Comes Hermannus, Theodoricus de Altenâ, Adelbertus Comes de Noruenich, Godefridus Præfectus Norenborgensis, Robertus Comes de Euzenburch, Godefridus de Rinnen, & filius ejus Hugo, Giselbertus filius Hugonis advocati, Gerardus de Marken, Alardus de Meghene, Iordanus de Windesheim, Godefridus de Wekene, Peregrinus de Kempfelde, Lithardus de Dissenhem, Alardus de Wissenburch, & frater ejus Winemarius, Theodericus de Bockelhorst, & frater ejus Werenboldus, Wilhelmus Comes Ghorensis, Rodolphus de Wiâ, Otto de Malberch, Everhardus Cithelma, Henricus de Papeheim Marechalcus, ac Henricus Freso, ac frater ejus Wigerus, Henri-

Tandem
fringens
privilegium
2000 auri
Lib.

Supra est Hamelbergensis.

Testes
sunt confir-
mationis.

hic Hermannus supra
vocatuz comes de Cuych
a. 1170; qui a Lotario
inde Imp. comitis tit.
prinatus, dicitur.

T. no. 102

Henricus de Boyinge, Arnoldus de Ridenburch Dapifer noster, Conradus Priscus Pincerna, Tibertus Camerarius, Waltherus de Loncubusen, Marquardus de Grombach, Conradus de Walresteyn, Tibertus de Spileberch, Otto Præfectus Traj. Albertus Telonarius, Rodolphus, Wernerus, Walterus & filius ejus Henricus, Ekebertus de Amestyle, Bartoldus de Aldenselon, Iacobus de Saterslo. Signum Conrardi Rom. Regis. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Anno Dominicæ incarnationis M.cxlv. Indictione viij. xv. Kal. Novemb. Regnante Conrado Romanorum Rege tertio. Anno vero Regni ejus viij. Data est apud Trajectum in Christo feliciter, amen.

Hermānus Episcopus 27.

Defuncto Heriberto oritur non modica contentio de futuro Episcopo, Theodrico Hollandiæ, Henrico Geldriæ, Theodrico item Clivenf. Comitibus, Hermannum ex Comitibus de Hoern, Præpositum sancti Gereonis Colonienfis promoventibus, Civibus vero cum aliorum oppidorum votis, Fredericum de Havell postulantibus: prævaluit tamen ipse Hermannus fretus auctoritate Comitis Hollandiæ, qui omnes adversarios sibi redegit in subjectionem. Transacto hoc modo biennio descendit Legatus Apostolicus apud Leodium, citans utrumque electum, ubi interventu Conrardi Regis, eo res deducitur, ut Hermannus xxvij. Episcopus constitueretur, vir parum utilis, usque adeo ut ignavia notaretur: nam latrocinia & cædes ac vulnera mutua inter cives agitabantur in ejus conspectu, in quos animadvertere non audebat, nec vulgi sibi subditi potuit coercere petulantiam, quin quæque scelera in suos atque externos perpetraret. Vnde propter hujusmodi licentiam concordēs animi scissi in diversas affectiones, initium dedere intestinæ factionis, quæ adhuc perseverat. Anno M. c. lvi. ij. Kalend. Aprilis exhalavit Hermannus Episcopus spiritum, Sepultus in majori Ecclesiâ, cum sedisset annis sex.

Prodigia.

Hujus tempore circum lunam visus est circulus instar Iridis, cum quatuor radiis protensis ad formam crucis. Secutus est ingens terræmotus ad xv. annos perdurans, multas præclaras urbes subvertens, inter quas Damascus & Antiochia innumerabili mortalium multitudine oppressâ. Et inventio magna temporis varietatem, quidam scribunt circulum visum anno M. clij. xj. Kal. Aprilis, alii M. clxij. quo tempore Fredericus Augustus urbem Mediolanum rebellantem avertit. Et Rodolphus Archiepiscopus tres Magos Coloniam adduxit. At Frisij, quos Drechteros appellant aliquot loca

Contentio
ab electione
Episcopi

Hortenses eo tempore
nandi Comites.

Ignavia
Hermannus
Episcopi

1158

Anachronismus
historia.

Drechteri
Frisij circa
Hornam
habitantes.

R r

EXU-

exurentes, quorum motus, cum magnâ eorum clade subito compressere
Harlemii manu adjuti rusticanâ.

Godefridus Episcopus 28.

Super

è

*Theodoricus Comes
Hollandia
moritur
1144 63*

CLXIII

*Florentius
Comes
Hollandia
1144 63*

*vide notas nostras
ad Cronicon Becani.*

*Discordia
inter Comitem
Hollandia & Episcopum
Frisiam.*

*At qui hic Carolus, Calvus
an Simplex? neuter tri
hanc donationem comiti
facisse probabitur.*

Discordia post obitum Hermanni super electione rursus suborta, auctoritate Frederici Imp. subvenientis illico pacatur. Is enim prudenter providit, ut & Canonicis & sua prece Godefridus de Renen major Præpositus vicefimus octavus eligeretur Episcopus, vir appetens gloriæ atque ingentis animi. Sub hoc tempore obiit Theodricus Comes Hollandiæ, postquam rexisset Comitatum annis xl. secundum alios xxxvj. Sepultus Egmondæ anno m. c. lxxiii. Nonis Augusti, cujus uxor Sophia sanctitate perspicua, orationibus & peregrinationibus dedita, jam tertio pergens Iherosolymam, illic moritur & sepelitur. Succedit Florentius tertius Comes x. qui gravissima bella contra Philippum Comitem Flandriæ & Alsatia gessit: à quo tandem victus & captus in prælio, abdicat perpetuam medietatem terræ, sitæ in Occidua parte Schaldæ flu. quæ vocatur Wasia sive Wasda, incorporata nunc Flandriæ. Tandem ictis paribus conditionibus dimissus, duxit Adam filiam Regis Schotorum uxorem, ex quâ genuit Theodricum successorem, Wilhelmum Orientalis Frisiæ Comitem, Florentium Præpositum Trajectensem, Robertum Præsidem Kenemariæ, & quatuor filias. Hic Godefrido Episcopo, contra Trentongis, auctoribus nepotibus Heriberti, pro Præfecturâ Groningensi sibi adversantes, fuit magno adjumento. Nam penè captum ab hostibus liberavit, quos etiam cõtrivit & urbem ipsam magnâ pressit obsidione, crebris oppugnationibus eam appetens, resistente Comite Geltiæ cum Theodrico Batenburgensi, qui civibus suppetias veniant, donec res per arbitrium Imperatoris Frederici mandato negocio Reinaldo Archiepiscopo Colonjensi fuisset composita. Sed haud longè postquam hæc res acta est, suboritur inter Godefridum Episcopum, atque Florentium Comitem non modica discordia, occasione ejus partis Orientalis Frisiæ, quæ Lavicæ flu. adjacet, quem Carolus & Lotharius Aug. Comitibus Hollandiæ. Alij verò Imp. Episcopis atque Ecclesiæ Trajectensi tradidere. At Florentius totum sibi vendicabat. Episcopus se videns viribus inferiorem, invocat Cæsarem Fredericum, qui descendens hanc quæ sequitur ex æquo edixit concordiam.

Concor-

*Concordia inter Episcopum Trajectensem, & Comitem Hollandiæ
super parte Orientalis Frisii.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fredericus divina favente cle-
mentiâ Rom. Imp. & semper Augustus. Controversiâ^{nam} quæ in sententiâ
vel concordia sopiuntur, ratio suggerit, ut scriptis & testificationibus de-
signentur, ne fortè diuturnitate temporum discordia recidua resurgat, &
habeat secutura posteritas, quid de statu præcedentium, fraudibus malignâ-
tium convenienter opponat. Ea propter controversias, quæ inter Godefri-
dum venerabilem Trajectensem Episcopum, & Florentium Comitem Hol-
landiæ de Comitatu Frisonum agitabatur, nos de consilio curiæ & fidelium
nostrorum concorditer decedentes, eosque favorabili amicitia reconcilian-
tes, dignum duximus, ut universus tenor concordiaë describeretur, quem
admodum subnixâ videntur. Statuimus igitur, ut æquè participant de præ-
dicto Comitatu Frisonum, Episcopus videlicet & Comes, & neuter eorum
alio majus habeat in hoc Comitatu commodum vel proficuum: ambo cõ-
corditer eligent sibi Comitem, qui vices eorum gerat in prædicto Comita-
tu, qui præsentat^{is} ab eis Domin. Imp. bannum & potestatem judicandi à
manu Domini Imp. accipiat, & juramentum præstabit, quod pro dilectio-
ne, vel odio, vel pro argento, vel auro, vel alicujus rei gratiâ in prædicto
Comitatu neutri faciat injuriam, nec unius magis promovebit commodum
aut proficuum, quam alterius, Episcopus ~~et~~ & Comes ordinabunt de u-
tilitate electi Comitis eorum in prædicto Comitatu. Quod si ipsi concor-
diter Comitem eligere non poterint, Dominus Imp, pro consilio suo Co-
mitem eliger, & illi dabit Bannum, & ordinabit de sua utilitate. Si verò
displicebit Episcopo, vel Comiti, vel utrique, Episcopus & Comes, quem
vel ipsi eligerint, vel quem Imperator eis dederit, mutare possunt eum, quã-
do voluerint. Cùm verò intrandi in prædictum Comitatum, & judicandi
Maij tempus advenerit, Episcopus videlicet & Comes Hollandiæ simul in-
trabunt, uterque cum xxx. militibus, vel si fortè in majori vel minori nu-
mero militum convenerint, & postquam intraverint, æquè dividunt omnes
redditus curt^{um} ad Comitatum pertinentem, & omnia commoda & emo-
lumenta, quæ de Comitatu vel Iudiciis Comitatus pervenerint: æqualiter
quoque impartientur damna & defectus Comitatus, & separatim uterque
in hospitio suo faciet expensas pro voluntate sua: communi quoque con-
sensu & dono investituras locabunt & ordinabunt officia sua. Uterque au-
tem pro libitu suo accipiet sibi Advocatum, communibus tamen negociis
idoneum. Si autem Advocatus Episcopi Comiti displicuerit, ad nutum Co-
mitis Episcopus illum deponet, & substituat alium qui Comiti placeat. Si
verò Advocatus Comitis Episcopo displicuerit, deponet eum Comes, &
alium qui placet Episcopo substituet. Ab introitu amborum Episcopi vi-
delicet & Comitis exercebit Comes eorum Iudicia & justitias Comitatus,

*Comitatus
Frisonum
inter Epi-
scopum &
Comitem
controversus*

*Inter utri-
que aequa-
liter divi-
dendus quæ
ad commoda
& incòmoda*

*Utriusque
nomine Co-
mes eum
Banno Im-
peratoris
constituetur*

*Duo Advoca-
tus consti-
tuendi*

etiam

*A Maii
ingressus in
Erisiam, et
iudicia ci-
vilibus in-
choanda.*

*Fractis lu-
dici civili-
bus, Eccle-
siastica re-
cipiunt.*

*Alter alte-
rum in bel-
lo suet.*

*Bello ca-
strum Ben-
thorn recu-
parandum
in comuni.*

*Tempus non
servantia
pacta con-
ventum.*

*Epocha hu-
ius instru-
mentum desit*

donec peragantur viij. septimanae. Infra has octo septimanas Episcopus non exercebit aliqua Synodalia vel Ecclesiastica iudicia. Transacto autem hoc spatio, Comes Hollandiae si vult exire poterit, & si vult, remaneat ad negocia si qua sint plenius peragenda: & Episcopus similiter remaneat ad Ecclesiastica iudicia facienda, ambo autem in Mayo debent intrare, ut expeditis singularibus negociis & iudiciis, Synodalia quoque negocia ante incommoditatem hyemis valeant promoveri. Verum si alter eorum, Episcopus videlicet & Comes, commonitus ab altero, vel in servitio Imp. vel alterius Domini sui, vel gravi infirmitate occupatus, vel qualibet inevitabili causa detentus, vel pro voluntate sua Comitatum non intraverit, mittere conditam militiam, vel quantum tunc oportunitas temporis exigit, & ipsi inter se convenerint, & aequalem portionem accipiet, & sicut supra dictum est, omnia simul bona & mala partientur. Si vero neuter eorum Comitatum intrare poterint, vel communi consensu intrare vitaverint, mittent Comitatum suum ad exercenda iudicia Comitatus, & cum illo mittent milites, quotquot voluerint, vel nuncios. Et quicquid super sumptus illorum residuum fuerit, aequaliter dividunt inter se. Præterea Comes Hollandiae iuvabit Episcopum per Werram vel obsidionem quam cum ipso faciet, vel per quietum castrum recuperare Benthem. Et si quocumque modo illud recuperaverit, concedet illud Comiti in feudum, salva uniuscuiusque iustitia. Et Episcopus habebit in eodem castro Domum & Capellam, & Granarium, & coquinam, & ponet in eodem unum liberum hominem suum, & duos ministeriales suos, & liberè ingredietur & egredietur quando voluerit. Comes autem habebit omnem munitionem & fortitudinem castrum, & iuvabit inde Episcopum. Si autem Episcopus Werram habuerit cum aliquo amico vel homine Comitis, contra quem Comes salvo honore suo Episcopum iuvare non potest, debet castrum in potestatem Episcopi, ut habeat illud quamdiu Werra duraverit: Accepta tamen securitate, ut finita Werra ei restituat. Ut autem universam concordiam Episcopus & Comes perpetuè teneant & observent, fide data in manu nostra firmiter compromiserunt, Et nos ad maiorem huius concordiae firmitatem sub obtentu gratiae nostrae, & sub poena quingentarum marcarum argenti eis injunximus omni tempore observandam. Cæterum si alter ipsorum hanc concordiam violaverit, & commonitus ab altero, infra xij. hebdomadas non emendaverit. Nos Comitatem, qui bannum à nobis habet, in praesentiam nostram vocabimus, & ab ipso, & ab aliis sex boni testimonii viris tribus videlicet ex parte Episcopi, & tribus ex parte Comitis, quos ad hoc eligemus, quis in huius violatione concordiae reus sit, investigabimus. Hi septem iurabunt, quod bona fide veritatem dicent. Qui autem ab iis septem viris, vel si discordes fuerint à majori parte reus esse censetur, quingentas Marcas argenti infra xx. hebdomadas Camerae nostrae persolvat, & reatum suum dignè emendabit.

m. n. s. Datum a. 1165

Motus

Motus Frisiorum & prodigia.

Hoc quoque tempore, scilicet M. clxj. Frisij Vadum Okenwoerd transeuntes, grassantur in Hollandiam. Inter quos & Florentium aliquot annis sub vario fortunæ eventu præliatum est. Tandem vastatâ Winckel cum Niedorp, & Texaliâ & Wiringiâ insulis subactis à Florentio, Frisij ad pacis conditiones coacti sunt; Florentius demum visit Iherosolimam. Contigerunt etiam diversa & horrenda prodigia. Agnus nascitur cum uno capite, ac senis pedibus, geminatâ caudâ, gemellus videlicet à parte posteriori. Anno M. clxx. in Autumno inaudita tempestas, Oceanus excurrrens terminos, ad mœnia Trajecti urbis pertingit, sequenti verò multo altius efferbuit per universam Provinciam similimus Cathaclismo, in Natali Dominico visa temina, audita tonitrua, & ante tempus fruges & flores innati, arboribus volatiliaque & animantia quæque producebant scetus. Et rursus magna pars Trajecti incendio cõsumpta, unde Ieiunium, & Pœnitentia publicè indicta. Godefridus verò inter tantas calamitates animo minimè consternatus, oppidum Rhenen cum residuâ hæreditate suâ, contulit ecclesiæ Trajectensi. Et pro tuitione suæ Ditionis construxit arces quatuor munitissimas, videlicet Horrestum ad Gelrorum, Montfort ad Hollandorum, Woerden ad Trajectum, Vollenho ad Frisiorum insultus compescendos. Et cum annis xxij. feliciter Ecclesiæ præfuisset, obdormivit in Domino vj. Kalend. Junii, Anno M. clxxvij. adhumatus Baldrico Episcopo.

Prodigia
cuius & em-
poris.

ful-

Godefridus
Episcopus
quatuor
castra ad-
ificavit.

Mortuus
anno Christi
1178.

Baldevinus Episcopus 29.

Godefrido successit Balduinus ex Comitibus Hollandiæ cognominatus de Benthem, secundus hujus nominis, Aldezaen, & beatæ Mariæ Traject. Ecclesiarum Præpositus, xxix. Episcopus, vir modestus & castus, frater Florentij Comitum, & Theodrici Præpositi majoris, postea Episcopi, atque Ottonis Comitum in Benthem, quorum adiutorio subditos suos in pace aliquamdiu rexit, injustè ab hostibus ablata, recuperavit, justitiæ incultor insignis. Solus tunc Dux Lotharingiæ, nunc Brabantiæ, qui Comitatum Veluæ in beneficium tenebat ab Ecclesiâ, & eâ inconsultâ temerariè in Comitatu Gelriæ transportaverat, Episcopum contempsit, & pro Domino statuto tempore recognoscere distulit. Vnde Episcopus justè provocatus, nec tantam rebellionem æquamiter ferens, Gerardum Comitem Gelriæ ex Veluâ propellit, eamque tanquam jure debitam vindicavit sibi. Gerardus Comes dolens se exutum Dominio, illicò congregato exercitu, Daventriam obsidet: Vnde interveniente Frederico Imp. iussus discedere, per inducias res componitur. Interim decedente Gerardo Comite abs-

Dux Brabantia
fuit
dum sua
tempore ab
Ecclesia non
recognoscere
eo provocatur.

ge

que liberis, Episcopus Veluam sibi rursus vendicat, Territorium Comitatus Zutphanienſis, atque ipsius Geldriae incendio atque rapinae exponens adiutorio Clivenſium. In tanta verò rerum necessitate Otto Gerardo fratri succedens, nec resistere potens viribus adversariorum, tandem fretus auxilio Episcoporum Agrippinensium & Monasteriensiū, Ducisque Lotharingiae ac Comitatus Montensis, iterato Daventriam acerrimè preffit obsidione, in qua erant praesidia, equestris turmae Balduini Episcopi. Et vertebatur res in periculum, nisi Episcopus iterato contracto exercitu suis suppetias ferrè statuisset. Vnde considerato utriusque partis discrimine, Fredericus Imp. descendit, & dissidium arbitrio terminavit, tali, ut Otto Comes Veluam quietè possideret, donec super hoc de Principum consilio aliter foret definitum, interveniente autem pro Comite Geldriae Henrico, Duce Lotharingiae Henricus Imp. sextus ejus nominis, filius Frederici suam promulgavit super hac quaestione sententiam, cujus exemplar sequitur.

Possessio Veluam Comitatus Geldriae ad iudicatur, donec aliter definitur.

Sententia Henrici sexti Imp. inter Ducem Brabantiae, & Episcopum.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis, Henricus sextus divina favente clementia Rom. Imp. semper Aug. & Rex Siciliae. Imperatoriae Majestatis nostrae debitum ex postulat & requirit officium, ut ea, quae inter fideles & Principes Imperii causam & fomitem dant discordiae, limè correctionis & diligentiae omnibus modis enervantes ad firmam pacis concordiam vigilantissimo studio ipsos satagamus reducere. Quapropter notum facimus universis Imperii nostri fidelibus, praesentibus & futuris, quod nos quaestionem illam, quae jam diu vertebatur inter consanguineos nostros, Balduinum Trajectensem Episcopum, & Henricum Ducem Lotharingiae, super Comitatum de Veluwe, in eo videlicet, quod ipse Episcopus Comitatum illum de concessione Imperatorum sibi & Ecclesiae Trajectensi asserere bar pertinere, & e contra Dux Lotharingiae dicebat, quod ipsum Comitatum de manu nostra teneret in feudo, ad hunc finem deduximus, quod ipse Dux injuriam suam recognoscens, omne jus quod in Comitatu illo videbatur habere, in manus nostras liberè resignavit. Nos itaque praedictum Comitatum cum omnibus suis pertinentiis, Imperiali clementia praedictae Ecclesiae Trajectensi, & dilecto consanguineo nostro Balduino ejus Episcopo, solemniter contulimus, & imperiali auctoritate praesenti Majestatis nostrae privilegio, in perpetuum confirmamus. Ipse verò Episcopus eundem Comitatum cum pertinentiis suis, & omni jure praedicto consanguineo nostro Henrico Duci Lotharingiae in praesentia nostra benignè concessit sub eo tenore, ut idem Comitatus ad ejus haereditatem filium suum, vel filiam liberè transeat & integrè. Statuimus igitur, & Imperiali edicto sancimus, ut nulla omnino persona in posterum hanc nostram ordinationem & confirmationem aliquatenus infringere audeat vel perturbare. Quod si quis attentaverit, centum libras auri pro poena componat; dimidium Camerae nostrae, & reliqua passis injuriam. Ad cujus rei certam in perpetuum evidentiam praesentem paginam inde conscribi iussimus, & Majestatis nostrae sigillo aureo communi-

Comitatus de Veluwe donatur iterum ab Imperatore Ecclesiae Trajectensi, a quo illum recipit Dux Brabantiae.

defi

ri. Hujus rei testes sunt, Lodolphus Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, Hartwickus Bremensis Archiepiscopus, Hermānus Lantgravius Thuringiæ. Otto Comes de Benthem, Comes Lambertus de Erphordia, Zui-chardus Burggravius de Maigdeburch, Comes, Albertus de ~~Werningerode~~, Rubertus de Cleve, Cuno de Mintebroch, Marquardus dapifer, Drushardus de Kesteneberch, Henricus camerarius de Broiz, Henricus pincerna de Lut, Gerhardus de Grimberch, Arnoldus de Wefemaill, & alii quam plures. Signum Domini Henrici sexti Rom. Imp. invictissimi, & Regis Siciliae. Ego Conrardus Hildeshemensis electus Imperialis aulae Cancellarius Vice Conrardi Moguntinae sedis Archiepiscopi, & totius Germaniae Archiepiscopi recognovi. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. xcvi. Indictione xiiij. regnante Domino Henrico sexto Romanorum Imp. gloriosissimo, anno Regni ejus xxv. Imperij verò quinto, & regni Siciliae secundo. Datum apud Geilenhufen ij. Non. Martii.

Werningerode

De Frederico Genebarbo sive Barbarossa Imp.

Hic Henricus fuit filius Frederici Imp. cognomento Genobardi sive Italicè Barbarossa clarissimi Principis, qui genuit hunc Henricum, qui duxit in uxorem Constantiam filiam Rogerii quondam Regis Siciliae contra Tancredum Tyrannum. Item alium filium nomine Fredericum, Ducem Suevorum: cui desponsata fuit filia Regis Hungariæ, qui morte præventus ipsam non cognovit. Moritur enim in obsidione Aconis urbis exercitui *suspectus* paterno. Volunt præterea Italici scriptores tertium fuisse filium nomine Ottonem. Pater namque sollicitante Clemente iij. Pontifice Ro. per Legatum Cardinalem anno M. clxxxvij. decrevit expeditionem *proximam*, pro recuperatione Hierosolymæ, quæ traditione Hugonis Comitis Tripolitani, Saladino Babylonæ cesserat, subjugans sibi Turcas, Armenios, aliasq; nationes, & ipsum Saladinum obsistentes. Quanto autem discrimine ex perfidiâ Imperatoris Constantinopolitani, per Hungariam, Bulgariam, Thraciam ac Lycaoniam, aliasque Provincias, exercitum duxerit, (siquidem dum virum quendam heremiticum consuleret de itinere accepit in fatis se periturum aquis, quamobrem viam maritimam declinavit) ipse suis literis ad Henricum filium insinuat, quarum exemplar ob vetustatem præsentibus inferuimus.

*Exped. in
Frederici
Barbarossa
Imp. in ser-
tam sancta*

per-max. m. d. m.

Epistola Frederici Imp. ad Henricum filium Aug. ex castris.

Fredericus Dei gratia Romanorum Imp. & semper Augustus, per dilecto filio suo H. Illustri Romanorum Regi Augusto salutem, & sincerum paternæ dilectionis affectum. Excellentia tuae literas plena mentis & animi jucunditate nostra Imperialis excepit benignitas. Quarum tenore

tenote plurimum exhilarati super convalescentia tua spem firmam conce-
 pimus & optatam. Ceterum, quia de personae nostrae status & gloriosi exer-
 citus vivificae crucis progressu tua Regia desideravit edoceri serenitas, id pri-
 mum significando occurrit. Quod mox ut fines Imperii fratris nostri Im-
 peratoris Constantinopolitani attingimus, in rapinis rerum & occisione
 nostrorum non modicum sustinuumus detrimentum, sicut ab ipso Impera-
 tore indubitanter dinoscitur esse procuratum. Nam quidam latrunculi sa-
 gittarii penes publicam stratam in Yeprium condensis latitantes ex impro-
 viso sagittis toxicatis plerosque ex nostris inermes, & minus caute ambulan-
 tes, affligere non cessarunt. Donec consilio maturiori à balistariis & mili-
 tibus nostris undique vallati atque flagrante maleficio deprehenso condi-
 gnas meritis poenas exolverunt. Quippe in una die, & uno patibulo xxij.
 more lupino suspensi, vitam indecenter terminarunt. Nihilominus tamen
 residui malefactores à latere per devexa montium per totum Bulgariae ne-
 mus non persequentes nocturnis rapinis molestarunt, quamvis innume-
 rabiles variis tormentorum generibus & exercitu nostro vicissim sunt cru-
 ciati. Porro praefatus Imp. Constantinopolitanus, non solum universa, quae
 à Cancellario suo in animam ipsius & caput apud Nurenbergiam curata no-
 scuntur, infringere non dubitavit. Verum etiam sub interminatione pene
 concambium & forum nobis subtraxit: arcta quoque viarum succis arbori-
 bus ac saxis ingentibus obvolvens iussit praeccludi, & quasdam antiquas clau-
 suras verustate collapsas, robur scilicet & munimentum totius Bulgariae in
 Verfredis ac propugnaculis, contra honorem Dei & vivificae crucis, in no-
 strum & totius Christianitatis excidium praecipit communiri. Nos vero
 caelesti suffulti praesidio Graecorum machinamentis ignem apponentes, ro-
 bora cum saxis in favillam redegitimus & cinerem. Itaque universis clausu-
 ris per Dei gratiam victoriosè transitis, in terram planam circa Weron om-
 nibus bonis refertam pervenimus. Et sic in peragratione Bulgariae sex
 hebdomadas laboriosè satis expendimus. Rursum inde proficiscentes Phi-
 lippopolim civitatem situ naturali ac manu artificis munitissimam atque o-
 pulentissimam profusè desertam, tanquam pro derelicta occupavimus, &
 ecce die sequenti literas maximo fastu conceptas ab Imperatore Constani-
 tinopolitano recepimus, quae pariter minas, blandimenta, dolos concinna-
 bant. Tunc autem primum de captivitate Legatorum nostrorum Monaste-
 riensis videlicet Episcopi, Comitum Roberti, Marquardi Camerarii ad ple-
 num sumus certificati. Quos saepe dictus Imperator, dum adhuc in Vaga-
 ria essemus constituti, in contumeliam Creatoris & crucis scandalum, cui
 militabam, iussit captivari, & famae suae minus consulens, contra jus uni-
 versarum nationum & legatorum ignominiosè nudatos in carcerem fecit
 derrudi. Talibus auditis, universus crucis exercitus instemuit, & postmo-
 dum civitates, castella, vicos depopulati, atque occupare non cessavit, quo-
 adusque Imp. Constantinopolitanus Magnificentiae nostrae Legatos cum
 magno honore ad nos redituros literarum suarum tenore nobis significa-
 vit. Tan-

Exercitum
 cruce signa-
 torum ab
 Imp. Con-
 stantinopo-
 litano male-
 acceptum.

21

Imp. Con-
 stantinopo-
 litanus can-
 didus in ge-
 nium Lega-
 tos detinet
 * occupavit

vit. Tandem verò post multas legationes atque Legatorum ambages, dolum quem jam dudum contra nostram benignitatem conceperat, in hyemis asperitatem transitum nostrum prorogans, artificiosè peregit. Sicque Legatis nostris tanquam rebus bene gestis ad nostram Majestatem remissis, de ipsorum pecuniâ plus quàm duo millia marcarum detinuit. Iterato promittens transitum securum, navium abundantiam, forum bonum, concambium consuetum. Verum quia in vulgari dici solet proverbio: *Vltus timet uri*. Græcorum juramentis & simulationibus, nullam prorsus habentes fidem apud Philippopolim hyemare decrevimus. Filiolus verò noster Dux Sueviæ, frater tuæ sublimitatis, moram in aliâ facturum est civitate, *Weron* nomine, cum magnâ exercitus parte, quæ distat à Philippoli decem miliaria terræ nostræ donec hyemalis auræ inclementiam vernalis temperies pellat. Omnino igitur impossibilis est transitus noster per brachium sancti Georgii, nisi ab Imp. Constantinopolitano electissimos, atque omni exceptione majores obtineamus obsides, & totam Romanam nostro subjiciamus Imperio. Regiæ nobilitatis tuæ prudentiam commonendo rogamus, quatenus idoneos serenitatis tuæ Legatos Januam, Venetias, Anconam, Pisam & alia loca pro Galearum atque Vacillorum transmittes præsidio, ut Constantinopolim circa medium Martium nobis recurrentes, ipsi per mare, nos verò per terram civitatem oppugnemus. Quamvis tamen magnâ militum gaudeamus copiâ, orationum instantiâ ad divinum recurrentum est subsidium: Quia Rex non salvatur in multitudine virtutis suæ, sed per æterni Regis gratiam. Rogamus igitur, quatenus apud Religiosas nostri Imperii personas studiosè obtineas, ut jugi vigilantia copiosas pro nobis fundant orationes. Consulimus autem dilectioni tuæ, ut iudicium arripiat, & in malefactores Regiæ dignitatis zelus exardescat, profecto per hoc gratiam Dei consequeris, & favorem hominum, Legatos etiam à Domino Papâ mitti facias, qui præcipuè prædicent contra Græcos, quia Patriarcha eorum præsentibus Legatis nostris Monasteriensi Episcopo, & collegis suis in Ecclesiâ sanctæ Sophiæ publicè prædicavit, quod quicumque Græcorum centum peregrinos occideret, si viginti Græcorum reatum incurrisset, indulgentiam consequeretur à Deo. Apud Philippopolim jam duodecim hebdomadas complevimus. Usque Constantinopolim non invenitur castrum vel civitatis habitator. Datum Philippopoli xvj. Kalend. Decemb.

Quamvis ultra conceptum propositum, jam non historiam, sed threnos omnibus Christianis merito ingeminandos scribam, heu quàm difficilè mutantur decreta cœlestis Iudicis. *Fredericus de Philomela & Iconio*, a liisq; civitatibus triumphans, & omnia ferro victoriosè sibi aperiens, devenit in Armeniam, ubi dum refrigerii causâ propter intensum æstum in fluminem *Saram* descendisset, ignarus nandi, in verticem montis à præcipiti flumine absorptus est. Sepultus Antiochiæ anno M. cxc. Cujus interitus damnnum irrecoverabile intulit religioni Christianæ. Fuerant Comes Francorum atque Anglorum Reges, & *Fredericus Dux Suevorum*,

*Pecuniam
Legatos es
ripit.*

*Vltus ti-
met uri.*

*Pietas Fran-
derici Imp.
in Deo fidu-
ciam panens
rii.*

*Institio
conclitad-
Principis
gratiam.*

*Græca fides
erga Ger-
manos &
peregrinos.*

*Fredericus
Imp. in sa-
mine morgetur
anno
Chr. 1190.*

al. Ignarus.

Conrardus Dux Austriae, Florentius Hollandiae, Philippus Flandriae, & Otto Gelriae Comites, cum aliis pluribus Ducibus.

De Frederico Iuniore.

Fredeticus verò eligitur Dux Paterni exercitus. Wilhelmus verò filius Florentij Comitis Hollandiae patrem cum non spernendam classe secutus, per singularem industriam auctor fuit occupandae Damiatæ, mortuoque ^{Damiatæ} patre Florentio eodem anno, quo Fredericus Imperator perierat, cum xxvj. ^{capta, in} annis rexisset Hollandiam, associatur sepulchro Frederici, ipse Frederico ^{tempore} Duci per quinquennium periculi & belli socius magnam sibi à Kenemaris sub eo militantibus paravit gloriam. Miserat Henricus destituto exercitu suppetias, licet parum videretur affici huic expeditioni, quæ parum proficere. Sic pia cœpta mansere frustrata. Tantarum Imperator iste narratur virtutum, ut nisi discordiâ cum Romano Pontifice, quem tanquam Vicarium Christi adoraverat, atque casus adversus obstitisset, crederetur Christianus orbis per ipsum potuisse restitui: constituit leges perutiles, quæ extant: confirmavit & Godefrido Episcopo. Literas Ottomnis secundi de villa Amuda cum Teloneo ac piscatione in Almere, & terrâ ^{Ottomnis} Comitis in Lonâ, & quicquid in utraque parte fluminis, quod dicitur Vecta, habebat. Insuper & terram ejusdem Hattonis Comitis in Eki, cum potestate eudendi monetam in Trajecto, Anno M. clxxj. Imperii verò xvij. 4. Idus Octobris. Aquisgrani.

Concessit etiam auctoritatem transfodiendi Hodam juxta literas, quas pro notitiâ locorum & rei memoriâ hic subnexui, videlicet,

De aperiendo Alveo flu. quo liberiùs decurrat.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, Fredericus divina favente clementia, Rex Romanorum, Imp. & semper Augustus. Dignitas Imperii Romani hoc exigit, & ad hoc Imperialis honoris culmen regendum à Deo suscepimus, ut necessitates Reipub. semper præ oculis & manibus habeamus, & in cunctis operibus iustitiæ ipsa clementia, sine qua Deo placere non possumus, omni tempore nos comitetur. Tunc enim honor Imperii recto tramite incedit, & in meliorem statum roboratur, quando & saluti totius Patriæ utiliter providetur, & necessitatibus pauperum misericorditer subvenitur. Ea propter cognoscant universi fideles Imperii, præsentis & futuri, quod nos primitus amore Dei, deinde pro petitione fidelium Principum nostrorum, Godefridi videlicet Episcopi Trajectensis, & Florentii Comitis Hollandiae, Henrici etiam Comitis Gelrensis, & Theodotici Comitis de Cleve, & pro fideli servitio aliorum hominum plurimorum de Episcopatu Trajectensi, quibus quotidie in terris & bonis eorum gravis destructio, & intolerabilis vastatio per assiduas aquarum inundationes, quasi mors quotidiana.

*Damiatæ
capta, in
tempore
Florentius
Comes Hol
landiae An
nochie a
pud Frede
ricum Imp.
sepelitur.*

1 Hamen

1 Hattonis

1 Rheni

quotidiana imminēbat, ipsis hominibus prædictis sic afflictis, tanquam miserabiliter ad nihilum redactis, hanc gratiam indulimus, eisque nostrā Imperiali auctoritate benignè concessimus, ut terra illa, quæ vulgo Noda, alias Niedam dicitur, ad faciendum aquæductum ab incolis Provinciæ, qui tanto damno & periculo aquarum subjacebant, ita perfodiatur, quod aqua Rheni per eundem effluens in mare, quod ibi vicinum est, sine læsione in perpetuum fluat & decurrat. Quod nos Imperiali auctoritate nostra confirmamus, & ut in perpetuum ita permaneat, & observetur præsentī privilegio roboramus. Præterea obstructionem illam Rheni, quæ vulgò dicitur Dam, prope villam, sive in villâ, quæ appellatur Wich, quæ ad removendam tam gravem aquarum perniciem antiquitus facta est. Nos pro petitione prædictorum Principum, & pro fideli servitio hominum illorum, qui huic generali malo aquarum participabant, ratam habemus, & nostro Imperiali edicto confirmamus. Et ut æternaliter inconvulsa in eodem statu permaneat, & conservetur, præsentī jussione decernimus. Aliam quoque obstructionem Rheni, quam Comes Hollandiæ in loco qui dicitur Stekede, sive Swadeburg injustè & violenter erexerat, & fecerat, per quam etiam innumerabilium hominum & locorum submersiones frequenter evenerunt, nos ex judicio curiæ nostræ cassavimus, & penitus destrui præcepimus: Statu-
 entes, & Imperiali jussione confirmantes, quatenus prædictâ clausurâ destructâ aqua Rheni libera & Regiâ stratâ sine omni obstaculo, ibidem omni tempore fluat & decurrat, sicut antiquitus solebat. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius observetur, præsentem inde paginam cōscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt: Hermannus Fardensis Episcopus, Everardus Ratifponensis Electus, Philippus Decanus Majoris Ecclesiæ in Colonia, Arnoldus Præpositus Ecclesiæ sancti Andreæ, Adelsons Godstariensis Præpositus, Reignardus Præpositus, Vlricus Dux de Boemiâ, Marquardus de Grimbach, Comes Eumicho Lumige, Comes Polekmarus de Sarewerde, Henricus Marschalcus de Papenheim, Conradus Colbo pincerna, Wilhelmus de Kaluwe, Rodolphus de Stenforde, Constantinus de Berge, Cuno Camerarius, Bertolphus Camerarius, Cuno de Malberge, Henricus Friso, Memardus Comes de Nimmage, Folbertus, Gerardus Trajectensis, Sculterus, Wilhelmus de Scalckewick, Lutberthus de Odyck, Helyas Egbertus de Amestel, Hermannus de Wordene, & frater Godescalcus, & alii, Theodericus de Midifax, Albertus Pavo, & alii quamplures clerici & laici. Signum Domini Frederici Rom. Imp. invictissimi. Ego Christianus Maguntinæ Sedis electus, & Sacri Palatii Archi-cancellarius recognovi. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. cklv. Indictione xij. Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore victoriosissimo, Anno Regni ejus xij. Imperii verò xj. feliciter.

Noda, id est
Nydum ag-
ger, inter
Rhenum &
mare posita
dicitur.

Malesin
Narodum
contra Rhe-
num facta
manere de-
bet.

Obstru-
tio Rheni apud
Swadeburg
aperienda.

Emigo de Linnige

*litteæ vulgaris
vel communis
cum textu*

Idem Fredericus confirmavit Teloneum in Amuda & Piscaliam in Almera.

DUm autem Henricus hujus nominis sextus Imp. reram potiretur, orta est magna discordia inter Theodericum Comitem, successorem Florentii apud Antiochiam defuncti, ac Wilhelmum fratrem ejus jam reversum. Itemque inter ipsum Theodericum, & Baldevinum Comitem Flandriæ, qui cum potenti manu tenuerat recuperare Walacriam. Hunc Theodericus cruentâ caede profligavit. Wilhelmum verò amici reconciliarunt eo pacto ut Frisiæ Orientali dominaretur. At Balduinus Episcopus, qui usque modo Trentoniam cum Taentanis pacificè gubernaverat, magnam ex Provincialium rebellionem sentit calamitatem auctoribus Florentio atque Folckero Præfectis Coevordensium, per instigationem Ottonis Comitis Geliæ, favente Episcopo Ottone Comite de Benthem, interceptaque quæstione per Agrippinensem & Moguntinensem Episcopos, & decemum renovatâ, cum modo Episcopus, modo adversarii superioris essent, occasione belli ignaviæ Ducis Brabantiaë ascriptâ. Tandem verò Henricus Imperator descendens per definitionem Sententiæ omnem contentionem exstinxit adjectis induciis. Quo recedente Trentones rursus omnia infringerunt, unde Episcopus insegurus Casarem usque Maguntiam, perfidiam detegit cum justâ quærelâ. At Imperator non immeritò ad iram provocatus, præsentando decrevit in hostes auxilium. Sed instructum jam viribus Episcopum re infectâ intra paucos dies, antequam Maguntia absolvisset, mors interceptit xj. Kal. Maii, alibi ij. Novemb. anno M. excvj. cum præfuisset annis xvij. Devectus funus ad majorem Ecclesiam Trajectensem, ubi quiescit cum prædecessoribus.

*Discordia
inter Flan-
drum &
Hollandiam
Comites.*

Falcberto al.

*Henricus
sexus Imp.
discordiam
componit.*

*Trentones
rebelles.*

*Episcopus
mortuus an-
no Christi
1196.*

Arnoldus Episcopus 30.

Theodericus Episcopus 31.

Sublato itaque Baldevino servata electio sub discordiâ per impressionem Theoderici Hollandiæ, & Ottonis Geliæ Comitum, pars Theodericum majorem Præpositum, fratrem Balduini mortui ex Comitibus Hollandiæ filium Florentii Comitis ex Sophiâ filia Ottonis Comitis Ricomagi natum, pars verò Arnoldum de Isenburg Præpositum Daventriensem prætulerunt, ille Hollandiæ, hic Geliæ Comitis prævaluit, & per

Subdij.

Henricum Imperatorem ~~prævaluit~~ annulo & Sambuca investitur; subito tamen per factionem utramque bello, ac Comitatu Velux per Theodericum Comitem in favillam redacto, Otto Comes apud Haymonis montem superatur, & fugâ salutē vix consequitur. Tandem cōtroversia per sententiā Rō. Pont. diffinitur, Arnolde consecrato xxx. in ordine Episcopo, quo paulo pōst vid. viij. Aprilis anno M. c. xviij. Romæ defuncto & sepulto ad Theodericum revertitur Ecclesiæ administratio, qui ab eodē Pontifice xxxj. Episcopus continuatur, jussus redire ad gubernandum populum sibi commissum, qui ~~amicus~~ itineri ~~Thurivium~~ veniens, vitâ defungitur, & illic inhumatur.

Dum hæc aguntur, venit Wilhelmus Comes ex Orientali Frisiâ in Hollandiam, accedens fratrem Theodericum, in arce Horrestâ pro tuitione Ditionis Trajectensis agentem, congratulandi causâ de victoriâ obtenta. Vbi evestigio (nescitur causa) arcis carceribus mancipatur, quibus tandem effractis, Wilhelmus ad Ottonem Comitem Gelriæ se contulit, à quo fuerant enim contubernales in expeditione ultra marinâ) humaniter excipitur, & Adelheide filiâ pro uxore futurâ donatur: ex quâ genuit Florentium Hollandiæ Comitem, Ottonem Trajectensem Episcopum, Wilhelmum Præsidem, & binas filias. Celebratis nuptiis apud Stauriam, ipsoque Wilhelmo à Frisiis Orientalibus hilariter ac magnificè recepto, paulo pōst iidem Hollandiæ & Gelriæ Comites in amicitiam ~~redemunt~~, desponsatâ Adelheide filiâ Theoderici Henrico filio Ottonis: Patrum tamen supervivere, sepulti in Monasterio Reinsburgensi.

xcviii

Ticinum

Wilhelmus
Comes Fri-
siæ Orientalis

Ducit Adelheidem
Comiti-
Gelriae
siam uxorem

redeunt

Theodoricus Secundus

Episcopus 32.

Ecclesia Trajectensis per discordiam Pontificum prædictorum jam multipliciter adflicta atque Pastore destituta, aspirantibus eisdem Comitibus ad aliquem ex eorum amicis sufficiendum, divinâ inspiratione obauditis, eligitur Theodericus de Are, secundus ejus nominis, abfens in Italiâ, xxxij. Episcopus, qui rebus collapsis succurreret, vir nobilis & magni consilii, Præpositus Trajecti ad Mosam, non mediocris autoritatis apud Henricum & Philippum ejus fratrem Augustos, quos etiam usque in Siciliam comitatus est. Alibi legi post Theodericum de Hollandia, electum Godefridum de Aemstels, sed nec ejus acta, nec finem vitæ invenire potui. Theodericus tandem evocatus ex Sicilia, celeri itinere Trajectum appulit, inveniensque dignitatem suam magno ære gravatam, suasu suorum ad colligendam pecuniam pro redimendis debitis contractis animum intendit, sese primum in Orientalem Frisiam transferens, ut ex jucundo adventu atque administratione præfactorum, juxta Frederici Augusti factam concordiam,

S 3

rationem

rationem susciperet. Quod Wilhelmus Comes indignè ferens, & credens animos populi jam satis proni sibi magis devincere Episcopum è monasterio Stauriæ post sacra peracta armatâ manu eripit, & custodiæ in carcerem apud Oostersee deputavit, quem nonnulli religiosi, ac alii ex populo pietate moti, detestantes turpè facinus Comitum, per vim liberaverunt. Unde justissimè provocatus Episcopus in Wilhelmum ducit, at Theodoricus frater, & Otto socer sese Wilhelmo jungunt adversum Episcopum. Socer Provinciam unâ cum Daventriâ citra, frater verò cis Islam sibi subjungunt, & Trajectum premit obsidione. Otto verò socer, per insidias instinctu Otronis Augusti, atque Adolphi Agrippinæ Ecclesiæ Episcopi à Duce Brabantia capitur. Theodoricus verò Comes intendens ad liberationem Otonis, solvit à Trajecto obsidionem, & Silvam Ducis oppidum non spernendū circumvallans die vij. ad deditonem coegit. In quo Wilhelmum fratrem Ducis cum multis Nobilibus cepit, & magnâ prædâ onustus in Provinciam suam redire festinans, intercipitur per Ducem Brabantia campotentem manu advolantur, & post confectum prælium captivatus in oppido Heusden, Sentiens Episcopus hostes suos jam captos, nactus oportunitatem, utriusque Provincias depopulatur, ingentem abducens prædam, peragrataque Veluâ, ferro & igni omnia contaminans, Zutphaniam insignè oppidum aliquod diebus obsessum capit, Daventriam recepit, & plurimos captivos, & immensum thesaurum asportavit. Ac Theodoricus Comes pensatis damnis per illum illatis cum magno pondò auri relaxatus, & Episcopo in pace uniens, perpetuam usque ad mortem cum illo stabilivit & servavit amicitiam. Et anno M. ccij. 2. Nonas Novembris apud Dordracum cessit è vivis, cum relixisset xiiij. Vnicâ filia nomine Ada relicta antequam illi conquestus multum de absentia fratris sui Wilhelmi Comitum, tutorem designasset, transfectus Egmondam apud majores. At conjux ejus habens Wilhelmum Comitem exosum, & regni cupida, nondum adimpletis exæquis, quæ summa rerum penes eam maneret, accivit Ludovicum Comitem Loffens. ex arce Altena, cui properè advenienti Dordracum desponder Adam filiam, & naniis miscentur nuptiæ. At Wilhelmus Comes audita morte fratris sui, ut inire relisset exæquis, applicuit ad portum Zype, nec impetrare potuit sibi, ut id liceret facere secure, sed repellitur. Cui idcirco multi proceres commiserati, ob illatam injuriam sese jungunt, & stimulos adjiciunt fidem dantes, ut securus ad nos veniret. Qui interim concitatis Kenemaris atque Rhenanis, Ludovicum cum Adelheyde Harlemo pellunt, coactos nocte confugere versus Trajectum. Sed & oppidum Leidensens ipsi cessit, captâ Adâ juveniculâ, cum aliquot equitibus, quam intellectare gestâ superveniens Wilhelmus in Texaliam Insulam custodiendam direxit, totum Comitatum brevi Ditioni suæ submitrens, Ludovicus verò animo consternatus Episcopum Leodiensem, Ducem Lymburgensem, & Comitem Flandriæ, unâ cum Episcopo Trajectensi sibi efficiens stipendarios, magnam vim contrahit, in Trajectensem Episcopum præcipuam spem collocans, quem & belli, & pu-

Episcopus
capitur à
Wilhelmo
Comite, sed
à Fratre
saceris libe-
ratur.

Otto Comes
Geldria à
Duce Bra-
bantia ca-
pitur.

Theodori-
cus Comes
Hollandia
captivus in
Heusden
detinetur.

Relaxatus
Dordraci
moritur.
Anno Chri-
sti 1203.

Ludovicus
Comes Lof-
fensi, inter
exæquis
ducit Adâ.

Adâ capi-
tur à patruo
et in Texa-
liam custo-
dia manda-
tur.

Bellum in-
ter Loffens.
& Hollandia
Comites.

lamm.

v

cos

gnæ socium cum multo auro sibi devinerat, paciscens se accepturum Comitatum Hollandiæ ab illo in precariam (uti ajunt) tradens Episcopo fratrem suum obsidem. Wilhelmus itaque securitati suæ providens, omnes confortabat, præsidia firmabat, & novas arces, unam in Buscho, alteram in Suadenberdam construxit, & aggerem ad flumen Aemstel interrupit, quoditionem & Territorium Giselberti undique aquis & incendio evertit usque paludem, quam Broecklandt vocitant, ingentem in Kenemariam navi abducens prædam. Episcopus verò Trajectensis hanc ulturus injuriam, juxta Midratum expeditionem ducit in Hollandiam utramque arcem prænominatam expugnans, & Comitem de Benthem fugans, prælio accepit Florentium perpetuè Majorem fratrem Wilhelmi in arcem Horrestam mittens custodiendum, progressus Leidim invenit Ludovicum Comitem, recepta Wiltorum provinciâ, ad Harlemum tendere, qui mulctatis Kenemaris, & in fidem reductis pago Divæ Agaræ, quem Beverwijck vocant, incenso, Egmondam progressi votum Divo exolventes Adelberto, redierunt totâ provinciâ Hollandiæ in potestatem Ludovici redactâ & insulis, quas Zelandiæ ascribunt, paulatim in ejus gratiam rediuntibus: Walacriâ per Comitem Kamurcent, nomine Comitum Flandriæ tentata. Wilhelmus omni auxilio destitutus, vix Scapha piscatoriâ obtectus retribus non absque miraculo evasit. Tandem insularis ipsis ob superbiam ejusdem Ludovici ad Wilhelmm Comitem rursum deficientibus, & Kenemaris rebellantibus post varios conflictus Ludovicus prælio vincitur, & perpetuò ab Hollandiâ profugatur. Wilhelmus verò succedens in paternam hereditatem xij. Comes constituitur, qui brevi post fautoribus Episcopi bellum intulit, Affrenam munitionem eorum destruendo. Ex adverso Bernhardus Comes de Arc, frater Episcopi Dordracum incendit. Tandem humiliato Comite, conditiones pacis proponuntur, ut pro damno illato, mille talenta argenti penderet, ablata restitueret, & cum quingentis militibus nudis pedibus coram Ecclesiâ veniam expeteret pro eo, quod Episcopum in Stauriâ captivaverat temerè ac injustè, hoc modo pax reformata. Episcopus verò ex toto prosperis successibus ditatus, deperdita atque impignorata loca redemit, præsidii annonam providit, ac Ecclesiam ab omni indebito onere relevavit, residuas dies agens per quietem. Wilhelmus verò defunctâ Adâ Nepte, Comitatum à Frederico ij. Cæsare in beneficium recepit, atque deinceps rexit tranquille. Ad quem regnum Scotorum per obitum Magolini Regis avunculi sui jure hereditario devolvebatur, & contracto exercitu cum adjutorio Regis Franciæ transfretavit, multas urbes atque castella Regni illius sibi vendicans. Sed dum interim Ludovicus Comes Lossens. tentaret novos concitare motus, revocatus in Hollandiam à captis secundis desit.

cepit
præpositum

Ludovicus
Lossens
Comes vas à
Hollandiam
subigit.

Ludovicus
randam tam
cipur, &
Hollandiam
figatur:
Vilhel-
mur, &
Comes Hela-
landia &c.

Affrenam

Vilhel-
mus Rogni
Scoticus

Theodori-
cus Episc.
meritur an-
no Ch. 1212

Theodoricus autem Episcopus plenus dierum, & rebus Ecclesiæ pacatis, ultimum naturæ apud Daventriam persolvit debitum Nonis Decemb. anno M. ccc. xij. cum præfuisset annis xij, corpus ejus translatum Trajectum, sepelitur in majori Ecclesiâ. Quo anno ab Innocentio tertio Pontifice Rom. celebra-

e
N
I

caat hic
eda, vide
notas nostras
Bekam

Hæc leguntur in Cron. Belgicâ lingua conscriptis, sed neq; in M.S. meo neq; in impresso Cron. Becap. quibusdam horum invenio.

*Tabula
armis à
Papa Ro-
mano cele-
bratis.*

Gana

celebratur Iubileus Romæ, & consilium generale indicitur. Iste Theodoricus scribitur electus anno M. cxcviii. alibi cc. primo, & præfuisse annis xiiij. vel xiiij. & obiisse anno M. cc. alibi ccxij. Sub hoc Episcopo recenset Iohannes Beka vix credenda de quodam Enerimacho administratore domesticarum rerum ipsius Episcopi ex mortuo resuscitato, cui Philippus secundus Imp. renovavit privilegium transferendi Teloneum ex Efana in alium locum uti sequitur.

Privilegium Philippi Aug.

Philippus secundus Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, Regalis excellentiæ nostræ poscit benignitas, ut nos ampliori favore & gratiâ in agendis suis respiciamus, quod ad exaltationis nostræ gloriâ ferventes invenimus & fideles. Quapropter noverint universi fideles Imperij præsentis & futuri, quod nos considerantes puram fidem & ferventem devotionem, quam dilectus consanguineus noster Theodoricus Trajectensis Episcopus ad sublimitatis nostræ promotionem constanter exhibet, & est exhibiturus, de consuetâ Majestatis nostræ clementiâ damus & concedimus, & plenam auctoritatem & licentiam, ut Teloneum quod ex concessione Imperatorum sive Regum ab antiquo tenuit in loco qui Gana dicitur, in alio sibi commodiori loco, ubi voluerit infra terram quæ pertinet ad officium Sculteti civitatis Trajectensis locet & constituat, & super hoc nullius personæ unquam habeat impedimentum. Ad cujus rei certam in posterum evidentiam hanc chartam inde conscribi iussimus, & bullâ nostrâ communiri. Testes hi sunt Conradus Imperialis Aulæ Cancellarius, Wolfgerus Pictaviensis Episcopus, Conradus Spirensis Episcopus, Comes Fredericus de Zahen, Comes Ludovicus de Halsensten, Comes Hartmannus de Wirtembergh, Henricus Marschalcus de Kallindim, Henricus dapifer de Walpurch, & alii quam plures. Datum apud Norimburgh. anno Dominicæ incarnationis M. cc. Indictione iijj. 2. Kal. Octobris.

*ei
Teloneum
in Gana
alio trans-
fertur.*

*su. l. l. l.
rotunda et
c. 15.*

Et Comes Ludovicus Lossensis occasione Fendorum, quæ Comes Hollandiæ ab Episcopo obtinet, in hunc modum pepigit.

Ego Ludovicus Dei gratia Comes de Los, universis Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, in perpetuû. sum omne feudum, quod pater meus bonæ memoriæ Theodoricus Comes Hollandiæ ab Ecclesiâ Trajectensi justè possederat à manu Domini mei Theodrici Trajectensis Episcopi in eo jure, quod Lijfucht appellatur, recepissim, eiq; sicut legiis. homo legiam fidelitatem servare jurassim, ne unquam aliqua occasio discordiæ de cætero inter Episcopatum Trajectensem, & Comitatum Hollandensem possit coalescere ad perpetuam pacem nostram, talis inter nos ordinata

dinata est compositio: Omnes ministeriales vel servos, qui ad Episcopatum pertinebant, in terrâ Comitum Hollandiæ manentes, exceptis militibus & eorum liberis, dedit mihi & meis successoribus Dominus meus Trajectensis Episcopus. Ego similiter dedi Ecclesiæ omnes ministeriales vel servos, qui ad Comitatum Hollandiæ pertinebant, in terrâ Episcopatus manentes.

*Compositio inter Episcopum Traiectensem, & Comitem Hollandiæ,
facta Anno M. cc.iiij.*

Ego Wilhelmus Dei gratiâ Comes Hollandiæ, Vniversis Christi fidelibus tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Cùm omne feudum, quod frater meus bonæ memoriæ Theodericus Comes Hollandiæ ab Ecclesiâ Traiectensi iuste possederat, à manu Domini mei Theodrici Traiectensis Episcopi recepissem, ei que sicut legius homo legiam fidelitatem servare iurasset, ne aliqua unquam occasio discordiæ de cætero inter Episcopatum Traiectensem, & Comitatum Hollandiæ possit coalescere ad perpetuam pacem nostram, talis inter nos est compositio laudabiliter ordinata. Omnes Ministeriales vel servos, qui ad Episcopatum pertinebant in terrâ Comitum Hollandiæ manentes, exceptis militibus & eorum liberis, dedit mihi & meis successoribus Dominus meus Traiectensis Episcopus, cā conditione adjectâ, ut si qui eorum de terrâ Episcopi ad Comitatum Hollandiæ transierint, vel è converso de Comitatu ad terram Episcopi, ejus manent, in cujus dominio mansionem elegerint. Ego etiam & homines meo juramento promissimus, quod de cætero nullâ unquam occasione, Renu apud Suadenburgh, vel alibi obstruetur. Item promisi & juravi, quod nunquam prohibebo mercatores quoscunque deferre salem vel quaslibet alias merces ad terram Episcopi. Similiter nec Episcopus prohibebit aliquos mercatores ire, ad terram meam de Comitatu Frisiæ in Oostergo vel Westergo & instanter, hoc est adjectum, quod compositio quondam ordinata inter Episcopum Godefridum & patrem meum Comitem Florentium etiam inter nos inviolabiliter observabitur, quæ talis est: Episcopus & Comes communi consensu mittent Comitem unum in Frisiam ad servanda placita secularia, & quicquid de redditibus ad Comitatum pertinentibus, vel de proventus placitorum secularium, deductis expensis exereverit æqualiter, dividetur inter Episcopum & Comitem, sed quando contigerit Comitem illum non intrare Frisiam, nuncii Episcopi & Comitis Hollandiæ simul ibunt in communi expensâ colligere redditus ad Comitatum pertinentes, Monetarii, Thelonearii, Schulteti, Villici, & omnes beneficiati in Comitatu illo manentes, feuda vel officia sua primum recipient de manu Episcopi, & manu Comitis Hollandiæ, & utrique jurabunt fidelitatem. Item de iurisdictione in Hesevijck juxta Montfort sita, hoc est condidit, quod nuncius Episcopi in ea servabit placita secularia, & quartam tantum

*Homo legius
Episcopi
Comes Holo-
landiæ.*

o dicebantur

*T Ego similiter dedi ecclesiæ
omnes ministeriales vel servos
qui ad comitatum Hollandiæ
pertinebant, in terrâ Episcopi
manentes, exceptis
militibus et eorum
liberis*

*Ita in Pal-
tis Oriem-
ta, i com-
mune Epi-
scopi &
Comitis.*

A postea de

I c.

partem

partem eorum, quæ inde proveniant, habebit Comes Hollandiæ, reliqua omnia liberè cedent Episcopo. Præterea de distinctione terminorum inter terram Episcopi, & Hollandiensem sic inter nos convenit; quod si de aliqua terra vel decima Episcopus quæstionem fecerit mihi vel hominibus meis liberam eam dimittam Episcopo, vel jurabo eam de jure ad me pertinere. Similiter si ego quæstionem moverem Episcopo vel hominibus suis de aliqua terra vel decima, Episcopus mihi eam liberam dimittet, vel ~~secus~~ priorum suorum aut ministerialium Ecclesiæ tertiâ manu jurabit terram illam vel decimam ad Ecclesiam de jure pertinere, & sic libera erit Ecclesiæ. Insuper compromissum est, quod si aliquis hominum Episcopi, offensam ejus fortè incurreret, nullum habebit ad me refugium, nisi ad hoc tantum, ut per me gratiam inveniat, vel in Curia Episcopi judicio comparium suorum listat, & è converso. Acta sunt hæc ab incarnatione Domini, anno M. c. ciiij. Pontificatus Domini Theoderici Episcopi anno vij. apud Trajectum coram altari beati Martini, super quo obtuli homines meos, quos pro suis commutavi, in quo etiam juravi, & homines mei Wolterus de Eye, Albertus Banjart, Iacobus Burggravius de Leyden, Gyselbertus de Lecke, Albertus Rufus, & alii quam plures, testibus his: Henrico Duce ~~Lorchardi~~, Ottone Comite Gelriæ, Gerardo Comite de Ate, Henrico de ~~Evero~~, Gerardo Xantens. Waltero sancti Petri, Bernardo ~~Gyb.~~ Bertoldo Alden, Beniboldo sanctæ Mariæ Præposito, Eliâ sancti Petri, Gysberto sancti Iohannis, Henrico sanctæ Mariæ Decanis, & universis tam ministerialibus quàm civibus Trajectensibus, & aliis quam pluribus compositionem hanc sicut præscripta est inviolabiliter observare.

Anno Chri.
1204

M^s
al. Egmonda vel Eme

Lofaringia

o Cuyar

trienji

Otto Primus Episcop. 33.

Otto Secundus

Episcopus 34.

Post Theodericum precibus Adulphi Coloniensis, Ottonis Monasteriensis, & Gerardi Osnaburgensis, fratrum Pontificum, Wilhelmi Hollandiæ, atque Ottonis Gelriæ Comitum, eligitur Otto Præpositus xxxiiij. Episcopus, xvij. ætatis anno, frater Ottonis & Sororius Wilhelmi Comitum, optimæ indolis, & formæ egregiæ, qui cum Romanam urbem pro ætate dispensandâ accedere proposuerat, apud Northusen juxta Alinum febre captus, obiit vij. Kal. Aprilis, anno M. ccxv. cum præfuisset annis

annis tribus vel duobus & femi, relatus Trajectum. Administravit rem Ecclesie suae plus quam aetati dabatur, prudenter, Iustitiae ac pacis observantissimus, cujus exequiis dum praefati Comites interessent, obtinere, ut Otto secundus ejus nominis ex Comitibus Lippiae major Praepositus eligeretur Episcopus xxxiiij, qui apud fora Francorum ex consensu Metropolitanani sui benedicatur, & per Fredericum Caesarem temporali Iurisdictione investitur, & commissio provinciarum suarum regimine, Hetmanno fratri viro industrio, cruce signatus cum Imperatore transit mare, cui socius fuit Evermachus resuscitatus, ac Ioannes Scholasticus Xantensis militavit annis plurimis: Claruit circa haec tempora vir Walterus ex Trajecto inferiori nobili familia oriundus, Abbas Villariensis decimus, mira sanctitate & doctrina praeditus, ut etiam in vita fulgeret miraculis, de quo plura scribuntur, ejus sententiae haec feruntur: Iusto iudicio Deus permittit hominem cadere in peccatis, quae nunquam novit: quia ea quae novit, non cavet. Et quanto homo Deum ardentius amat, tanto clarius peccata sua videt, & mala pati desiderat, ut acquiratur timor Dei, qui valde utilis est: Praeterea duo consideranda sunt, Praesentia Dei, & mors: Diabolicus timor est, quando homo peccatum timet, & non cavet; Sanctus vero timor est, quando homo timet de bonis, quae agit, quod non fiant: sicuti iusto fieri deberent, & ille timor omnia purificat. Item: Tam magnum peccatum quisque facit, cum peccat, quantum in conscientia sua esse iudicat. Iudicio conscientiae post perpetracionem nec majus, nec minus fit, Hamiliario cum illa datur: & multa alia sed genus.

Otto itaque reversus ab expeditione, & in magna felicitate constitutus, gentilitate potens, in rebus expertus, invenit omnia placida, & tranquilla administrata, sed non correspondent ultima primis. Nam inter Episcopum & Comitem Ottonem Gelriae gravissima & perniciose exoritur contentio, petulantia aliquorum Praefectorum Episcopi, qui Salios tributo nimio gravabant, unde illi de Bucharst Comitem Gelriae ad arma sollicitaverunt, cujus occasione Episcopus castra Sylliam sive Voerst destruxit, & Bucharst, sive Clivum pagorum dicta incendit. Ex adverso domus Episcopalis cum pago Gheyen per Comitem Hollandiae comburitur, & partis utriusque magnis viribus, etiam confluentibus Principibus, concurrunt. Et loco ac tempore pugnae designatis, supervenit quidam Conradus Cardinalis Portuensis Legatus, qui furorem auctoritate sua sedans, per arbitrium eos composuit, insequendo sententiam per Henricum Imp. paulo ante latam anno M. cxvj. inter Balduinum Episcopum, & Henricum Ducem Lotharingiae superius expressam, & postea remisso rancore, omnia damna & injurias compensavit. Insuper pactum extitit, quod Episcopus traderet in precariam Comitum Gelriae quicquid in Elistensi montive Sanctae Odiliae pagis haberet Iurisdictionis aut proprietatis praeposituris, & hominibus fidei astrictis sibi reservatis. Et Comes Hollandiae, si quos haberet sub ditione ecclesiae Trajectensis sibi fidei aut servitio obligatos, accepto aere, manumitteret, uti antea conventum fuerat inter Theodricum Episcopum, & Ludovicum Comitem

um Franckenfurt

VValterius
Abbas Villariensisvide de eo cronicon
Castrociensise ab Aub.
p. 120 super edictu

deletur

Contentio
inter Episcopum
& Comitem
Gelriae
petulantia
Praefectorum
comitum

mitem Loffensem, & eundem Episcopum, & Wilhelmum Comitem Hollandiæ.

Notis Grunonensium qui Grunonem uocantur.

fugat Euerhardum

Disciplina militari neglecta, occiditur Episcopus caditur.

Episcopi crudeliter mactati.

Anno Christi 1256.

Anno Christi 1218. obiit Adelheidis uxor Comitis Hollandiæ.

Wilhelmus Comes Hollandiæ obiit anno Christi 1220. Florentius 4. Comes Hollandiæ.

Littera communis

Eodem tempore efferbuit apud Grunos ingens motus, auctoribus Everhardo Grunorum, & Rudolpho Vaceforii vulgariter Coevordia Præfectis, qui severitate Episcopi compressus, interdictâ utique pœnâ vitæ, ne quis conditionem pacis per Episcopum datam violaret, Absente rursus Episcopo, Rudolphus primum obstinatè omnia infringit, ~~Lenochardium~~ oppidum arcemque ejus demolitur. Ille haud seguis obsidet rursus adversariû, fiunt cædes & rapinæ non modicæ, adde ut auctoritas Episcopi pessundaretur, & subditi opprimeretur. Cumque in rebellem ~~animum~~ advertere statuisset, collecto ingenti exercitu, & Principibus circumquaque vel sanguine, vel fœdere junctis in auxilium accitis; qui non desuere, dirigentes aciem versus Vaceforum, sive Coevordiam, dum vel incauti, vel nimium suis viribus confusi, soluto ordine intendunt, ab adversario viribus imparè & dolo intento in locis inviis & paludibus, quas Vecta fluvius effecit, miserè obruuntur. Non parvum cuiquam, sed sævitum in omnes indifferenter & crudelius in nobiles. Episcopum illic viribus destitutum cum cepissent, atrociter jugularunt, abscondentes capitis verticem, nec cæde ejus satiatum, jam mortuum cadaver pluribus vulneribus confoderunt, & sic saucium immerferunt cœno. Quod paulo post clanculum extractum, Delatum est Trajectum, planctu publico reconditum in Ecclesiâ majori. Contigit hæc nefanda stragis Kalend. Augusti, anno M. ccxxvij cum sedisset annis xij. secundum aliquos. Hic contulit Ecclesiæ sancti Iohannis Traject. decimas, quas novales vocant in Bosumchem.

Tempore hujus Ortonis, anno scilicet M. ccxviii. ij. Idus Februarij obiit Adelheidis Comitissa, sepulta in Reinsburgh, & Wilhelmus duxit secundam uxorem Mariam filiam Ducis Lancastriæ. Decessit anno M. ccxx. ij. Non. Februarij, cum Frisiæ & Hollandiæ præfuisset annis xix. adjunctus priori uxori, cui successit Florentius quartus ejus nominis, xij. Comes, ducens in uxorem Machtildim filiam Henrici Ducis Brabantia materteram sanctæ Elizabeth filia Andreæ Regis Hungariæ, ex qua genuit Wilhelmum succedentem Comitem, & postea Regem Romanorum, Florentium præfidentem, & binas filias.

— Sub hoc tempore Fredericus Secundus Romanorum Imperator —
— inijt confederationem cum Episcopis, Principibus —
— Germania in hunc modum.

IN nomine sanctæ & individua Trinitatis, Fredericus secundus divina favente clementiâ Rom. Rex, & semper Augustus, & Rex Sicilia, dignâ recolentes animadversione, quantâ efficacîa & fide dilecti fideles nostri Principes Ecclesiastici nobis hætenus assiterint ad culmen Imperii nos promo-

promovendo, promotos in Christo firmando, & demum filium nostrum Henricum in Regem sibi & Dominum benevolè ac concorditer eligendo, censuimus eos per quos promoti fuimus semper promovèdos, & per quos firmati fuimus eos una cum ipsorum Ecclesiis semper fore in nostrâ defensione cõtra noxia quæque firmando. Igitur quia in eorum gravamina, quædam consuetudines, & ut verius dicamus, abusiones ex longâ perturbatione Imperii, (quæ per gratiam Dei nunc quievit & quiescit) inoleverant, in novis Teloneis & monetis, quæ se invicem ex similitudinibus imaginum destruere consueverant in guerris Advocatorum & aliis malis, quorum non est numerus, statutis quibusdam eisdem abusionibus obviavimus. Primo promittentes deinceps, quod nunquam in mortem cujuscunque Principis Ecclesiastici reliquias suas Fisco vendicabimus. Inhibentes etiam ne laicus quisquam aliquo prætextu sibi eas vendicat, sed cedant successori, si antecessor intestatus decesserit: Cujus testamentum si quid inde fecerit, volumus esse ratum. Si quis verò contra hanc constitutionem reliquias sibi vendicare præsumpserit, proscriptus & exlex habeatur, & feudo sive beneficio si quod habeat, permaneat destitutus. Item nova Telonea, & novas monetas in ipsorum Territoriis sive Jurisdictionibus eis inconsultis, seu nolentibus non statuemus de cætero. Sed antiqua Telonea, & jura monetarum eorum Ecclesiis concessa, inconvulsa & firma conservabimus & tuebimur, nec ipsi ea infringemus, nec ab aliis lædi permittemus, modis aliquibus, utpote monetæ turbari & vilificari solent similitudinibus imaginum, quod penitus prohibemus. Idem homines quocunque genere servitutis ipsis atinentes, quacunque causâ se ab eorum obsequiis alienarunt in nostris civitatibus non recipiemus in eorum præjudicium, & idem ab ipsis inter se eisquæ à laicis omnibus universaliter volumus observari. Item statuimus, ne quis Ecclesiam aliquam in bonis suis damnificet occasione Advocati eorum bonorum, sed si damnificaverit, damnium in duplo restituet, & centum Marchas argenti Cameræ nostræ solvet.

Item si aliquis eorum Vasallum suum, qui fortè eum offendit, jure feudali convenerit, & sic feudum evicerit, illum suis usibus tuebimur, & si ipse feudum de bonâ & liberali sua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus amore vel odio non obstante. Quocunque autem modo, sive etiam ex morte infudati Principi Ecclesiastico feudum aliquod vacare contigerit, illud auctoritate propria, immo violentiâ nullatenus invademus, nisi de bona voluntate liberalique concessione sua potuerimus obtinere, sed cum effectu suis usibus studebimus defendere. Item sicut justum est excommunicatos eorum, dum tamen ab ipsis viva voce, vel per literas eorum, vel per honestos nuncios fide dignos nobis denunciati fuerint, vitabimus. Et nisi prius absolvantur, non concedemus eis personam standi iudicio. Sic distinguentes, quod excommunicatio non eximat eos à respondendo impetentibus, sed sine advocato perimat aut potestatem ferendi sententias, & testimonia, & alios impetendi. Et quia gladius materialis

Fredericus
2. alius
Ecclesia tot
lore emp.

Reliquia
Episcoporum
manent a-
pud eorum
heredes

Nova Telonea
aut moneta
ne in-
stituantur.

Fugitivi
Ecclesiarum
situantur.

Advocatus
damnum Ec-
clesiæ ni im-
ferat, sed du-
plo iure.

Feuda Ec-
clesiæ ne oc-
cupentur,
sed Dominus
suis adha-
reant.

Excommuni-
cati sunt
vitandi.

*Excommu-
nicatus si
sex septi-
manas in ex-
atu manserit,
etiam
ab Impera-
tore proscri-
bitur.*

constitutus est in subsidium gladii spiritualis excommunicationum. Si excommunicatus in eorum ultra sex septimanas præstitisse prædictorum modorum aliquo nobis constiterit, nostra proscriptionis subsequatur non revocanda, nisi prius excommunicatio revocetur. Sic utique aliisque modis omnibus, iusto videlicet & efficaci iudicio ipsis prodesse atque præesse firmiter promisimus, & ipsi verâ vice fide data promiserunt, quod contra omnem hominem, qui tali nostro iudicio ipsis exhibendo violenter restiterit, nobis pro viribus suis efficaciter assistent.

Tocassione

*De Ecclesia
fundi adifi-
ciji accu-
pantur*

Item statuimus, ut nulla ædificia castra videlicet seu civitates in fundis Ecclesiarum, vel Advocatiæ, vel alio quoquam modo prætextu construantur. Et si quæ forte sunt constructa, contra voluntatem eorum quibus fundi attinent, diruantur Regiâ potestate.

7 Jurisdictionem

*Officialis
Imperialis
in civitate
hujus Prin-
cipum Eccle-
siasticorum
non tenentur
concedere.*

Item inhibemus ad imitationem avi nostri felicitis memoriæ Imp. Frederici, ne quis Officialium nostrorum in civitatibus eorumdem Principum jurisdictionem aliquam sive in Teloneis, sive in monetis, seu aliis officiis quibuscumque sibi vendicet, nisi per octo dies ante curiam nostram ibidem publicè indictam, & per octo dies post eam finitam, nec etiam per eisdem dies in aliquo excedere præsumant Principis & consuetudines civitatis. Quotiescumque autem ad aliquam civitatem eorum accesserimus sine nomine publicæ curiæ, nihil eorum ea juris habeant, sed Principes & Domini eius in eâ plenâ gaudeat potestate; sane quanto fidem ampliorem prædictorum Principum circa nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus semper intendemus prospicere. Et quoniam acta hominum oblivio inimica memoriæ per longam temporum evolutionem sepelire solet, eò diligentia vigilantiori adhibita hæc nostræ gratiæ beneficia Ecclesiis impensa perpetuari volumus. Statuentes ut hæc res nostri & successores in imperio ea rata conservent, & exequantur, & faciant in subsidium Ecclesiarum à laicis universaliter observari. Et ut futuris innotescant, & à præsentium non excidant memoriâ sive notitiâ ea fecimus huic paginæ annotari, & paginam subnotatione nominum eorum qui interfuerunt Principum videlicet, & sigilli nostri munimine insigniri. Testes hi sunt: Sifridus Maguntinensis Archiepiscopus, Theodricus Treverensis Archiepiscopus, Engelbertus Colonienensis Archiepiscopus, Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Hugo Leodiensis Episcopus, Otto Trajectensis Episcopus, Engelbertus Bambergensis Episcopus, Conradus Ratisponensis Episcopus, Herivicus Egesdedensis Episcopus, Theodricus Monasteriensis Episcopus, Henricus Wormensis Episcopus, Engelhardus Nurembergensis Episcopus, Henricus Basiliensis Episcopus, & alii quam plures. Signum Domini Frederici secundi Rom Regis invictissimi, & Regis Siciliae. Ego Conradus Mettensis & Spirensis Episcopus Imperialis Aulae Cancellarius, vice Domini Sifridi Maguntinensis sedis Archiepiscopi, & totius Germaniæ Archiepiscopi recognovi. Acta fuerunt anno Dominicæ incarnationis M. ccxx. Indictione nonâ, regnante D. Frederico secundo Romanorum Rege, & Siciliae

Baben

Nurembergensis vel
Naweb.

ni is
sunt hac

*Anno Chr.
1220.*

Sicilia gloriosissimo, anno Regni ejus in Germania viij. Sicilia verò xliij. Datum apud Franckenfort vj. Kal. Maii.

Idem Fredericus secundus Rom. Imp. inhibuit Gerardo juniore Comiti Geldriae ne Telonium statueret in Ditione sua.

Fredericus Dei gratia Rom. Imp. semper Augustus, & Rex Siciliae, Universis presentes literas inspecturis fidelibus suis gratiam suam & omne bonum: Quia cum apud Franckenfort in Curia solemniter indicta judicio praesideremus per Principes, qui ibidem aderant, talis data fuit sententia, & ab eisdem approbata, quod nullam auctoritatem sive Warandiam Telonei in damnum vel praesudicium alicuius nostrae praestare serenitas potuisset. Quare cum de Comite Gelren super Teloneo, quod se a nobis asseruit tenere, clamor conquirentium non modicus aures excellentiae nostrae pulsaverit, sub obtentu gratiae nostrae eidem Comiti dedimus in mandatis, ac penitus prohibuimus, quod nullum Teloneum apud Arnhem vel Oesterbeke seu Lobbede, vel in quocumque loco super Rhenum deinceps acciperet vel haberet non obstante aliqua Warandia, quam se dixit habere, nec aliquibus literis obviantibus a nobis, vel praedecessoribus nostris impetratis, super his literis apertas universis eis inspicientibus destinantes. Verum quia idem Comes in his mandato & scripto nostro temere contraite praesumens postmodum Teloneum sibi prohibitum non solum extorquere, Immo etiam (quod gravius est) in dispendium Episcopi Trajectensis & Ecclesiae suae homines suos de Daventria & Sallandia novis Teloneorum exactionibus apud Lobbeke praesumpsit aggravare. Nolentes igitur ut per violentiam Comitis praefati Episcopo jam dicto & Ecclesiae ipsius occasione praemissi Telonei aliquod praesudicium fiat, ulterius literas, quas super inhibitione ejusdem Telonei indulsumus, confirmantes innovamus, ac iterato Imperiali auctoritate Warandiam Telonei apud loca memorata, & in aliis locis super Rhenum saepedicto Comiti contradicimus. Et ne Teloneum deinceps accipiant penitus inhibemus. Si verò idem Comes, quod non credimus, huic nostrae contradictioni ac inhibitioni contrarius extiterit, ipsum etiam indignationem nostri culminis incurrisse, & a gratia Majestatis nostrae exclusum penitus cognoscatis. Actum apud Prachiam ij. Nonas Januarii, xj. Indictione.

*Teloneum
prohibuit
Arnhem
Oosterbeke
et Loopbeke*

*Mandat
Comiti Gel
driae in
dignationem
nisi parcat.*

Epistola ejusdem ad Comitem Geldriae.

Fredericus Dei gratia Rom. Imp. semper Augustus, & Rex Siciliae, fidei suo M. Comiti Gelrensi gratiam suam & omne bonum. Intelleximus quod tu post inhibitionem mandati nostri apud Franckenfordiam in solenni Curia sententialiter factam, venerabilem Trajectensem Episcopum dilectum

dilectum consanguineum & Principem nostrum, & Ecclesiam ipsius indubitis exactionibus Telonei apud Lobbede, & aliis gravaminibus multipliciter aggravas & molestas. Immo quod gravis est in hominibus castri sui Davanter, & terræ suæ Sallandiæ de novo Teloneum extorques in ipsius & Ecclesiæ suæ præjudicium & gravamen. Cùm igitur ex officio commissi nobis regiminis, Ecclesiarum jura defendere tenemur, ac conservare; fidelitati tuæ sub obtentu gratiæ nostræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ab hujusmodi exactionibus Telonei & aliis gravaminibus, quæ eidem Episcopo & Ecclesiæ suæ hactenus irrogasti, & adhuc inferre non formides, omninò desistas, Teloneum, & maximè ad gravamen Episcopi, & hominum terræ suæ per te de novo institutum penitus abolendo, indubitanter sciturus, quod si in hujusmodi mandati nostri executione iterato tibi facti, quam tenorem literarum, quas super his omnibus eas inspicientibus de novo direximus negligentem te gesseris, non solum Majestatem nostram offendisse, sed à gratiâ nostrâ te scias penitus alienum. Datum apud Prechm.

Executoria super præmissis.

Fredericus secundus Dei gratiâ Rom. Rex, semper Augustus, & Rex Sicilia, fidei & dilecto Principi suo *M.* sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopo gratiam suam & omne bonum. Nobis apud Franckenforde in Curiâ solemniter indictâ iudicio præsentibus data talis est sententia, & à Principibus approbata, quod nullam auctoritatem Telonei sive Warandiam in damnum vel præjudicium alicujus præstare possimus. Cùm igitur super Teloneo, quod nobilis vir Comes Gelsenfis se assertit tenere à nobis, quarimoniam non modicam audiverimus; Regiâ Majestate tibi mandamus, quatenus auctoritate nostrâ, & sub obtentu gratiæ nostræ, eidem Comiti firmiter præcipias, ut nullum Teloneum ab Arnhem vel Oesterbeke, seu Lobbede, vel in quocunq; loco super Rhenum deinceps accipiet, non obstante aliqua Warandia si quam se dicit habere, nec literis aliquibus obviantibus à nobis vel successoribus nostris impetratis. Datum apud Franckenforde in Curiâ nostrâ solemniter indictâ 17. Kal. Maij.

Concessit etiam auctoritatem locandi Teloneum in Ghano in quocunq; alio loco, uti Philippus Rex antea fecerat. Sub data anno M. ccxx. xiiij. Kal. Maij apud forum Francorum.

*Henricus quoque Imp. concessit Ottoni Episcopo
Advocatiâ Zalandiæ.*

Henricus Dei gratiâ Rom. Rex, semper Augustus, universis præsens scriptum inspecturus salutem & omne bonum. Notum sit omnibus, qui

quod qui Advocatiam Sallandiae, quam habuit Gerardus Comes de Buchorst, & quam Gerardus Comes Gelrensis ab ipso emerat, ab eisdem nobis resignatam, & liberè nobis vacantem dilecto Principi nostro Ottoni Episcopo Trajectensi, & ecclesiae suae suisque successoribus in perpetuum contulimus possidendum, & Joannem Notarium ipsius, Canonicum sancti Petri Trajectensis nomine praedicti Episcopi & Ecclesiae Trajectensi de manu nostra protestamur recepisse. Datum apud Franckévoirdt, anno Domini M. ccxxv. x. Kalend. Martij.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, omnibus Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis, in perpetuum notum esse volumus, tam praesentibus, quam futuris, quam formam compositionis & pacis per venerabilem Dominum C. Portuensem, & iterum sanctae Ruffinae Episcopum, Apostolicae Sedis Legatum inter dilectum Principem nostrum Ottonem Episcopum Trajectensem, & G. Comitem Gelrensem ordinatam, ratam & firmam habentes ad petitionem ejusdem Domini Legati Advocatiam quam Gerardus miles de Buchorst habuit in Sallandia, & dictus Comes Gelrensis ab ipso emerat in manus nostras ab eis liberè resignatam nobis vacantem praefato Episcopo & successoribus suis, & ecclesiae suae Trajectensi perpetuo fecimus assignari, sub obtentu gratiae nostrae inhibentes, ne quis hominum huic nostrae donationi audeat contraire. Datum apud Franckenvort, anno Domini M. ccxxvj. x. Kal. Martij.

Wilebrādus Episcopus 35

Otone caeso, sollicitante Florentio Comite Hollandiensi, Wilebrandus Osnaburgensis Episcopus, filius Comitis Castri Veteris, ut cladem illatam ulcisceretur: erat enim fortis & audacis animi, tunc absens in Italia; obiens Legationem Imp. postulatus à Gregorio Papa in Ecclesiam transfertur Traject. xxv. constituitur Episcopus, qui illud animadvertit ad parricidas Ottonis, Rudolphum Principem Anathemate percussit, & omni honore, sententiā nobilium privavit, ducensque ingentem ex Frisiis hortatione Rom. Pont. armatis, aliisque gentibus in Trentones ac Vaceforum. Coevordiam exercitū quos subegit, non absque sanguine & clade suorum Coevordiam ad deditionem compulit indicta Rudolpho multa, ut arcem traderet, jurisdictionem Provinciae abdicaret, ingentem vim auri persolveret. Centum equites in Limoniam mitteret, in loco cladis passae Collegium xv. Canonicorum fundaret: Monasterium religiosarum foeminarum, quod Nigra aqua dicitur, constitueret. Ductus tandem poenitentia, postquam abscesserat Episcopus, ob graves conditiones, quas impleverat, illic corruptis custodibus, arcem dolose recuperat,

Hunc Cunradum abbatem Vilarum designatum quidem card. et Episcopo portuensem ab Honorio III. perunt sed Onuphrius in catal. cardinalium non habet, vide cronicon eustert. a. 1120 super eadum pa. 124.

contulimus cum alijs beneficijs & feudis quae ab Imperio obtinet, perpetuo possidendam. Ad huius igitur nra donationis firmitatem et euidetiam puenit hanc paginam sigilli nostri appensuram munitam ecclesiae et Episcopis Traiectensibz

1. oldenburg

henrico filio de
Graue/Corp

munens

Episcopus
moritur an
no Christi
1311

padeburnensis

Willebran-
dus & genes
re & armis
clarus.

& iterum coactus sese dedere, (datis induciis) dum Episcopo accedit, eo mi-
nime consentiente, sed quantum valuit defendente, per tumultum extra-
ctus cum socio ignominiose trucidatur, impositus rotæ, stipite exaltatus,
quod maxima apud Germanos iudicatur infamiae. Sed Trentones rursus,
sicuti natura est gentis, rebellantes & nova auxilia per fœdera acquirunt, in
quos Episcopus, seuerius agens, nec sexui parcens, frustratus proposito
propter eorum obstinatum, & adauctis viribus hostium, retrocessit, arsem
in loca confinia maiore ~~Dominis~~ ^{Dominis} praesidio, & re infecta obiit vij. Kalendas
Augusti, anno M. cccxxij, cum praefuisset annis octo, sepulchus Trajecti a-
pud Ecclesiam sancti Servatii, cuius prima jecit fundamenta. Alibi scribi-
tur primum Praepositus Zurphanienfis, & à magnâ parte Capituli aliquan-
do electus in Praepositum Trajectensem, demum Hildeshemensis Praeposi-
tus, & inde effectus Episcopus ~~Radeburgensis~~, postea interfuisse electioni
suae, attinuisseque Comitibus Hollandiae atque Gelriae sanguine proximo,
frater Comitum Castri Veteris, sive Oldenburg, In omni expeditione sua ha-
buit Frisios, Vectas, Salios, Tuentanos, Daventerensesque adjuutores, qui
cum summâ virtute & perseverantiâ militabant, sed Trajectenses parum
laudati, tanquam timidi effeminatique, qui nec viribus, nec aere aliquod
praebuerunt adjuumentum, nisi eo anno, qui post cladem Ottonis sequens
interlapsus est absque Episcopi praesentia, qui protracto negotio sua postu-
lationis Rom. Pont. accessit. Tunc enim Groningam iuvarunt contra elat-
tos hostes, & in fide tenuerunt. Celebratur hic Willebrandus claritudine
familiae, splendore armorum, quibus exercitatus erat annis aliquot per Ita-
liam atque utramque Siciliam. Causas omnes Frederici ij. Imp. strenue per-
agens, bis transfretatus in Syriam, Deo militans, & idcirco non minus Gre-
gorio ix. ac singulis Cardinalibus quam ipsi Imperatori notus & acceptus,
quem fata nimium repete periculis Ecclesiae eripuerit, qui si supervixisset,
haud dubio longè propulisset.

Otto Tertius Episcop. 36.

Post Willebrandum rebus adhuc in ancipiti consistentibus, concordi
omnium voto eligitur Otto ex Comitibus Hollandiae, ex Regni stirpe
oriundus, ex milite terreo factus miles caelestis, qui dominabatur Fri-
siae Orientali, quam in partem hereditatis à fratre susceperat guber-
nandam, & trigessimus sextus Episcopus constitutus, vir utique frugi: nam
ubi intellexit Episcopatum ad inopiam redactum ex continuo bello atque
defectione Trentanorum uniuersum Patrimonium publicè vendidit, Rem-
publicam ex aere quaesito ab omni oppressione liberavit, in pristinam liber-
tatem restituit. Per singularem providentiam, ut nimidas Rheni aquas, quae
per

restituens: et per

Episcopus
suo aere Re-
publicam
restituens.

u

per inundationes assiduas agrum Trajectensem pessundaverant, secluderet, induxit Florentium Comitem fratrem, ut suis impensis latissimum ac perpetuum aggerem ab Amerongâ usque bellam Curiam, quam Schoonho-
 viam vocant, juxta Rhenum duceret cum conditione, ut Episcopi suc-
 cessores haberent curam conservandi. Sub hoc tempore Stadingi populi
 Bremensis Provinciae, primo à fide Christianâ in hæresim, & demum in
 gentiles errores, ad culturam Deorum cecidere, avaritiâ & culpâ unius sa-
 cerdotis. Adversum quos sæpius à Rom. Pont. atque Imperatore per Lega-
 tos, ut recipiscerent commonitos, quibus nedum obauditis, sed per furo-
 rem partim morte, partim magnâ injuriâ contra jus gentium affectis, Hen-
 ricus Dux Brabantia, Florentius Hollandiæ, ac Theodricus Clevenfis Co-
 mites, hortatu Gregorij noni expeditionem cepere, & cum cruenta pugna
 tradidere nulli sexui aut ætati parentes, ita ut eorum memoria funditus
 deleta sit anno M. cccxxxiiij. quarto Kal. Junias. Quo anno Florentius Co-
 mes cum multis nobilibus Germaniæ intrans Gallias, ubi Comes Clare-
 montensis ludos hæsticos ac gladiatorios publicaverat, insidiis ipsius Co-
 mitis Claremontensis, dum ludos ageret, interficitur ex suspitione Zeloti-
 piæ de uxore conceptæ, eo quod illa egregia Florentii laudaret facinora, Flo-
 rentio in fonte, & nihil minus cogitante. In cujus ultionem adcurrens Co-
 mes Clevenfis ipsum Claremontensem Comitem eodem in loco trucidavit,
 uxore Comitum Claremontensis ex dolore morbo tactâ, diem breviter
 post obijante, & Principe Nigello fugato. Sic lætitia in publicum versa lu-
 ctum, Tragædia hæc acta est apud Corbiacam xiiij. Kalendas Augusti, funus
 cum planctu delatum apud Monasterium Reynsburgensem, postquam re-
 xisset annis xij. Princeps morum strenuitate, armisque clarissimus, relicto
 Wilhelmo filio adolescente pro successore, cujus tutelam atque Comitatus
 administrationem idem Otto Episcopus suscepit, tantam sibi ex hoc patris
 auctoritatem, ut seditiosissimos Trentanos subjugaret, arcem Coevordiam
 cum totâ Provincia oppugnando caperet, & cum Principe Nigelli fraternæ
 cædis conscio pepigit, ut in loco commissi sceleris Ecclesiam construeret.
 Sub hoc quoque Episcopo imago Divæ Virginis, quam sancta Elizabeth
 tunc clarens, Machtildi filia Ducis Brabantia, ac Comiti Hollandensis do-
 no dederat apud Harenam Comitum, sive i' Sgravezande in precio haberi ce-
 pra. Et similiter prodigium tunc contigisse ferunt de Machtilde filiâ Co-
 mitis occisi, uxore Comitum Hennebergensis, pariente ad numerum dierum
 anni numerosam prolem apud Lusidinum, ex imprecatione cujusdam mu-
 lieris mendicantis, adhuc picturâ extante celebratum. Vbi & sepultura o-
 mnium, postquam Baptismo initiatæ fuerant, in memoriam habetur, ubi
 & ipsa mater recondita est usque annum M. cclxxvij, supervivens, genitrice
 ejus Machtildi uxore Florentij, antea circa annum M. cclxvij xj. Kal. Janua-
 rii defunctâ, ibidem sepulta Monasterii erectrice. Similiter & fabulis simi-
 lia hoc tempore recitantur de quodam Folberto ~~huic~~, & Trajecto ~~huic~~,
 nunc Hæstricht homine impiissimo, quem ob derestanda scelera in coro-

*Agger ab
Amerongâ
Schoonho-
viam du-
ctus impo-
sit Comitibus
Hollandiæ.*

*Stadingorū
contumacia
punita.*

interneccion

*Florentius
Holl. Comes
in Gallia
occiditur a-
pud Corbiac.*

*Otto Epi-
scopus
Hollandiæ
Trentanos
subigit.*

*vide de hac imagine
Lipsii de diva Hellenh
cap: 3.*

*Machtilda
filia Florigo-
rij part: 305
libro 100
partem vide Scriverium
in notis ad fratios
armales.*

*domino de Lede
hæsi*

Polbertus
abrus à
Damone
raptus

Tartarorum
adventus
in Europâ

conflatur

Wilhel-
mus secun-
dus Hollân-
dæ Comes 14.

Comes Hol-
landiæ fit
Imperator
Anno Chr.
1147.

Oppignora-
tio Neoma-
gi urbis.

Albertus
Magnus
Episcopus
Ratisfo-
nensis.

na multorum hominum stantem, & ebrium cunctis videntibus, in aërem raptum nusquam comparuisse astruunt. Arx Ledia in qua morari solebat, ob nocturnos lemures atque horrenda monstra illic etiam per diem visa atque audita, ammodo mansit inhabitata. Et Tartari gens spurcissima atque immanissima antea incognita, jam in Europam erupere, & plurima regna subdidere, tantam in populum Christianum agentes eadem, atque nobilium urbium everisionem, quantam nec tunc legimus factam, nec adhuc audivimus contigisse, quibus Iudaei & alii homines perditissimi sese jungebant, etiam ex Christianis, ita ut innumerabilis *conflatur* multitudo, quae solo semestri super xxx. Regna subvertit, & suspicio erat de favore Imp. in odium Gregorii Papæ. At Wilhelmus filius Florentii Comitis occisi, transactis annis pupillaribus secundus hujus nominis xiiij. constituitur Comes Hollandiæ, ducens in uxorem Elizabeth, filiam Ducis Brunsvicensis, ex qua genuit Florentium successorem, armis oblectatus, animi fortitudine præcipuus. Vnde Frederico Imperatore contra Ottonem electo, & filio ejus Conrado Cæsare designato, per Gregorium diris percussis, ac Imperio & Regno privatis, super electo Henrico, cognomento Raspe Comite Provinciae Thuringorum (Lantgravios vocant) filio sanctæ Elizabeth, qui devicto Conrado in prælio juxta forum Francorum (quod Francofort dicitur) rerum potens morte repentina subtrahitur; In hujus locum Wilhelmus iste adnitente Innocentio Pontifice communi voto Principum, ut puta, qui animi & corporis vigore opulentiâque præstabat ceteris, susceptus est anno salutis Millesimo ccxlvij. & xiiij. à nece paternâ. Cui Otto Episcopus Trajectensis, qui coronationi intererat, patruus atque Henricus Dux Brabantiae avunculus, designati sunt à consilio, Lubbertus Abbas Egmondensis Monasterii abactis quoque secretis (quos vice-Cancellarios vocant.) Hic urbem atque palatium Neomagi cum Territorio illius Ottoni Comiti Gellriæ impignoravit pro xxij. millibus marcarum, ut aiunt argenti puri, quod Rudolphus Cæsar postea confirmavit cum conditione, ut si ullo unquam tempore depositam urbem per Imperatorem & Regem redimi contingat, quod ammodo permanebit in libertate & manu Imperatoris. Claruit hoc tempore Albertus Magnus Episcopus Ratisponensis, vir magnæ doctrinæ, de quo multa fabulantur in convivio, quod paraverat Regi. Instituit apud Trajectum Ordinem Prædicatorum, ubi adhuc in vitris visuntur arma ipsius Wilhelmi Regis, quibus ipse fundum coemit, & ad constructionem auri bonam quantitatem contulit, permisit & se ascribi civibus ab Ottone Episcopo magnificè exceptus, ubi & Ecclesiæ & civium libertatem confirmavit de novo, Actum Trajecto xiiij. Kal. Iulij, Indictione x. anno Domini M. ccxlvij. At quamvis Rex ipse sese adeo munificum erga omnes exhibuit, non tamen caruit insidiis, quæ jactu saxi per fenestram sibi tendebantur. Hic Comitem deGhoer ad quærelam Episcopi in judicium vocatum, & venire spernentem armis aggressus cepit, captivumque omni jure debito privavit, & Episcopo pro arbitrio dedit, Ditiones suas depopulatus. Otto vero

Episco;

Episcopus postquam antea xvj. strenuè administrasset causas Ecclesie, quie-
vit in Domino ij. Nonas Aprilis, anno M. cclix. Sepulus in Basilica Tra-
jectensi. Hic Episcopatum quem penè exhaustum atque exinanitum inve-
nit, liberum atque opulentum reliquit. Sequenti verò anno Frederico Imp.
in Apulià malà valetudine laboranti, Manfredus filius ex concubina cum
pulvinati mortem acceleravit. Hinc Wilhelmus Rex imperat solus & quie-
rè. Qui quantæ pietatis in Deum & mansuetudinis in Ecclesiam fuerit,
vel ex hoc conicere licet, quod querente Ecclesia sancti Iohannis Traje-
ctensis, se in iurisdictione temporali ab illo lædi, illicò, quod raro contingit,
causam cognoscendam commisit, nec Iudex simulatione aliqua usus,
Dominum suum condemnare non timuit, uti ex utriusque literarum serio
conspicere licet, &c. Caruit & omni ambitione, nam cum manu militari
urbem Trajectum ingressus, potestatem ejus facere posset etiam absente
Episcopo, ut suspicionem tolleret sese nihil sibi appetere aut vindicare vel-
le contestatus est, idque factò comprobavit. Erexit & Sacellum in porticu
Ecclesie Divæ Virg. sub honore Martyris Georgii in sui memoriã. Gessit per
Florentium grave bellum cum Margaretâ relicta Flandriæ, quæ maximum
exercitum miserat in insulam Walacre, qui penè ad interuersionem delusus
est, captus liberis relicta. Terruit & fratrem Regis Franciæ, qui subarra-
tus cum magnis copiis intraverat Hannoniam solâ sui præsentia. Tandem
principio anni M. cclv. occiditur incognitus dolo Frisiorum rebellantium
v. Kalend. Februarii, cum præfuisset Comitatu annis xxj. Imperio verò
annis vij.

*Dign. Episcopus
anno
Chr. 1249.*

*Elogia VII
helmi Imp.*

*Vilhelmus Comes
Hel. et Imp.
Rom. A. 1249.
Sua occiditur
anno
Chr. 1256.*

Goesvinus Episcopus 37.

Otone vita defuncto, Goesvinus ex familia Nobilium de Aemstel
Præpositus sancti Iohannis xxxvij. eligitur Episcopus, vir mansuetus
& simplex, ineptus ad tantæ dignitatis munia supportanda, per cujus
negligentiam publica res minus prosperè uno anno administraba-
tur, sed rursus declinabat. Accessit etiam quod minus gratus erat Wilhel-
mo Regi, propter gentiles, unde in publica Synodo, præsentè Rege ac Car-
dinale Portuensi Legato, Episcopatu renuciavit minus valens uti creditur.

minus

Henricus Episcopus 38.

Gosvino sufficitur Henricus ex gente illustri Viena, Archidiaconus
Colonienfis Ecclesie, consanguineus Episcopi Colonienfis ipsam
commendantis, quem Cæsar annulo atque baculo Pastoralis investi-
vit. Præfecti itaque in Aemstel ac Woerden indigne ferentes amotio-
nem

Vv 3

nem

de vianda

nem Gosvini Episcopi, clam se jungunt Comiti Gelriae, Henrico Episcopo bellum inferunt. Qui designato loco ad praelium evocatus, congregiens omine fausto per dationem annuli ab Episcopo Coloniensi adducto, qui in civitate praesidii loco mansit, ^{quo} qui victor rediret, fidentius sese accingens anrequam Wilhelmus Caesar, qui dissidium intercipere ac concordare ex auctoritate tendebat, adveniret, victoriam consecutus, utrumque hostem adduxit captivum. Quibus tamen petitione Caesaris peperit, atque in Comitum Gelriae motus conscium arma convertens, Veluam exussit, & de hostibus occurrentibus post magnam praedam coactam triumphavit. Ex cumulatō thesauro praesidium Vredelant amplum & munitissimum contra rebellionem vicinorum construxit: Videns etiam Ecclesiam majorem Trajectensem ob vetustatem minantem ruinam jecit fundamenta celebrioris, atque firmioris operis, prout Basilica jam consummata ostendit. Paulo post duxit exercitum in auxilium Episcopi Coloniensis contra Comitem Iuliacensem, cujus copias stravit, victorque data Provincia incendio, cum spoliis amplis ad sua rediit, & Coloniensem Episcopum hoc pacto ab oppressione liberavit. Monasterium quoque sacrarum Virginum in Hortello ad Ruvium Hoerp prope Daventriam multis donis atque privilegiis adauxit. Collegium etiam xij. Canonicorum in Steenwijck instituit. Decessisse dicitur 2. Nonas Junij, anno M.cclvij. Sepultus est Trajecti, adjunctus praedecessoribus, cum praefuisset annis xxi, quod si verum fuerit, magnus ante, aut in sequentibus commissus est error.

Vredelant
aux combita

ul. Homip

forte 1272, ut
rum sequenti anno
serie contemiat.

Johannes Episcopus 39.

Henrico succedit per electionem Johannes ex Comitibus Nassovia, vir in Ecclesiastica disciplina minus versatus, simplex nec industrius xxxix. Episcopus, sub quo Kenemarii aspirantibus Frisis periculosos motus in nobiles concitarunt, pervagantes vicinas provincias, arces, & quaeque praesidia eorum expugnantes, proferibentes bona, & Gifbertum Praefectum Amsterlandiae in partes suas, partim sponte, partim ^{rastru} alliciunt. Constituentes ipsum Ducem, Trajectum obsidione cingunt, & cives similiter ad motus concitant, qui nobiles & optimates urbe pellunt, atque Magistratum, magnum terrorem cunctis incutientes Nobilibus. Ita ut Episcopus una cum Comite Gelriae idcirco confederati, non ausi sint illis obsistere, aut manum conferere praemultitudine. Occasionem cepere ex eo, quod occiso Wilhelmo Caesare, relictus est Florentius ejus nominis quintus, puer haeres annum nondum natus, sub tutela Florentii Patruj constitutus, quem post tres annos in ludo hastico laesum amisit Antverpia. Demum Henricum Ducem Brabantiae cepit tutorem, qui vitio suo-
sum

Motus po-
puli Holan-
dici contra
Nobiles.

ad xl numero

tum à Provincialibus expellitur, postulato ab aliquibus pro tutore Comite Gelriæ, ab aliis Adelheyde sorore Wilhelmi Regis, uxore Comitis Hannoniæ, unde magnum belli discordiæque fomentum præbitum. Prævaluit tamen Comes Gelriæ avunculus, adiutorio populi, nec Episcopus urbe suâ potitus est, nisi post biennium, licet cum adiutorio suorum eam arcâ obsidione præmeret: Quâ absolutâ non sperans eam consequi, obsedit Amersfordiam oppidum, cujus cives sese Kenemaris fœdere junxerant, eoque per Comitem Gelriæ in deditiorem accepto, & ob contentiosa verba pene diruto. Episcopus Daventriam concessit omni spe recuperandæ urbis frustratus: donec Zuederus Præfectus in Boesichem miles armis strenuus, coadunata expulso manu urbem cum industriâ intraret, occisis hinc inde plurimis, & victor plebium Magistratum urbe pelleret, & pulsos restitueret, & paulo post plebei proscripi rursus eam invadentes, non modicam exercuerunt cædem, grassante hoc modo civili discordiâ, Nicolaus Catus miles egregius, qui Florentii Comitis tutelam adhuc exercebat, validâ stipatus manu aliquot auxiliis Trajectum petiit, portas confregit, & in medio civitatis pro Tribunali sedens supra mille xl. auctores motuum proscripsit, jura dictavit, & officia pro voluntate disposuit. Demum accessit aliud majus incommodum: Nam ex ~~infectu~~ ^{incensum} cujusdam mulierculæ, uti fama est, urbs incendium passa est, quo major pars ejus una cum templis sanctorum Petri, Joannis, Catharinæ, atque beatæ Mariæ ~~Civium~~ ^{conflagrao} conflagravit mense Februario, anno M. cclxxix. At ipse Iohannes Episcopus omnia negligens, qui præsidia cuncta Episcopatus, & communita, & annona provisa invenit, nedum ne conservavit: Sed arcem terræ pacificè vulgariter ~~Dyde~~ ^{Delant} dictam, Præfecto Amsterlandiæ, qui adiutorio Kenemarorum frustra illam occupare tentaverat, & arcem Montisfortis Præfecto in Woerden pro pecuniâ in pignus dedit, totius populi non immeritò ex hoc indignationem provocans. Unde anno Domini M. cclxxxviiij. indicto consilio publico, quod Capitulum vocant generale apud Trajectum, & vocato Florentio Comite Hollandiæ, cum aliis Nobilibus, idem Iohannes electus, postquam per annos xvj. tanquam secularis, & non in Sacris constitutus, Rempublicam malè ministrando ex opulentiâ exhaustam, ex liberâ debitis immensis obnoxiam reddidisset, factâ denunciatione perversorum morum, atque desidiæ, & negligentia Romano Pontifice accedente ejus decreto, dignitate & honore privatur.

Motus ubi Traiectum.

K

Nicolaus Catus miles egregius, qui Florentii Comitis tutelam adhuc exercebat, validâ stipatus manu aliquot auxiliis Trajectum petiit, portas confregit, & in medio civitatis pro Tribunali sedens supra mille xl. auctores motuum proscripsit, jura dictavit, & officia pro voluntate disposuit.

incensum conflagrao, Anno Christo M. cclxxix.

millenarius videtur abundare, vide notas nostras ad Bexan.

igne
civilis

Iohannes Episcopus deponitur

imo sponte cessasse videtur ex iis quæ in Bexanum notam

Iohannes Episcopus 40.

Sufficitur Iohannes Zyrichus Lotharingus, ejus nominis undecimus xl. Episcopus, qui à Giselberto arcem Vredelant nova imponente vectigalia,

Secundus

remuanti

lia repetens sub deposito, quod ceperat Prædecessor, quod remuanti intulit bellum, & adiutorio Florentij Comititis post longam obsidionem, & varios confictus utramque arcem, Vredelandt scilicet atque Montfort recuperavit, & per conditiones pacis retinuit.

Wilhelmus Episcopus 41.

ANno verò Domini M. ccxv. Ioannes Episcopus auctoritate Ró. Pontificis ad Tullensem Ecclesiam translatus est, & surrogatur Wilhelmus ex Machliniâ natus, vir Iuris Divini humanique consultissimus, Sacri Palatii iudex ordinarius, & xli. constituitur Episcopus, qui descendens invenit Provinciam admodum turbatam bellis atque incursionibus, Intendens itaque ad eam pacandam, & in statum pristinum restituendam, collectâ validâ manû, primo arcem Mudem sibi vendicat, progressusque ad Frisiam Occidentalem, Frisios ipsos in partem suam concitat, (sunt enim ad motus quosvis proni) Jarces Widenes Enighenbotch ac Medenblyc similiter obsidione premit oppidum ipsum Medenblick in familiam redigens, ubi Præfecti castrorum deficiente Comitatu etiam equinam carnem edebant, quousque Ioannes Comes Flannoniæ collecto exercitu adveniens trucidatis aliquot, suppetere obsessis commertum, & Encliusam incendere ingente abductâ prædâ, iam enim anno præmemorato v. Kalend. Iulii Florentius Comes suorum conspiratione, (nam alterius uxorem violaverat) confossus erat in vindictam stupratâ, viro auctore necis capto, & vasi clavis infixis incluso, demum semivivo post longas volutationes extracto atque totâ imposito, omni que gentilitate usque in novam generationem delero, & Provincia carebat Principe, Iohanne filio apud Angliam, ubi Regis filiam duxerat in uxorem, nomine Elizabeth. Habuit enim Florentius occisus ex Beatrice filiâ Comititis Flandriæ quinque filios ac quatuor filias. Sollicitavit itaque Nobilitas Hollandiæ, auctore Abbate Egmondensi apud Angliæ Regem ipsius Ioannis reditum. Qui unâ cum uxore dimissus cum non spernendâ classe advehitur, & in xv. Comitum recipitur. Inde instituens sibi recuperare Frisiam rebellantem, accessit cum magno peditatu atque equitatu Alekmariam & Frisiis occurrentibus in agris Vronensibus vicinis illi oppido, ingens committitur prælium, multis hinc inde occisis, sub anticipi fortuna vj. Kalend. Aprilis anno M. ccxvij. arridente tandem victoriâ Comiti, qui paulo post arma in aliquos Nobiles subditos, ac cives suos convertit ex suggestione adulatorum, & arcem Mormont in Provinciâ Zelandiæ evertit. At Wilhelmus Episcopus impatiens cladis Frisiacæ ad Orientales se contulit Frisios, quos propositâ peccatorum remissione in auxilium sollicitans factus voti compos, evestigio ingreditur in Occidentalem Frisiam.

faullam
comertu

Geminus Dux hic error Hebe
in causa siempe Adis Florentij
Comis, et in genere suppli, qui
vellemus apertus est, vide notam
et notas ad Beccanum notas.

Florentius
Comes Hol.
occisus ob
stuprum
illatum al.
20000 con-
dungi.

Iohannes
Holl. Comes
16.

Prælium Co-
mitis contra
Frisios anno
Christi 1297.

Frissiam: à qua repulsus amissis suis, & in fugam versis, ipse salvus cum modicâ turbâ vix evasit ad provinciam Transilulanam sese transferens. Comes vero, quo conatus Episcopi reprimeret violenter, occupat præsidium dictû Melfstein, captivato Præfecto illius, ut ex illo devastaret ditionem Trajectensem. Sed mors interruptit cœptum propositum. Nam anno M. cxcix. iij. Kalend. Novembris cum rexisset annis tribus & semi, moritur in oppido Harlemo absque liberis. Cui succedit Iohannes Comes Hannoniæ, nepos Wilhelmi Regis ex sorore Adelheydt, & xvij. constituitur Comes, qui Guidoni fratri contulit Præfecturas de Aemstel ac Woerden, Duxerat Philippam filiam Comitis Lucemburgiæ uxorem, ex quâ genuit quatuor filios, ac senas filias. Hic Alberto Regi Romanorum descendenti Neomagum, ut Provincias Hollandiæ tanquam ad Imperium devolutas, sibi vendicaret animosè occurrit, & retrocedere compulit. Fuit Cæsar allectus ad hanc spem per Iohannem Renes promisso adiutorio Zelandorum **reductus**, dum per decessum Iohannis Comitis ipsas Provincias Imperio vacare suggereret. Nam uti fit, cum ipse Iohannes Comes delatoribus aurem præberet, & eundem Iohannem falso accusatum magnâ afficeret injuriâ, ipsum persequendo, atque arces suas exponendo ac demoliendo, nec excusationem innocentiam aliquo pacto admitteret; Sic ipse de salute desperans ad quæque extrema intendebat, & gravatos insolito triburo seu alios oppressos injustè ad justa arma concitavit in sui favorem, Nam cum populo saturato (sicuti dicere solebat Aurelianus August.) nihil lætius fore noscatur. Ita injuriato atque oppresso, quod avaritiâ petulantiaque nobilium plerumque contingit, dum inopiâ atque fame præmitur, nihil tristius ac sævius, vel ad motus propius. Verum ipse Cæsar dum se à Zelandanis delusum atque frustratum sensit, qui fera auxilia tulere, sunt conditiones pacis, interventu Episcopi Colonienfis, magis necessarias pro honore Alberti, quam utiles. At Iohannes Renes ex fidei amico factus hostis, tentavit animos multorum contra Comitem Hollandiæ exuscitare. Nam & Flandri irruerant cum illo in Zelandiam, quam etiam multis ac cruentis præliis attriverant, donec idem Io. Renes Trajecto Præpositus in Leccâ submergeretur. Dum hæc agantur, Wilhelmus Episcopus conspiratoribus Suederò Montisfortis, Huberto Vianense, Iohanne Linscotentse Præfectis à Iacobo Lichtenburgh Proconsule Trajectensi in ipsâ suâ civitate & ædibus propriis Iacobi captivus detineretur ad integrum ferme annum. Qui tandem rusticana manu laxatus nihilominus à sede propriâ amoveretur: qui ad Transilvanios confugit, honorificè ab illis susceptus, paulo post ut tranquillitati ac pacis totius Episcopatus consulere, petiit Romanum Pontificem, exonerans se à cura & suæ dispositioni Ecclesiam restituens. Pontifex vero sciens vitum fortem & justum, rennuit eum exonerare, jubens Episcopo Monasteriensi, ut sibi oportuna contra invalores ferret auxilia. Rediens itaque dum apud Angaros venisset, vidit signum quod mortem suam prælagiebat. Solem bicornem instar decrefcentis Lunæ cum radiis emicantibus purpureum ful-

Comis Hæ.
moritur
Anno C lvi,
1299. Har-
lemi.

Iohannes
Hannonius
Hollandiæ
Comes 17.

Wilhel-
mus Episc.
detinetur
captivus
totum an-
num.

gorem. Ac progrediens congregato apud Iselanos valido exercitu, aggressus est Trajectum, ut sibi liberum ingressum pararet, repulsus statuit manere in campis ad eliciendum hostes in certamen, unde coadunatis ex Hollandiâ plurimis, qui Episcopum inveterato odio persequebantur, & Iacobo Lichtenberch favebant, itur in pugnam, sit cædes ingens. Iam cesserat pene victoria Episcopo, sed renovatis auxiliis hostium, quibus ipse Zuederus succurrit, declinavit ad hostem. Nam Episcopo cum in veloci equo nimis audaci semel atque iterum hostiles transcurrentur turmas, hostes tamen manus continuerunt à Christo Domini ob venerationem: Verum pertinaciter tertio irrumpere tentans, prostratus occubuit anno M. ccc. primo, 4. Nonas Julij, quæ est translatio Martini: haud longè à Montiforti locum, Hooghe-wærdt, sive altam insulâ vocant, quo itur Trajectum: ubi jam lapidea cruz erecta conspicitur in memoriam, cadaver jacens aliquandiu insepultum, tandem à fratribus Ordinis sancti Iohannis Hierosolymitani ad eorum Ecclesiam delatum, & postea in Ecclesia majori sepultum est. Præfuit annis quinque, turbatis semper rebus.

Idem Episcopus in prælio à Traiecten-sibus occisus dicitur anno Chr. 1301.

Guido Episcopus 42.

Wilhelmo occiso diversis suffragiis certatum, aliis Guidonem fratrem Comitis Hollandiæ Ecclesiæ Leodiensis thesaurarium, aliis Radulphum ex Comitibus de Waldeck ipsius Ecclesiæ Præpositum eligentibus. Verum Guido majore fultus auctoritate (nam ex fratribus ejus Hollandiæ atque Hannoniæ Comes, alter verò Princeps Moriennæ, tertius Mediomatticum Episcopus, quartus Cameraci Episcopus Cardinales erant) longè prævaluit, competitore sese transferente in Provinciam Transiselanam. Guido verò xlij. constitutus Episcopus, quum primum rerum administrationem accepit, animum applicuit ad pacem & tranquillitatem plebis sibi commissæ, nec quisquam ausus in ipsum aperte quicquam machinari, licet & cives Trajectenses, & alij inter se digladiarentur. Omnes tamen recognoscebant Episcopum, cui Iohannes Comes Hollandiæ restituerat Ecclesiæ ablata ante Dominia Amstellana & Woerdama. Fuit vir magnanimus, affabilis & prudens, amator pacis ac Iustitiæ. Contigit paulo post, anno videlicet M. ccc. ij. undecima Iuli atrox pugna inter Philippum Crassum Regem Francorum, ac Robertum Comitem Flandriæ, in qua Iohannes natu major Iohannis Comitis præfati filius occubuit, & cessit victoria Roberto, auctoribus Iohanne & Hugone de Arckel propugnatoribus primipilis. Anno verò M. ccc. iij. Guido Comes Flandriæ instituit validum exercitum traducere in Walacriam, cui Wilhelmus frater Iohannis occisi futurus Princeps Hollandiæ occurrit usque Cassandriam, profigans

Pugna inter Regem Francorum & Comitem Flandriæ, anno 1302.

1304.

Walacria à Iohanne oppugnata.

figans adversarios, & cum magnâ laude ad suos revertens, e vestigio Guido Comes redunato exercitu electissimorum militum Walacriam intrat cum Wilhelmo uno die bis conflixit, & vicit deceptum fraude suorum, & quarentem nova subsidia insecutus, obsedit in oppido Zierixze, quod validè etiam oppugnat continuo fere bimestri. Tandem Wilhelmus rebus ad desperationem tendentibus clam erumpit, magnam cædem agens in hostes & Guidonem Episcopum patrum accedens, necessitudine sanguinis obnoxium, cum magnis copiis adiutorem sibi conciliavit. Et cum jam simul conjunctis viribus appropinquantur castris adversariorum ex itinere fatigati & quieti exposcit. Nonnulli ex ipsis cupiditate prædæ, an audaciâ ducti, neicitur, aliis ignorantibus temerariè, nec acie instructâ incendia strunt, spolia reducunt; quos hostes insecuti, in reliquos dormientes irruunt, & per obscuram noctem sternunt, cædunt, & turpiter profligant. Guidone Episcopo capto, Principe verò Wilhelmo ex Comitibus de Hoern majore Præposito cum pluribus Nobilibus occisis, Wilhelmo Principe vix per fugam in Zierixze erepto. Interim apud Trajectum ortâ contra mutua fœdera seditione Iacobus Lichtenberch auctor cædis Wilhelmi Episcopi occiditur cum plerisque aliis. Guido verò Comes jam toties victor, secundam sequens fortunam, Hollandiam intrat, oppida pleraque in deditionem accepit. Pars etiam cessit Iohanni Duci Brabantie: Ac Trajectum procedens, regimen urbis sibi vendicat, constituens judicem. Et Ecclesias tentavit, ut abrogato Guidone Episcopo, Wilhelmum Iuliacensem eligerent, ac parum abfuit, quin desiderii foret compos, nisi exurgentibus Kenemariis ac Frisus Occidentalibus residui defecissent, trucidantes quotquot ex hostibus invenere; unde non absque confusione receptui canens cum instructioribus copiis oppidum Zierixze rursum circumcingit arctius solito ac assiduo ariete, catapultis, machinis bellicis, balistis, & omni genere missilium ac saxorum violenter oppugnat. In hac angustia constitutus Wilhelmus Princeps quotquot potest auxilia congregat, cui Philippus Rex Francorum ingentem classem mititit supetias, cum quibus junctus x. Augusti mensis, quæ fuit Laurentio Martyri sacra in hostes secundis velis profilit. Pugnatum utrimque acerrimè, per diem ac noctem continuam, auditur mirabilis armorum ac telorum fragor: tandem Guido inferior factus post cædem cruentam à Præfecto classis Regiæ capitur, suis ferè omnibus ex tantâ pugna fessis, facillè cæsis aut submersis, procuratumque fuit ut pro Guidone Comite Guido Episcopus relaxaretur per commutationem à captivitate. Præmitte Guido Episcopus relaxaretur per commutationem à captivitate. Præcessere multa prodigia hanc cladem, & signa visa in cælo præfagientia. At Iohannes Renes, quem Wilhelmus Trajecto pellere constituerat, rebus suis diffidens, dum Rhenum navigio transire festinat, pondere armorum pressus, submergitur. Hic infestissimus Comitibus Hollandiæ, Cæsarem atque Flandriæ Principem, aliosque populos in eos ad arma concitaverat. Injuriam itaque provocatus delatione Præfecti Verensis, cujus supra meminimus, cui Comes nimium detulit atque credidit. At Iohannes tantâ filii victoria

Hobendus
Walachria
caecidit.

exposito

ex summis nam
vo tempore Comes
Hornenses ignoti.

Guido Com
mes Flan
dria Hol
landiâ occu
pat et Tra
jectum.

Iterum ten
et Zierixze
in Zelandiâ

mj

Guido Cos
mae Præfecti
capitur, &
pro Guidone
Episcopo
soluitur.

Iohannes
Renes sine
Hollandiâ
hosti in Ren
no submer
gitur.

Præfectus
Verensis, dicitur
et Renes

71

potest

armorum

nimiam lætatus, ultimum naturæ persolvit debitum v. Idus Decembris, sepultus Valentianæ oppido, quod præsci Fiscum Regium cognominant in confinis Imperii Germanici ad Schaldem fluvium sito, postquam rexisset Hollandiam annis quinque. Sequitur mense Aprili proximo Philippus & thori, & sepulchri sociæ. At Wilhelmus Princeps exaltatur Comes xvij. In Hollandiâ vir magni nominis & famæ, ob clara gesta. Duxit uxorem Ioannam Valesiam sororem Regis Franciæ, ex quâ genuit Margaretam Augustam, Ioannam uxorem Comitis Iuliaci, Philippam Reginâ Angliæ, Wilhelmum successorem, atque adhuc geminam prolem. Guido verò Episcopus iam restitutus, quo amplius Dominium sibi vendicaret, nitetur, & Iurisdictionem Ecclesiæ S. Iohannis sibi usurpare. At ubi conceptum ratione fundare nequireret, primo sententiam prælatorum exegit, qui definierunt solam Ecclesiam S. Iohannis in ditione S. Martini habere jus gladii, hoc non contentus gestivit audire Iudicium parium. At illi confirmarunt eandem sententiam, adjungentes, nisi si quis alius per literas & privilegia similem Iurisdictionem probaret. Tum contentus confirmavit quæque Ecclesiæ concessa, adhuc continua mansit discordia inter cives Trajectenses, & filium fautores, quæ illius de Lichtenberch, & commissis extra urbem aliquot præliis, prævalere cives. Circa hæc tēpora, anno videlicet M. ccc. vij. delentur per orbem universum Professores, quos templarios à custodia templi Hierosolymitani vocitant, consensu Romani Pontificis, atque Regis Franciæ, plus invidia opum quibus abundabant, quam criminis alterius damnati. Secuta fames inaudita post Hierosolymitanam sub Tito nulli secunda, quæ magnam partem mortalium miserè cōsumpsit, carnibus crudis atque herbis incoctis ad restringendam sitim, & mediam non suppetentibus. Creditum est in ultionem sceleris perpetrati. At Guido Episcopus dum animum intendit ad sua quæque confirmandum, arces ruinam comminantes instaurando, & novas fundando, quo securius suis consuleret, & Frisiorum rebellium motus comprimeret; evocatur ad Consilium Viennensē à Clemente quinto, à quo humaniter acceptus, galærum purpureum, qui insignis Cardinalis est sponere oblatum respuit. At Philippus Rex cōsiderans integritatem & modestiam viri, annua designat ex publico ærario stipendia, quo fœdere perpetuo amicitia illum sibi devinceret, elaborans Comites Hollandiæ atque Flandriæ componere. Interim nonnullis Frisiis motum concitantibus, revocatus sola sui præsentia, arcem Vollenhoe liberavit obsidione, & seditiosos ad deditionem compulit, licet non spernendum contraxisset exercitum, qui tempestate coactus fuit retrocedere. Conspiciens itaque Guido sese alieno ære admodum gravatum, quo parcius viveret, rediit in Gallias, annis aliquot illic more privati, degens ab anno M. ccc. xj. usque ad annum xvij. nemine in absentia sua quicquam innovante. Reversus animadvertit in pravos ac sceleratos, quosque juxta exigentiâ delicti. Tutores autem Principis de Goey rationem curationis reddere recusantes, compulsi ut redderēt, obsessa arce illius, atque deducta, & paulo post, cum suis curam illius commisit, viribus

Johannes Comes moritur: succedit filius Guido Comes Hollandiæ.

Guido Episcopus auget Iurisdictionem suam

Templarii ex Hispaniâ, 1308.

Fames in gens.

Guido Episcopus evocatur ad Concilium Viennensē.

videlicet v. Idus Decembris.

Frisii quidam rebelles à Guidone cōpescuntur.

videlicet Johannes de Culemburg et Nicolaus Catz.

bus destitutus. Decessit 4. Kal. Junias, anno supra scripto, cum præfuisset an-
 nis xvj, Sepultus in Ecclesiâ majore cum pompâ funerali, Expulsis verò suis
 ex arce Ghocoy, Audita ejus morte tutores priores, curandi onus resumpse-
 re. Construxit inter cetera tres arces furoris, & audaciæ vulgariter dictas,
 Dollenburch, Ghore, Stoutenborch. Solvit fisco Apostolico debita maxi-
 ma per Prædecessorem suum contracta, relinquens Episcopatum ab omni
 onere liberum, quem potenter rexit atque protexit contra quosvis Princi-
 pes in vitâ. Wilhelmus verò Comes defuncto patruo, rursus sibi usurpa-
 vit Dominia per Iohannem patrem restituta tanquam hæreditaria, cum spe-
 ctarent Ecclesiæ. Et Henricus Imp. anno M.ccc. xiiij. porrecta per Bernardū
 quendam Professore[m] ordinis Divi Dominici Eucharistiâ veneno intincta
 sublatu[s] est. Et successit Ludovicus Bavaricus, fuit etiam ab aliis tentatum,
 ipsum Imperatorem aquâ venenatâ, caliceque aureo toxicato sustollere. Sed
 magistri præcipui Ordinis Prædicatorum ultimi mali auctores fuere, acce-
 ptis à Regibus Franciæ, Siciliæ atque Navarræ, ac præcipuè Tarentino xl.
 millibus aureorum, qui hunc jusserant tradere venenum. Præcessere præ-
 lagia mortis Cæsaris, quæ ille tanquam somnia contempserat.

Guido Episcopus moritur

al. Tollenburch a telonio sic dicta p[ro]bat[ur] prope Lienden in l[oc]o Rhemi veteris.

Dominicus Imperatorem venenata hostia tollit à vita.

Fredericus Episcopus 43.

Post Guidonem eligitur Fredericus Syrichus, Præpositus Ecclesiæ sancti Petri xliij. Episcopus Romæ consecratus, qui cum ex magnis debitis contractis indigens opum inveniretur, cepit omnibus suis esse contentui, contra quem aliqui rebellant, incendia & rapinas agitates, quibus ille virium impos nec quicquam resistere tentavit, brevi Episcopatum (quem liberum invenit) penitus exhauriens, multis oneribus rursus involvit. Quapropter ad Reinaldum Comitem Geltriæ confugiens, frustra exposcit pro fide obtenti ab Ecclesiâ beneficii, auxilium contra Vicarios de Benden, Kesteren, Omeren, ac illis proximos, qui arcem Dollenburch à Guidone Episcopo factam concremarunt, & multas sibi insidias ~~tenere~~ tenent; Nam paulo post Comes à proprio filio captus est. Fredericus itaque eodem jure Wilhelmi Comitis Hollandiæ implorat auxilium, qui haud segniter illi validas accommodans copias, rebelles per Præfectum ferro atque igni in potestatem Episcopi redgit, pœnas dignas persolvere cogit, magna mulctatos pecuniâ. Sub hoc Episcopo turris excelsa nimis, quæ Ecclesiæ majori jam imminet, à fundamentis primitus æpta est mense Junio, die qui Joanni & Paulo Martyribus dicatus est, Anno M.ccc. xxj. Perfectum autem opus post annum ~~xiiij.~~ Anno vero xxij. ix. Kal. Iulias aggete interrupto, excutrens Rhenus, agros ac quæque sata circa utramque oram veteris Rheni, ut que ad litus Oceani obundatur, ingentem jacturam adferens. Vnde pro videntia Wilhelmi Comitis restituta aggere, pactum est cum Trajectanis, ut eorum curâ atque impensâ illum perpetuo præservarent, ne simile in-

debitis Episcopatus onerem

Tol tetenderunt

Johanne n[on]nepe de Arckel

Rhenus excutrens agros & sata in littoribus dimittit

inondavit

Xx 3 comme

17 a

Lienden

n

Lxii

*Fredericus
Episcopus
mortuus.*

incommodū exortiat, quo anno xij, Kal. Augustus Fredericus Episcopus morbo articulari laborans, concessit naturæ apud Horestum, quum præfuisset annis quinque, sepultus Trajecti in Ecclesiâ majori.

Iacobus Episcopus 44.

Sudensem

*Sudensis
debitur.*

VAcante jam sede, fit non modica civium commotio. Nam cum senior pars Sacerdotij Iacobum ex Oufchoirij Decanum, alibi Præpositum majorem elegisset. Cæteri Iacobum *Suden* Episcopum commendatorem ædis Divæ Katharinæ Trajecti ad petitionem Wilhelmi Comitis (cui idcirco à populo comminari visum) postularunt. Videns itaque *Suden* Episcopus se suffragiis imparem, nec jure posse aspirare, desit à cæptis parumper. Sed ubi comperit alium *debitur*, nec magnam spem longævæ vitæ adesse, ceteri nuncio Romanum Pontificem, ut dispositioni suæ, occurrente vacatione reservaret, commonuit. Comes verò terrore concussus, indignatus ob furorem populi, arcem amœnissimam in Thoirne, & quicquid circumjacebat, Florentio majori Præposito pertinens, in favillam & vastitatem redegit, Iacobus tamen ex Oufchoirij consecratus primū ab Henrico Archiepiscopo Coloniensi xliij. Episcopus constituitur, & obtentâ non sine magno ære, quo totam familiam suam enervavit, à Romano Pontifice confirmationem literis Coloniæ usque delatis, vitâ functus est non sine aperta suspitione veneni, quod per adversarios etiam datum volunt, ubi illius promotionem ratione aut armis impedire nequiverant. Alii scribunt ex morbo incurabili periisse. Decessit eodem anno quo electus est xij. Kal. Octobris, sepultus in majore Basilica. Fuit vir omni morum probitate, ac scientiâ & devotione, in religione insignis, sed brevis. Pontificatus impedivit illius gloriam.

*Sufficiens
est.*

*Episcopus
vita brevis
alioquin pro
bit.*

Iohannes Tertius

Episcopus 45.

Mortuo Iacobo, eligitur concordibus votis ex familiâ eorum de Bronchorst, Præpositus Ecclesiæ sancti Salvatoris, & illicò administrationi rerum præficitur xlv. Episcopus. Verum Romanus Pontifex Iohannes xxij. non absque injuriâ isto abrogato ad preces Ducis Brabantia: atque Hollandiæ, & Geliæ Comitum, quos Vassos Ecclesiæ Trajectensis vocant, tanquam beneficia ab illâ tenentes, præfecit Iohannem

EX

ex Præfectis oppidi Diestensis, Præpositum Cameracensis, quem consecra-
vit, qui potenti manu hoc modo introductus xlv. Episcopus constituitur,
qui incommoda aliqua sensit in suis Vicis atque Castellis, ob eadem ejuſ-
dam Gisberti judicis, Wilhelmum ex Duvoid, qui atque Horrestum incendi-
dit, repulsus tamen per Præfectum arcis, & cum majores parasset adversus
Episcopum copias, apud Tulam, dum Episcopus cum suis imperterritus
obviam ire statuisset, ille jubetur per Comitem Hollandiæ retrocedere, nec
quicquam moliri in Episcopum. Henricum quoque Præfectum in Hage-
stain incursions plerasque exercentem, auxilio Wilhelmi Comitis com-
pescuit, cunctis colonis atque possessionibus afflictis & subversis. Wilhel-
mus Comes statuit recuperare Frisiam, quæ ad Lavicam fluvium sita est,
quam terrâ ac mari infestabat, & ad tributa & solita pacta servanda compu-
lit Anno M.ccc.xxxiiij. mense Novembri, die Clementi sacro, ebullit Occa-
nus cum ventis ac tonitruibus transcensens, quosvis aggetes ac infinitos
mortales cum numeroſo pecore submergens, plurimos ad littus maris sub-
igens vicos. Et sequenti anno Comes Gelriæ cum Trajectanis indixerunt
ipsis Frisii bellum, & commisso prælio apud vicum Barbelise haud longè
à castro Vollenho, succubere Frisij cum ingenti suorum clade. Anno ve-
rò xxxviij. vitâ defungitur vij. Idus Junii, cum præfuisset annis xxxij. sepul-
tus Valentianæ, eximius cultor Iustitiæ, de quo egregium ac memorabile
facinus enarratur. Erat in Territorio oppidi Dordracensis, quod Wiltorum
dicunt, egenus quidam multis gravatus prolibus, unicam possidens vaccâ,
cujus lacte illas fovebat, præstantiorem cæterorum bobus, quam, fama illius
cognita, Præfectus Iustitiæ (Bahuos vocant) appetebat, prætium offerens,
quod Dominus renuit; Dolens Præfectus se contemni, quo compos voti
fieret, excogitavit crimen, quod pauperi falso impegit, & bovem in emen-
dam solvere compulit. Paulo post ipse præfectus meditans severitatem Co-
mitis, aliam electam vaccam in locum acceptæ pauperi remisit, ut crederet-
ur facta commutatio. Verum iste adhuc non contentus suâ su aliquorum,
accessit Comitem agentem in Hannoniâ, eiq; quærelas profudit. Comes
retinuit accusatorem, & præfectum occupatorem per literas accessit iussit.
Decumbens in lecto, ad quem tamen liber subditis patebat accessus, com-
parentem præfectum cum præfide Dordracensi interrogat Comes de statu
Hollandiæ, uterque dixit omnia bene & tranquillè se habere. Subjungit Co-
mes, quoniam pacto omnia se bene ac tranquillè habent, ubi iustitia negli-
gitur, & rapinæ dominantur. Evocansque pauperem, En præfecte, inquit,
quem immeritò spoliasti, replicanti illum deliquisse, & pro delicto multa-
tum vaccâ. Respondit Comes ideo deliquisse eum accusans, ut vaccâ poti-
us: convictum itaque, nec sese purgare valentem, promulgat Comes, ve-
rum debere emendam persolvere, quam dictaret. Ad quam ille sese paratû
obtulit, sperans aliquam gratiam. Ait Comes, jubemus pauperi suam resti-
tui vaccam, & pro damno passo centum aureos, & paupere contento sub-
jungit. Iam contentus est pauper, verum quia fuisti oppressor pauperum, &
raptor,

7 GaiumExpositio
VWilhelmi
Comitis Ho-
landiæ in
Frisiam.Exundatio
Oceanus

f. 126 Baeleijl

Frisij à Du-
ce Geldria
& Traiecta
non eaduntur¶ apparuit Cometes
& Wilhelmus comes
HollandiæEgregium
Iustitiæ cum
emplum in
Comite
VWilhelmo

raptor, offendisti nos & Iustitiam, quod crimen non nisi capite piandū invenit. Itaque caeso capite truncum cadaver iussit deferri Dordracum, & ab omnibus Hollandiæ Præfectis ad hoc conscriptis publicè ex funere inhumari in exemplum & terrorem. Cui successit Wilhelmus filius Comes XIX. dispar moribus paternis, qui duxit in uxorem Ioannam filiam Ducis Brabantia, & cum Ludovico Imperatore junxit se Regi Angliæ contra Philippum Regem Francorum, quem in prælio vicerunt. At Iohannes Episcopus obdormivit in Domino anno M. ccc. xl. cum præfuisset annis xviii. minus utiliter. Nam castella Vredelant cum Territorio adiacente Hollandiæ, Vollenhoe, Geliæ Comiti, atque aliis alia impignoravit loca, multum inglorius, nisi quod adiutorij Sacerdotum Comitatum Diepenhem recuperat, atque Collegium Amersfordiæ fundaverit. Sepultus in templo majori.

Wilhelmus Comes Holl. 19. succedit patri VVilhelmo.

Iohannes Episcopus moritur 1349.

uerit

Nicolaus Episcopus 46.

Iohannes Quartus

Episcopus 47.

Post obitum Iohannis discerpitur auctoritas Ecclesiæ, pars Iohannem ex Præfectis de Arelo Canonicum majoris Ecclesiæ, petitione Wilhelmi Comitis Hollandiæ, pars Iohannem ex Bronchorst Præpositum sancti Salvatoris prece Comitis Geliæ elegit. At Benedictus xij. Romanus Pontifex Nicolaum Caputium à causis decidendis designat. Verum cum ille accepisset ex Vicario misso, jurisdictionem temporalem non nisi præfidente Episcopo posse administrari, promotus ad honorem Cardinalatus, commendans ipsum Iohannem de Arelo quidam electum, abdicavit se dignitate, de qua per Clementem Sextum Benedicti successorem tunc provifum, extitit Iohanni de Arelo prænominato adolescenti nobili, perdocto atque industrio: nam Sacris literis erat apprime eruditus, & consecratur xlvij. Episcopus, anno M. ccc. xliij. mense Novembri à Cardinale & Episcopo Albanensi: quo anno fuit ingens terræmotus, multorum malorum præfagus. Hic descendens anno sequenti mense Maii, cum gratulatione omnium excipitur, invenit Rempublicam undique quassatam, alienatam que, quam cupiens restituere in statum pristinum, illic ingenio applicuit ad loca oppignorata redimendum, liberandum que. Sentiens hoc modo se omni facultate nudari, transacto biennio, prudente eius consilio secessit in Gallias.

Nicolaus abbas.

Terramotus.

vul.

Gallias, & ignotis privatique, mansit aliquamdiu Gracionopoli, qua ad
 Hisarum fluvium sita est, rerum administratione Roberto fratri commissa,
 quo frugalius vitam ageret. Sed Wilhelmus Comes Hollandiæ rediens ex
 expeditione Britannicâ, urbem Trajectensem gravissimâ pressit obsidione,
 cum jam in prælio contra cives biniæ victor evasisset, exercitu, quem duce-
 bat, in Frisios Orientales prius congregato, quem ob contentiones frivolas
 coll oquendo habitas in Trajectentes convertit, vel ut alii volunt, quia Tra-
 jectentes eo absente abegerant prædas & rapinas à suis, nihil Episcopo im-
 putans, factisque crebris insultibus, & civibus validè obsistentibus, Comi-
 te in pede sagittâ fauciato. Edoctus Episcopus per fratrem, ut urbi pressæ
 ferret suppetias, celerem parat reditum, & ingressus illam, habito colloquio,
 concipiuntur induciæ ad mensem Octobris, civibus veniam suppliciter pre-
 cantibus, ut interim arbitrio discordia finiretur. Sed nihil subsequurum,
 cum Comes ante illud tempus à Frisus Orientalibus cæsus, occubuit, Comi-
 tatu ad Imperium devoluto, non relicta prole, soluta fuit obsidio pridie diei,
 qua Mariæ Magdalenz dicata est. In cujus rei memoriam sequenti die lu-
 strationes, atque annuæ fiunt Supplicationes. Hic Comes clari nominis
 extitit apud Duces inclytos: fovit electionem Ludovici Imperatoris, con-
 tra Fredericum Austriæ Archiducem, quem Archiepiscopus Colonienfis e-
 legerat. Vnde Wilhelmus Vicarius Imperii designatus, arces munitissimas
 Bruyl, Brolum, & Volmenstam expugnavit, fundavit Ecclesiam cum Col-
 legio Canonicorum in Middelburgo sub honore sancti Petri, anno M. ccc. xj
 Duxerat autem Ludovicus Imperator anno M. ccc. xv. Margaretam filiam
 Wilhelmi Comitis Hannoniæ & Hollandiæ in uxorem, ex qua genuit Re-
 gem Ludovicum Crœcoviæ, Ottonem Marchionem Brandenburgensem,
 Wilhelmum & Albertum Duces Bavariz, Comites Hollandiæ, Hannoniæ,
 &c. Elizabetham Reginam Angliæ, & duravit intestinum bellum inter Lu-
 dovicum & Fredericum annis octo cum semi. Iohannes Beca in alio loco
 scribit Ottonem Regem Crœcoviæ, & Ludovicum Brandenburgensem Mar-
 chionem utrunque constitutum ex devolutione Regnorum ad Imperium.
 Ludovicus autem proscriptus ab Ecclesiâ, & ob factiora sua super-inducto
 Karolo Rege Bohemiæ, nepote Henrici Imperatoris casu equi suffocatus
 est xij. Octobris, anno M. ccc. xviii. Qui Frisus Regali edicto iussit, ut obe-
 dirent Wilhelmo Comiti Hollandiæ, neglecto jure Trajectensis Ecclesiæ.
 Iohannes verò Episcopus occiso Wilhelmo Comite, severè animadvertit in
 suos, quos contra civitatem suam illi favisse, aut confederatos percepit.
 Castrum Luporum, dictum de Wolven, vi expugnavit, & diruit Territoriū
 oppidi Saxysclam (quod dicunt Iselstain) incendit, illiusque Præfectum æro-
 plectens, atque domum de Abconde ad deditiōem compulit. Hemanos
 populos juxta Hemi fluminis ripas sitos, qui ab Episcopo ad Comitem Hol-
 landiæ defecerant, nec ammodo sub Ditione Trajectensi, sed Hollandiæ se-
 contineri patiebatur, gladio reduxit ad obedientiam, condignâ mulctatos
 penâ. Redcuntque omnia alia loca sub pignore aliis concessa, Elargitus su-

Wilhelmus Comes Tra-
jectum obsi-
det.

1. bis

Comes Wil-
helmus à
Frisijs cæsus

hæc referri debent
ad patrem huius
comitis qui cognov-
mento domi

Ludovicus
Bavarus
Imperator
ducit Mar-
garitam
Comitissam
Hollandiæ.

tamen

melius dixisset vndosum
allusione ad insignia gentis
vulvæ et ærois facta.

Der Wol-
ven castrum.

Hemanos
vini.

ms.
atum.

pta centum millia aureorum regionum. Comit & municipium cum arce
 & Territorio de Laghe in Transiselanis, & contulit arcem, juxta quam sta-
 bulum equorum Episcopi esse consueverat, haud longè à templo Divæ Ma-
 riæ, militibus ordinis Teutonicorum in urbe Trajectensi priori sede per
 Wilhelmum Comitem extra mœnia diruta. Oppidum Renanum muro cin-
 xit, Motus & seditiones Trajecti ortas, auctoribus Gunterlingis armis restin-
 xit, plerosque trucidando, alios proscibendo; fundavit etiam Altare in Ba-
 siliçâ majore sub honore sancti Iohannis Evangelistæ, ante quod fratrem
 suum in bello Leodiensi occisum, sepelierat, funebri pompâ suspensis insi-
 gniis illius. Sed ingrati cives, ac pristini immemores beneficij, violato po-
 steâ monumento, imposuerunt in illo Fredericum ex Blanckenhem Episco-
 pum sublatis clypeis alterius. Designatis itaque in locum fratris occisi sex
 viris administratoribus, rursus recessit Turones, ut cum minore impensa
 degeret. Sed rediens invenit præter spem cuncta malè administrata, nec fi-
 dem servatam, nec commodo suo in aliquo consultum. Erat ex iis, quos
 Dominus Episcopus deputaverat, Dominus Zuederus Vterloe, postea Præ-
 positus major, & Hemani defecerant rursus, Hollandinis ferentibus sus-
 petias: quos aperto prælio devicit, & ad obedientiam compulit. Paulo post
 Dux Wilhelmus Baviaræ & Hollandiæ Comes Ludovici Imperatoris filius
 intulit bellum, intrans cum hostili exercitu ditionem Trajectensem; collo-
 catis tentoriis haud longè ab lapide Isulæ fluvij (Iselstain dicunt) si forsan
 hostes ad pugnam elicere posset. Episcopus verò non segnis reposuit in Co-
 mitatum, quicquid per illum inferebatur, sed & Præfectus arcis Bronchorst
 concremavit præsidium in Ghoer: auctoritate tamen Ducis Limburgensis,
 Comitum Clivensis, atque Hannoniæ, Episcopus & Dux per firmas indu-
 cias reconciliantur, Et pendentibus induciis Episcopus vindictam sumpsit
 de injuriâ, per Præfectum de Bronchorst illatâ, vicum Borekeloo atque ad-
 jacentia quæque flammis consumens. Eodem tempore, scilicet anno xlviij.
 Renaldus Dux Gelriæ cum fratre suo Eduardo, qui Wilhelmo Duci adhæ-
 serant, indicunt bellum: Episcopus verò cui pecunia (quæ belli nervus est)
 non suppeditaret, per singularem tamen prudentiam parat ad defensionem
 Frederico de Ezen, Saliorum, Tuentanorum, & ditionis de Diepenhem Præ-
 side designato: Præfectis de Voerit & Ruyme Episcopo adherentibus, se-
 quenti tamen anno omnis differentia sopita est. Compertum tamen est ex
 eâ Episcopum ~~substituisse~~ stipendia, Quinquaginta millium scutorum ve-
 terum Wilhelmus Comes tutor Hollandiæ in Germaniam superiorem se-
 cessit, ut tutelæ renunciaret, pensam annuam x. scutorum veterum, quod
 hactenus solverat Imperatrici denegans, Provinciâ per absentiam ejus in
 diversas partes fluctuante; paulo post magna nobilium manus simul con-
 spirans, intentavit Episcopo bellum: sed lis consilio suo dirempta est Anno
 xlix, oppidum veteris aquæ ab Episcopo & civibus Trajectensibus expugna-
 tur, & in favillam redigitur, victoria tamen non fuit incruenta, pereonti-
 bus plerisque Nobilibus & civibus oppugnantibus. Dum autem Hollan-
 din

Episcopi
 res gesta.

Wilhel-
 mus Bava-
 rius Hollan-
 diæ Comes
 bellum facit
 Episcopo.

Le

Kayre

Justinus

1

dicens, nullam penitus invenit consolationem, æque à subditis exterisque amicis, atque proprio fratre derelictus, quæ omnia iidem Tyranni fabricaverant. Ipse igitur vitæ integer, scelerisque purus, & excelsi animi, conspiciens se necdum omni humano auxilio, sed & proprio sanguine destitutum, ex necessitate eliciens virtutem, spem firmam jactans in Domino, ex consilio divinitus (ut creditur) insperato, arcem Wredenstain (quæ à ferocitate nomen habet) sibi deligit, quo tyrannos illos Dominos suos à potestate dimoveret, sequenti quoque anno ab Orone Præfecto de Iselstain arx in Castro sibi aperitur: quæ firmo præsidio communita, utramque Jurisdictionem Episcopalem, nullo tamen suorum, sed exterorum atque precario adjutus milite recuperavit, omni auctoritate Tyrannis ipsis hoc modo subtracta: quos cum penitus aut humiliare, aut delere decrevisset, siquidem eo magis exstabat jam conceptum odium, quo illos antea ferventibus amarat, interventu Ecclesiæ atque Comitatus effectum est, & munerata atque mutuata pecunia restitueretur absque usura, & loca quælibet libera Episcopo cederent, quod hinc inde facile est approbatum, solo Zuedero Vterloo retinente arcem atque portum cum pôte ad Hemam fluvium adhuc aspernante. Et eodem anno liij. Episcopus propitiâ ad victoriâ fortunam contuitu Gilsberti Præfecti arcis Abcondæ quo illum sibi magis devinceret municipium silvosi atque saltuosi montis (Woudenburch dicunt) post longam obsidionem cepit, soloque adæquavit: Arcem quoque Ruweel per Præsidentem obtinuit, quam idem Woltero van Mynden vendidit, Interea nihilominus Gilsbertus Præfectus in Vianen Ditionem Episcopi invasit, & per prædas & incendia ex municipiis Goy & Merckenburch multa damna intulit. Anno itaque liij. Episcopus Zuederum Præfectum in Montfort (qui illis ex Cullenburch & Vianen faverat) ad deditionem compulit, ut perpetuâ fide sibi atque Ecclesiæ maneret obnoxius, jurejurando affirmaret. Arces demum Merckenburch, Hostenstain ac Goy, quam tamen restaurare permissum est, ex quibus latrones indies prædas agebant, devicit atque delevit. Idem pontem atque arcem ad Hemam sibi subdidit, ut in eâ civis Trajectensis proficeretur perpetuò. Provinciam quoque Transiselanam recuperavit, reconciliatis sibi Præfectis de Voerst atque Ezen ære mutuato persoluto. Arcem verò pacis sive Vredelant redemit ab Augustâ sorore Wilhelmi Comitis, subegit & alios, qui se Frisiis confederarunt, & invasores exteris compressit. Tandem Episcopus clarus bello, & continuò victor, animum semper ad pacem servans, restituta omni Ditione suâ in statum & libertatem pristinam, ætate alieno vel per ipsum contracto debito undique persolutis, Civitas Ecclesias instaurare & Bibliothecis (erat enim doctus admodum, & quæ volumina ingentia composuit, quæ modo extant) ornamentisque necessariis, etiam Monasteria cepit adornare, præsertim Basilicam majorem. In familiaribus res liberalis, ac magnificus promotor bonorum, in pauperes pius, justitæ cultor, & severus ultor perversorum, & tanquam novus tyro post tribulationes virtuti ac sanctitati intendens. Sed non diu hæc sancta ejus proposita

weerde stain vulgo

Castro

Arcem Zuederum vocat in Iselstain Castor

civitas

aspernante

qui illud prius a Johanne de Woudenburch emerat.

M

Arces Merckenburch, Hostenstain & Goy capta.

Zuederum

exteris

firmans

Episcopus doctus, liberalis & magnificus.

Bonorum cultor, & perversorum ultor.

ut

habent

et

per

per quietem continuare potuit, instigante ~~comite~~ malorū patratore Diabolo. Nam Wilhelmus Comes Hollandiæ ~~ad~~ bellum indixit, cui sefe omnes Nobiles, Episcopi fide astricti, cum plerisque plebeis subditis suis adhæserē, validumque exercitū ducens apud vicum Coten, tentoria fixit aliquos dies, ad quem defecēro & rursus Hemiani. Episcopus autem animo impetertitus, cupiens manus conferere tumultuario, aut hostes propellere, invenit cives Trajectenses, & quotquot alii in fide mansere, obstinatos sua secrete enulorum, qui defecerant, qui nec minis, nec blanditiis adduci poterant, ut ~~bellum~~ sequi vellent, vel erumpere permitterent. Emissus quoque Præfectus Egmondæ cum manipulis, accessit vicum Bûschoten, cui illi validè occurrentes ~~con~~sternantur, occisis circiter octuaginta ex primoribus. Agebantur autem hæc circa annum lv. At Comes rediit ad sua, paulo post cives Trajectenses occuparūt antemuralia oppidi Iselstain, sed intenti prædæ, repelluntur. Erat tunc in vico Gano turris fortissima, omnibus ad præsidium necessariis præmunita, dicto ~~Wapen-toern~~, quam per deditiōnem custodis Gisbertus de Iselstain occupavit, & funditus delevit. Anno verò lyj. Episcopus oppida Mudam & Vespem obsidendo cepit, atque in favillam redegit, præsidibus nando per fossam, fugam quærentibus. At Arnoldus de Iselstein conciliavit nepotem suum Præfectum Montisfortis, tunc adhuc Præsidentem Episcopi, cum nec rationem administrationis fecisset Comiti Wilhelmo, qui & Nobiles antea in obsequio Episcopi captos, eo inconsulto restituit. Passi sunt & cives fori Hemani (Amersfordiam ducunt) cladem aliquam & Præfecto oppidi Nardeni. Et Wilhelmus Comes incitatus à defectoribus Episcopi, iterato arma sumit: Arcem novi campi (Nieveldt dictam) obsidet, oppugnat acriter, & tandem per deditiōnem capir, illic à suis ~~eo~~ modo nescio incensam atque demolitam, atque ex hoc subsecuta est pax inter Episcopum & Comitem, sub conditione, ut proscripti, atque etiam quisquis alius rediret ad sua. At Margareta Augusta jam humanis functa, Valencianæ sepulta: Hannonia atque Ditio oppidi Heusden, cessit Wilhelmo Comiti, qui ab Eduardo Rege Angliæ ad solennia spectacula ludosque ~~imitatus~~ anno lvij. rediens amens factus, eo usque, ut ab Alberto fratre eyocato ad Provinciarum administrationem in præsidio Hannoniæ, quercino dicto, situ & sylvarum dēsitare amœno includeretur, supervivens annis xix. ubi & obiit anno M. ccc. xvij. vir crudelis, qui matrem hæreditate privavit, cædesque innocentium, & alia flagitia perpetravit, divinâ ultione tactus, Alberto erat uxor Margareta, filia Ducis de Zuidems sive Briga in confinibus Poloniæ: ex qua genuit Catarinam uxorem Ducis Geliæ, Wilhelmum Comitem Ostronantiæ successorem suum, Margaretam conjugem Ducis Burgundiæ, Iohannam Reginam Bohemiæ, Albertum Ducem Bavarie, Ioannem designatum Leodiæ. Item Ioannam uxorem Ducis Austriæ: Mansit etiam Episcopo pax & tranquillitas toto post biennio, qui interim oppidum Montis dani, quod Herdenberch dicunt: delecto monte, fossis & propugnaculis munivit, ubi antiquitus municipium, & validum, & am-

omnium illi

Hemani rursus deficiunt.

M. s. Snoyen-toern

Muda & Vespem cepit.

Nieveldt deditur.

quo

Wilhelmus Comes Hollandiæ ex Angliæ reversus, in amensiam incidit.

Mortuus 1377

Albertus Dux curator fratris & Hollandiæ, genuit liberos hinc nominatos.

Herdenberch Mons Danur.

ab Hoexis, nam cabbellani uxorem Wilhelmi vocabant.

al. cum pro

quisque

imitatus

plum fuisse commemorant, fortè à Romanis conditum; quo tempore Hagelstain atque Gasser oppida primum mœnibus atque fossis cincta per Ortonem Principem de Arclo. Anno lx. Episcopus in Provincia Saliorum in vasto nemore inter Wegeltapel & Batuam fundavit præsidium præ securitate viantium, & reprimendâ Saliorum præsidia, quod vocavit Arckelsteinjerasa est, & arx Saterfloo propter prædones, subegit, & gravi prælio eam gentem, quæ sedet in locis Stellingwarff & Steenwijcker-woldt, & Territoriis eorum, quæ tributum diu solvere recusavit, cogens ut animo penderent deinceps. Rebellantes verò post ejus recessum, severius compressit, vicis incensis, & magnâ abactâ prædâ. Ita ut hostibus inciperet undique esse formidabilis. Nam Præfectum de Voerst ex arce Keppel instantem Transfulanos cepit; arcem avitâ Voerst per longam obsidionem spoliavit, que funditus delevit, erat munitissima, habens turres altitudinis pedum lxxx, latitudinis xij. cum antemurali ex lapide quadrato, quod pugnando capiebatur in fine Junij, anno lxij, in cujus principio, mente Januarii, die Marcelli Papæ, tanta inhorruit tempestas, atque maris inundatio, ut posteris sit vix credendum, nec antea auditum: Quæ templa, turres, ædes, atque aggeres subverterunt, & infinitam mortalium multitudinem oppresserunt. Episcopus verò utilitati Reipublicæ semper prospiciens, mortuo Zwedero de Voerst, filios in gratiam accepit, paludem dictam Maitebroeck in Transfulanis, aggeribus inclusit, exsicicans supra triginta terrarum jugera, quæ Ecclesiæ suæ ac successoribus reliquit; Medietatem verò decimarum contulit ecclesiæ Daventriensi. Hic cum anno xlij. à Clemente sexto præpositus esset Ecclesiæ, per Iohannem de Diest omni ferè Dirione exaræ, consideratâ ejus probitate, postquam annis xxij. per varios fortunæ cursus rexisset, cunctis ad pristinum vigorem reductis, tandem per Urbanum Papam Quintum anno lxiiij. die 14. Aprilis ad ecclesiam Leodiensem transfertur, Engelbergo ex Comitibus de Marchâ ab illâ amoto, atque ecclesiæ Colonienf. Præfecto, Ioanne ex Nobili familia Verneburgensi, Trajectenf. Ecclesiæ ex Monasteriensi Episcopo facto; in cujus locum suffragatur Florentius ex Wevelichoven Decanus Colonienf. Ioannes autem subversis aliquot latronum præfidiis in primo ingressu suo administravit Ecclesiam Trajectensem in tranquillitate per annos xv. sub quo primum ceptum collegium Canonicorum in oppido Leydensi. Instituit & ipse in oppido Gorcum unâ cum Ortone de Arclo Collegium Canonicorum. Demum anno lxxvii, Leodii migravit ad Dominum, translatus cadaver ex voluntate, Trajectum, cum magnâ pompâ: sepultum à meridionali parte chori. Obiit autem Kalend. Julii. Hoc tempore puellus apud Trajectum natus est, quadragesimo die nativitatis suæ perfectè loquens, superstes aliquot annis. Sumus longiori stilo vitam hujus Episcopi profecti, cui à conditione Ecclesiæ Trajectenf. parem non invenimus, qui per tot versatus Provincias, urbes, moresque populorum edoctus. Nam in Galliis bonis litteris, artibusque, quibus pollebat, operam dedit. Italiam peragravit, majores insultus in Provincias suas & exte-

Gaspard

annus

Wolterhoff
& Steens
Wijckerwals

Ann Keppel

Autem

Maris in-
undatio.Maitebroeck
circa Zwol-
law.Episcopus
Trajectenf.
ad Leodien-
sem Eccle-
siam trans-
fertur.al
conditore vel
a fundatoreEnlogum
Episcopi.

rorum incursiones, populique subditi defectiones, apertaque bella perpetuus, quam quisvis prædecessorum: quæ licet cum extremo discrimine, modo cruentus, modo incruentus vindex, semper tamen victor gloriose repulit atque extinxit. Adversa quæque expertus, nunquam animo consternatus, omni que virtute præditus, qualem longa desiderabit posteritas. Hic obtinuit à Karolo quarto Augusto certa privilegia, tenoris subsequenti.

Karolus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, & Bohemiarum Rex, ad perpetuam rei memoriam, et si Regalis mansuetudinis providentia subditorum curam gerens ad ea, quæ Reipublicæ statum respiciunt, diligenti sollicitudine teneatur attendere, atque voluntarios affectare labores, ut subjectus sibi populus in optatâ quietis tranquillitate quiescat, illam nihilominus uberiori quodam favore amplectitur, quæ sanctarum Ecclesiarum & ministrorum omnipotentis Dei commodum sapiunt & honorem, sanè singularis favoris affectus, quo venerabilem Iohannem Episcopum Trajectensem, Principem dilectum nostrum, & ipsius Ecclesiam speciali prærogativâ, & multiplicatis favoribus prosequimur, ad ampliandum ipsius statum propensius nos induxit. Ea propter universa & singula privilegia, jura, literas concessionis, gratias, libertates, immunitates, feuda, castra, munitiones, oppida, & terras, dominia, honores, consuetudines & consuetas, laudabiles observantias prædicto Episcopo & Ecclesiæ suæ, ac successoribus ipsius à recolendæ memoriæ Divis Imperatoribus, & Romanorum Regibus prædecessoribus nostris indulta vel indultas, concessa vel concessas, ~~de iure~~ nobis clementiâ, & ex certa nostra scientia ac plenitudine Regiæ potestatis, cujus gubernaculis sæliciter præsidemus, maturo procerum ac nobilium nostrorum accedentium consilio, in omnibus suis clausulis & sententiis, de verbo ad verbum ac si prædictorum privilegiorum, literarum, libertatum, concessionum, jurium, & consuetudinum tenores præsentibus forent inserti, & totaliter interclusi, innovamus, approbamus, ratificamus, laudamus & præsentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ac volentes prædicta perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ innovationis, approbationis, ac confirmationis gratiam infringere, vel ei temerariâ præsumptione aliquantulum contraire. Si quis autem contrarium attentate præsumpserit, gravem indignationem, & pœnam gravissimam pro motu proprio infligendam, ac præcipuè centum liberarum auri puri, cujus medietatem Episcopo nostro, & aliam medietatem ante dicto Episcopo & Ecclesiæ suæ, ac successoribus suis pœnâ nomine applicari volumus, se noverit irremissibiliter incursum. In cujus rei testimonium præsentibus literas fieri, & sigilli nostri munimine jussimus communiti. Datum Colonia, anno Domini Millesimo, trecentesimo, quadragesimo nono, Indictione secunda, tertio Idus Augusti, Regnorum nostrorum Romani anno quarto, Bohemiarum vero tertio.

Privilegium
Caroli III
Imperatoris
et primus

de innata

Omnia præ
vilegia Im
peratoris re
novat &
confirmat

Fisco

Carolus

Confirmatio
privilegiorum al-
terius.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, & Bohemiarum Rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi recolenda memoria Divi Romani Imperatoris, sive Reges prædecessores nostri piâ consideratione permoti, in salutem Christi fidelium & propria fidelitatis augmentû, prædia, possessiones & agros, aliâque multa donaria sacrosanctis Ecclesiis, & earum Prælati sive Rectoribus & Ecclesiasticis personis liberaliter erogarunt, non tamen minus præsentis temporis curriculo effecisse confidimus, si Ecclesiarum jura libertates, emunitates & gratias, sub integritate continuâ Regiæ protectionis præsidio custodimus, quam si ad instar eorundem prædecessorum ipsi Ecclesiis nova stipendia largiremur. Ea propter, ne sceleratorum damnata perfidia, quæ Dei timore postposito, non solum falsa dicere, verum etiam turpitudinis suæ ignominiam perjuriis multis, ac aliis certificare fallacis nullatenus erubescit; venerabili Trajectensi Episcopo, Principi & devoto nostro dilecto ac suis successoribus, & Ecclesiæ memoratæ Prælati & Ecclesiasticis personis, quibuscunque adversus jura, privilegia, statuta & consuetudines, quibus usi fuerunt, inferre valeat nocuum mentum, decernimus, & edicto perpetuo duximus statuendum: Quod quotiescunque inter Episcopum Trajectensem, qui pro tempore fuerit, & ceteros Ecclesiarum prælatos & Ecclesiasticas personas ibidem ex unâ, & homines servituti obnoxios colonos, aut quoslibet alios eorum debitores super solutione census, cereæ, pecuniæ, vestium, equorum, pecorum, & juzzium (vulgariter Cornede) aut aliarum rerum quatumcunque, quæ in vita, vel post mortem cujuslibet hominis conditionis hujusmodi, Episcopis & Prælati, ac Ecclesiasticis personis hæcenus dari consueverunt, *questio-* *mes surrexerit*, materia questionis subditorum talium juramentis stare nõ debeant, nec solutionem rerum prædictarum juramento proprio possint evadere, in supradictorum Episcopi & Prælatorum & Ecclesiasticarum personarum hujusmodi præjudicium & jacturam: Immo volumus, & decreto Regio sancimus expressè, quod supradicti Episcopi & Prælati, ac Ecclesiastica personæ per septem homines prædictis hominibus conditione pares, qui si consanguinei ipsorum non sint, similis tamen status æqualitate conformes existant, de jure suo possint & debeant edocere, non obstante partis adversæ juramento, nisi forte ipsi Episcopi & Prælati in probando defecerent. In quo casu & tunc demum, & non aliâ, sub suis & suorum parium juramentis ad evadendum solutiones censuum sive servitutum hujusmodi subditi admittantur, Præsentium sub nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Coloniz, anno Domini Millelesimo, trecentesimo, quadragésimo nono. Indictione ij. xvij. Kal. Septemb. Regnorum nostrorû Romani anno quarto, Bohemiarum verò tertio.

m. s.
mendatys.

Episcopi et
Ecclesia po-
stularunt,
quæ sub-
ditarum.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, & Bohemiarum Rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi Regiæ dignitatis circumspicua benignitas universorum saluti teneatur intendere, illorum tamen *indem-*

indemnitati speciali quodam favore dignanter occurrit, qui divini Numi-
 nis laudibus deputati, pro salute Christiani populi creatorem omniū con-
 tinuatis precibus deprecantur. Sanè attendentes præclaræ devotionis in-
 signia venerabilis Trajectensis Episcopi, Principis ac devotissimi dilecti, qui-
 bus idem ad instar felicitis recordationis prædecessoris ipsius, nos ad sacrum
 Romanum Imperium hætenus devoto studio frequentius honoravit ad
 ipsius & Ecclesiæ suæ Trajectensis utilitates, honores, & commoda tantò
 diligentius, tantòque gratiæ ubertate profus intendimus, quantò ipsum
 inter alios sacri Imperii Principes majorum fidei & cõstantiæ puritate præ-
 ditum experimur. Ea propter sibi, nunc non universis successoribus suis
 Trajectensibus devotis nostris dilectis infra scriptas libertates & gratias de
 speciali nostræ Majestatis favore liberaliter erogamus. In primis videlicet,
 quod supradictus Episcopus & successores sui in perpetuum possessiones
 bona & jura quæcunque, quas, vel quæ ipsi ad se vel Ecclesias asserunt per-
 tinere, si super eisdem ipsis quæstio aut controversia aliqua moveatur. Epi-
 scopus, qui pro tempore fuerit, cum septem Prælati aut Canonicis Eccle-
 siarum suarum Trajectensium, easdem possessiones bona & jura propriis jura-
 menti valeat obtinere, secundum quod sui prædecessores per consuetudi-
 nem hætenus introduxerunt; & sicut hoc est pro præteritis temporibus ob-
 servatum. Item quia infra territorium mensæ Episcopalis Trajectensis hu-
 jusmodi corruptela surrexit, quæ pro consuetudine obtinetur ibidem, vi-
 delicet, quod quicumque homicidium ibi perpetraverit, homicidium Epi-
 scopus punire non possit, nisi ad requisitionem & instantiam parentum, &
 consanguineorum occisi: qui parentes & consanguinei aliquando propter
 potentiam homicidæ, aliquando propter negligentiam aut favorem seu col-
 lusionem, sive ex aliis causis frivolis exquisitis, occisi injuriam prosequi præ-
 termittunt; pro consuetudine etiam abutentes, ut nullus occisi etiam in-
 juriam prosequatur, nisi coram Episcopo Trajectensi, corpus occisi præsen-
 terur, quod corpus quandoque rapitur vel occultatur: & sic plerumque
 maleficia tam enormia remanent impunita, atque per consequens frequen-
 ter occasio nascitur similia perpetrandi. Quapropter consuetudinem hu-
 jusmodi minus justam, immo corruptelam potius, juri contrariam & ini-
 quam, De Regalis auctoritatis nostræ excellentiæ, penitus abolentes, ipsi
 Episcopo & suis successoribus sub districtu Imperialis offentiæ præcipimus
 & mandamus, Quatenus non obstante consuetudine seu corruptelâ prædi-
 ctâ, de homicidiis quibuslibet in eorum mensæ territoriiis perpetratis hæ-
 tenus, aut in antea perpetrandis, justitiam faciant expeditam, Etiam si pa-
 rentes aut consanguinei occisorum causâ, vel occasione quacunque occisi,
 injuriam prosequi negligant vel postponant, aut si occisi parentes vel con-
 sanguinei, corpus ipsius occisi coram Episcopo Trajectensi non præsentave-
 rint, aut fortasse noluerint præsentare. Præsentium sub nostræ Majesta-
 tis sigillo testimonio literarum, Datum Colonia anno Domini Millefimo,
 tricentesimo, quadragesimo nono, Indictione secunda, decima septima Ka-
 lendis.

episcopi

Probatio
 nu per su-
 ramentum
 Episcopi
 privilegii.

eum

Homicidia
 ut Episco-
 pus puniat
 etiam ce-
 gnati occisi
 non conque-
 rantur, vel
 corpus occi-
 si exhibeat.

lendis Septembris, Regnorum nostrorum Romani anno quarto, Bohemiarum vero tertio.

Iohannes Quintus

Episcopus 48.

ANno itaque lxiij. Iohannes ex Wernenborch surrogatus à Romano Pontifice xlvij. constituitur Episcopus, vir mansuetus, & pacis amator, inveniens juxta ejus animum Episcopatum in Oppidis & Arcibus liberam ac ditam. Passus est tamen sequenti anno magna incommoda à quibusdam Westphalis ex familia de Veelen, & de Broickhuysen, qui in Transfelandis per multos vicos ingentem prædam abegerunt, de quibus tamen præsentaneam sumpsit vindictam non spernendo Comitatus equitatu, omnia hostium municipia ferro ignique vastans, & solo adæquans: quos etiam ad condignam compulit satisfactionem. Anno lxxvj, obsedit Amersfordiam, eo quod cives illius loci vendicarent libertatem, coacti parere & pendere quicquid tenebantur. Anno vero lxxvij, 5. Kal. Novembris, dum Episcopus hibernaret in oppido Ghoer, per insidias hostium, vigilsum incuriâ locum noctu occupantium capitur, trucidatis aliquot ex suis, & magno ære redimitur à nonnullis, quibus Provinciæ cis Isulanæ cum arce Vollenhoe ex hoc rursus impignorantur in maximam Ecclesiæ jacturam. Albertus quoque Dux Baviaræ instigatus per quendam Gisbertum Gunter exulem Trajectensem, & ob literas illi exhibitas, vel per ipsum exulem in odium suorum, vel per alium, quibus arx Vredelant pridem Comiti Hollandiæ per Iohannem Diestensem impignorata fuerat, civium bona rapi atque distrahi permisit; fuit tamen questio intercepta arbitrio Eduardi Ducis Geldriæ, qui filiam Alberti desponsarat, ut pecunia inscripta literæ redimeretur statuto tempore. Iohannes vero Episcopus cum præfuisset annis septem, morte subitanæ, vel uti suspicabatur, ex veneno periit, anno M. ccc. lxxj. 9. Kal. Julij, absque ulla pompa funebri sepultus in Basilicâ majore.

Waken & Brackhuysen lesse Episcopi.

Amersfordiam: coguntur ad obedientiam.

Episcopus captus.

16000 scutorum veterum videtur fuit a Gilberto de Vraney, Jacobo de Saundenbals abbate custroecano, Stephano Suleno Xrueldio, et alijs.

Diestensem

1397. Episcopus moritur.

Arnoldus Secundus

Episcopus 49.

SEde jam vacante, pars elegit Zuederum Weterloo majorem Præpositum, virum illiteratum, incultis moribus, Religionis ac disciplinæ Ecclesiasticæ penitus ignarum, cui & Capitulum Daventicum adhæsit: Sed major

major pars & sanior ipsum respuebat. Vnde Urbanus Papa constituit Arnoldum Principem ex stirpe clara de Horn, tunc in Curia presentem. Qui receptus pridie Kal. Octobris xlix. constituitur Episcopus, vir literatus, forma egregius, comis atque affabilis, non detrectans arma. Hic debita ex captivitate Prædecessoris contracta, persolvit, arcem Vredelant Principi Apconde commisit eâ conditione, ut in fide Trajectensium conservaret, nec ullum ex ipsâ aliquo colore injuriari permetteret, pactis parum servatis. Hic mortuo Reinaldo Duce Gelrix absque prole, assumpsit sociale bellum pro seniore sorore Renaldi, quæ Comiti Clivenfi nupsit, contra Wilhelmum Ducem Julix ex juniore sorore natum: fuit bellum atrox & diuturnum, in quo idem Episcopus magno discrimine se suosque immiscuit, vix evadens manus hostium, nisi sui apud Tielam suppetias venissent. Fuit etiam bellum minus necessarium pro Episcopatu. Nam territorium Trajectense incendio & rapinis datum, nullum sensit commodum. Anno verò M. ccc. lxxiiij. Trajectani duxerunt altam fossam, de Nicuacrt ad Goterwade, & locarunt ad ripam Lecæ fluvij contractas, sive repagula bina lignea, quo aquas facilius aut excluderent, aut intrmitterent, ubi & arcem præmunitam condidere, quam Gildëburch nominarunt, à collegiis artificû sic dictam, in vico Vreelwick, ne illæ per hostes aliquando destruerentur: Concitantibus ex hoc ipsis adversum se Gilbertum Vianensem, atque Dordracensem, qui in odium & servitutem ipsorum id factum suspicabantur: atque Albertum Ducem Bavarix, Comitem Hollandix commoverunt adversum Trajectensem, cum quibus orta discordia super redemptione arcis Pacis sive Vredelant. Quia Comes plus exigebat, quam conventum fuit: Arx Coronæ, quam Cronenburch dicunt, à Trajectensibus capitur & destruitur. Oppidum sive Insula Woerden à Trajectensibus frustra appetitur, adustis suburbiis: oppida Muden, Wesop, & multi vici coacta tributum ingens solvere, loco pecuniæ à Trajectensibus per Comitem extortæ: A quibus tum Zwederus Præfectus in Gaesbeeck ad Comitem deficiens, contra iusturandum bellum indixit. Arx quoque Gildenburch à Comite obsessa tandem deditur, rursumque à Trajectensibus recuperatur, semper audacissimè oppugnata, & rursum ab Prædatoriis validè defensa, factæque per Trajectenses multæ incursiones in Hollandiam, multæque hinc inde prædæ: tandem omnis dissensio composita eâ conditione, ut Vreelwick cum assertione Episcopi, & septem stolarû cederet Episcopatu. Anno verò M. ccc. lxxiiij. facta est ingens inundatio aquarum, quæ oppida ac vicos plures subuebat, sevens per quadrimestre ita, ut per agros ac prædia navigio undique progredere, interruptus posita est agger fluminis Lixæ, qui multo majore incommodo Hollandiam afflixit. Arnoldus itaque defuncto anno M. ccc. lxxviiij. Iohanne de Arckel apud Leodium, cum arcem de Putten in Campensibus infestam, cui Herbernus præerat, solo aquasset, aliam verò in Territorio Trajectensi Loentelstort ad deditionem coegisset, transfertur ab Urbano Sexto, cum sedisset septem annis Trajecti, ipsi Leodiensi, postulanti bus ad Ecclesiâ Leodiensem.

Apconde ex zulera familia nobilis inter proceres non principes numeratus.

Episcopus bello se immiscens non necessario vix hostium manus evadit.

1373. De v. 1373 hodie.

Nullum modum solum, sed aliud exatio pulcritate.

33 probandi modus tam olim Ecclia Traiecti concessus ab Imp: cuius exempla plura extant in antiquis monumentis. 1374. Anno dario regis dimissa.

Leodij Iohannes de Arckel mortuus 1378. in eius locum transfertur Arnoldus Episcopus Traiecti.

Id sub Flor. Leodiensis factum videtur a 1378.

al. catrachas

Luc.

Extus hic cum praecedenti videtur coherere.

Florentius Episcopus 50.

Arnoldi episcopi

Florentius
succedit Arnoldo
Episcopo Traiecti
anno
Christi 1179.

Esem, Erdennuy

Boisna Romana
Ecclesia

Episcopus
supremus
Dominus
omnium
Praefecturae

Exemplum
Iurisdictio
suprema

Falsus
electus
punitur
et ledit.

Subrogato apud Traiectum in eius locum Florentio de Wevelichoven, accessit à civitate Monasterio, cui tamen Praefecti arcium atque oppidorum primam frontem non obtemperavere, cum Arnolfo adhuc astringerentur fide, qui vel Episcopatum sibi commendari posse sperabat, saltem voluit extorquere proventus omnes anni unius, donec Florentius post annum ferè impeditus, auxilio Ottonis de Arclo, atque Praefecti de Iffeltain introducerentur mense Novembri, anno lxxix. & quinquagesimus constitueretur Episcopus, vir omni probitate conspicuus, prudentia, fortitudine animi ac literis juxta praeditus, qui Episcopatum per praedecessorem ob Gelrium, Hollandicumque bellum rursus oneratum, debito levavit; arces munitissimas in Transiselanis, ~~Esem~~ post longam obsidionem permissa defensoribus vita confregit, partim ferro, partimque igni, cardebat enim mense continuo. Item Molin atque Laghe, edomans undique, qui agerent latrocinia. Sensit interim adversitatem: Nam orto scismate propter Urbanum Romae, & Clementem Avinionem electum, cui solus Francorum Rex adhærebat, Renaldus frater Praefecti in Vianen ab hoc Clemente Episcopatum impetravit, cui & frater clam adhæsit, possidens arcem Goy. Episcopus verò detecta fraude, quamvis grandævus obsessa arce coegit utrumque in fidem suam jurare, atque etiam Urbani Papae fecit & exhumari ossa cujusdam haeretici Matthæi Lollaert, atque ante atrium Pontificale comburi, cineresque in fossas urbis dispergi. Gisbertum Principem Abcozæ, nec non Henricum Praefectum Montisfortis, supremam Jurisdictionem vendicantes, quas nunquam habuere. Decimasque Ecclesiarum ac civium possessiones usurpantes: Illum sententia Iudicum, hunc longa obsidione, atque interventu Arnoldi Episcopi Leodiensis coegit huiusmodi actiones abdicare, ita ut Episcopus censeatur supremus Dominus omnium Praefectarum ac Dominiorum Provinciae Traiectensis: Praeterea quae sunt sub Ditione Ecclesiae sancti Ioannis, Splinterus quoque ex Loenreshoet pro commissis gravi aere plexus, facta restitutione eorum, quae diripuerat, in gratiam receptus est, ita ut omnium horum praesidia Episcopo semper manerent, ac aperta essent. Et pro ~~ratione~~ iudicio quidam Iohannes Bommelanus, qui quendam Arnoldum Scharmer occiderat, à Praefecto Episcopi captus in Monteforti, Traiectum ducitur, ibique decollatur.

Circa hæc tempora, scilicet anno M. cccxij. ceptum Monasterium Carthusiensium in suburbio Traiectensi, Arx Horrestum impignoratum recuperatur ab Episcopo; & quidam ex professione Divi Francisci sese pro Sacerdote & Episcopo gerens, & in suffraganeum Episcopi Florentii assumptus, cum jam diu sacra omnia peregisset, inventus falso caractere atque literis usus, de-

ius, destituitur, & ferventibus aquis immergendus adjudicatur. Impositus
 vero aquis (quia el amore suo Episcopum ad pietatem commovit) statim
 extrahitur, & capite truncatus obtinuit sepulturam. Vnde plerique conse-
 crati ab eo, rursus fecere se ab alio Episcopo consecrari. Ceteri vero ad
 sæculum reversi, uxores duxere, actis illius omnibus irritatis. Anno demum
 M.ccc. xciiij. pridie Nonas Aprilis, quæ fuit dies Parasceve, obdormivit
 Florentius Episcopus in Domino, cum præfuisset annis sedecim & semi, a-
 libi xiiij. qui quamvis invidia multorum potentum non caruerit, administra-
 vit tamen cuncta strenuè & prudenter, cunctas arces & oppida, Episcopa-
 tusannonæ, cæterisque necessariis fulcita, in liberâ potestate successoris di-
 mittens, construxit & arces in Oppido Duromonte (Hardenberch) atque
 in Vmma munitissimas, alias omnes curaverat restaurari jam collapsas. De-
 cumbenti autem in lecto ægritudinis, advenere amici, partim sanguine,
 partim obsequio juncti, cupientes accipere mercedem. Quibus ipse respon-
 dit sese eis jam contulisse, quæ dare statuerat, iussisque e palatio omnibus
 recedere, Præfecto interdixit ne ammodo intromitterentur. Designavit &
 thesaurum, ex quo debita persolverentur, ordinans ut residuum cederet S.
 Martino, à quo acceperat, & successori, ad cujus securitatem iussit omnia
 loca munita in fide conservari, ne quid adversitatis ex morte sua perveniret,
 ut sic liberius excederet. Corpus translatum in Basilicam Trajectensem, an-
 te summum altare sepelitur. Sub eo Ecclesiâ Trajectensis obtinuit à Went-
 selao Augusto, indulgum juxta formam sequentem.

Florentius
 Episcopus
 mortuus
 1394.

Episcopus
 curat Ecclia
 suam, & non
 amicos.

Privilegium Wenselai Regis Romanorum.

Wenselaus Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus, & Bo-
 hemiæ Rex. Notum facimus tenore præsentium universis. Etsi
 inter claras publicæ rei curas, quibus Sacræ Regiæ Majestatis
 circumspecta benignitas, universorum commodis & saluti di-
 gnatur intendere, ad ea tamen, quæ statum & salubrem utilitatem venerabi-
 lium Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum prospiciunt, signantur,
 ut in suis juribus & libertatibus illarum permaneant, tanto diligentioribus
 studiis inclinamur, quanto per hoc illius auxilio, qui principibus domina-
 tur, statum Regium nostrum credimus posse feliciter adaugeri. Sanè venera-
 bilium Decani & Capituli Trajectensis ecclesiæ devotorum nostrorum pen-
 satis incommodis, quibus per invasores & temerarios quamplurimos, ut
 fide dignâ relatione accepimus, in suis juribus molestari possent, & succu-
 bere, consideratis præclaris & multiplicibus eorum meritis, constanti fidoi
 puritate, ac innatæ devotionis insigniis, quibus Divis Regibus & Impera-
 toribus, progenitoribus nostris & antecessoribus, ac Sacro Rom. Imperio
 placere studuerunt accuratius, nec desinunt indefessi ad ea solerter in-
 quit, quæ nostri & ejusdem Imp. commodum prospiciunt & honorè, animo de-
 liberato, non per errorè, aut improvidè, sed ex certâ scientiâ, sano Principum
 nostrorum & fidelium accedente consilio ipsis gratias facimus infrascriptas.

Zz ;

Primo

liberato

1. *Decanus & Capitulum Magistratus aliqui qui huc reddis secularibus*
 Primo quod dicti venerabiles Decanus & Capitulum, qui pro tempore fuerint, possint auctoritate Regia Romana, ordinare, facere, creare seu instituire Iudices, Baliuos, Officiales seu Iustitarios sæculares, Barones, Milites seu Clientes, unum vel plures, ipsosque destituere, & alios vel alium de novo instituire, creare & ordinare, sicut ipsis Decano & Capitulo conveniens visum fuerit vel oportunum: qui adversus invasores, perturbatores, oppressores & molestatores jurium prædictorum, rerum mobilium & immobilium ecclesiæ Trajectensis prædictæ, & Capituli & singularum personarum & beneficiariorum ejusdem, Nec non adversus occupatores & fructuosos detentores, reddituum, fructuum, proventuum, decimarum & censuum suorum ubicunque consistentium, prætextu dignitatum, Officiorum, præbendarum & beneficiorum suorum, in dictâ Ecclesiâ consistentium, quocunque censeantur nomine, ad eos de jure seu de consuetudine quomodo libet pertinentium, per modum citationis, expansionis, arrestationis, & alias prout visum fuerit, faciant, reddant, & exhibeant, seu faciant, reddant & exhibeat, plenissimam justitiam juxta & secundum congrua & ordinaria, seu extraordinaria fori sæcularis auxilia, quibus cæteri sæculares in similibus casibus pro suis consequendis juribus potiuntur; ipsique iudicibus Ballivis, Officialibus seu justitiariis sæcularibus, ut præmittitur instituendi, præmissa faciendi damus præsentibus, de plenitudine Regia Romana potestatis, plenam & liberam facultatem & auctoritatem. Item cupientes ut Decanus Capitulum Canonici & beneficiarii prædictæ Ecclesiæ juxta Ecclesiasticas libertates quoad temporalia judicia illæsi permaneant, & defensi statuimus, concedimus & ordinamus, ut super quibuscunque querelis, quæstionibus, & causis etiam sæcularibus motis seu movendis per quoscunque seu quoscunque contra Ecclesiam Capitulum, & singulares personas prædictas, eorumque beneficia, fructus, redditus, libertates & jura, quocunque moveri, tractari, agitari, ventilari, finiri atque terminari debeant, coram eorundem Ecclesiæ Capituli, & personarum spirituali iudice competente, & super hoc in foro temporali seu verito, aut sæculari nullatenus molestari: Immo per præsentibus quibuscunque nostris, & Imperii sacri fidelibus, & aliorum quorumcunque sæcularibus, & temporalibus iustitiariis, & iudicibus specialiter inhibemus, Ne de huiusmodi causis, quæstionibus, & querelis se quomodo libet impendant, seu contra præmissa quicquam attentare præsumant. Deinceps auditis incommodis, expensis & laboribus gravissimis, quibus Ecclesia Capitulum, & personæ prædictæ fluctuare noscuntur, pro se suisque beneficiis, ac suorum, & eorundem beneficiariorum fructibus, bonis, juribus, & libertatibus pacificè conservandis, eadem auctoritate statuimus & ordinamus, ut idoneus nuncius & Procurator Ecclesiæ Capituli & singularium personarum prædictarum, coram quocunque iudice, & in quocunque iudicio sæculari, seu temporali comparere, expetere, recipere & obrinere complementum justitiæ, ac si præsentibus forent Capitulum & ipsæ personæ principales. Et ut nostræ Majestatis singularis

2. *Ecclesiastica persona ad forum Ecclesiasticum vocanda, & non aliud.*

quem

3. *Capitulum et eius personæ prædictæ ratione dæ re possunt.*

quam

&

laris

iaris affectio, quæ ad Ecclesiam, Capitulum & personas prædictas Regali
 favore protenditur, agnosci valeat, per abundè volumus, & auctoritate præ-
 dicta concedimus ex prærogativa singulari, ut Ecclesia Decanus, Capitu-
 lum, & omnia membra Ecclesie & Capituli prædictorum gaudeant & gau-
 dere debeant deinceps in perpetuum omnibus & singulis libertatibus, gra-
 tiis & privilegiis per quoscunque Divos Romanorum Imperatores, & Re-
 ges prædecessores nostros canonicè concessis & concedendis civibus & in-
 colis civitatis Trajectensis, nostris & Imperii Sacri fidelibus dilectis, qui-
 bus ipsi cives & incolæ gaudeant & potiuntur, ipsorum tamen civium &
 incolarum privilegiis, gratiis & libertatibus semper salvis: Mandantes o-
 ranibus & singulis, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Militi-
 bus, Clientibus, Civitatibus, Communitatibus, popularibus, & aliis qui-
 buscunque nostris, & ejusdem Sacri Imperii fidelibus dilectis, sub obten-
 tu gratiæ Regiæ Majestatis, ut dictos Ecclesiam, Capitulum & singulas per-
 sonas, in privilegiis, gratiis, concessionibus, statutis & ordinationibus per
 Majestatem nostram Regiam elargitis tueantur, defendant & foveant, nec
 permittant ipsa privilegia, gratias, statuta, concessionibus & ordinationes no-
 stræ Regiæ Majestatis infringi, seu quomodo libet violari, seu ipsos Eccle-
 siam, Capitulum & singulas personas contra eadem privilegia, gratias, sta-
 tuta, concessionibus, & ordinationes molestari, impediri, seu quomodo libet
 derogari. Contrarium verò facientes præmissorum indignationem gra-
 vissimam nostræ Regiæ Majestatis præsentium sub tenore se noverit incur-
 surum, sub nostræ Regiæ Majestatis sigillo testimonioque literarum. Datum
 Pragæ, anno Domini Millesimo, trecentesimo, octuagesimo secundo xij.
 Kal. Maii, Regnorum nostrorum Bohemiarum anno vicefimo, Romanorum ve-
 ro sexto.

4
 Confirmatio
 veterum pri-
 vilegiorum.

1382
 præsentium sub tenore

Fredericus Episcopus 51.

FVnere itaque Florentii Episcopi solenni pompâ delato Trajectum, at-
 que humato, xviiij. die sequente Albertus Dux Bavarie, Comes Hollan-
 dia, item Wilhelmus Dux Gelrie accessere Trajectum, uterque ad hoc
 tendens, ut pro voto eligeretur Episcopus. Cumque ille Rogerium
 quendam de Bronchorst, & hic Fredericum de Blanckenhem Episcopum
 Argentinenf. civitatis dispare sententiâ commendarent, quamvis Wilhel-
 mus Dux Alberti filiam duxisset uxorem, Capitulum ex hoc frustra auxi-
 lium rogavit utrumque, ut in unum convenirent: sic processum ad suffra-
 gia, uterque commendatus sub contentione eligitur. Verum Fredericus
 longe majoribus votis, quem idcirco Bonifacius Pontifex Rom. accepto ge-
 minæ electionis decreto, rejecto Rogerio Ecclesie præfecit tanquam ap-
 tiorum.

De hoc multa parum
laudanda ex Wimphelm-
gio Guillelmannis de epi
Argentinensi, quem tunc
non innotuit principem
expecta est dicitur
+ traiectionis.

Interius a
Rasvoldis.

putida et igno-
rae ratio.

ut

Coevordia
& Trenta-
ni Episcopo
reddita
1198.

comiti ostendit
Hollandiae com: filij.

Casus bel-
li in Frisiam
ab Alberto
Bavaro su-
scripti.

Hic Albertus nubinga
dominus a Boeken. Et
smalli Holland dicitur.
Andreas vero in Cron. Bau-
straubinga eum tenuisse
et sine liberis obijt. Hic
vide Huten errorem pabel-
ad hunc puerum parvis scribitis.

riorem. Confirmatus itaque Fredericus, illicò concepit in animo accedere Trajectum, quo venit ipso die dicato, Martino patrono, Comitatus Wilhelmo Duce Iuliaceno, plurimisque aliis Illustribus & Nobilibus cum magno plausu cleri ac populi exceptus, cepitque de securitate Reipublicæ securam cogitare & recuperare loca, si quæ adhuc essent alienata. Intelligens itaque damna & injurias, per quendam Bitterum de Campo furioso (Raesveldt vocant) ac suos locis citra Isulam illatas, tam sub prædecessore suo, quam etiam post illius obitum, & impunè indies magis ac magis grassaretur, coadunato equitatu ac peditatu non spernendo, anno M. ccc. xciiij, mense Augusto parenter intrat provinciam olim Westphalorum, sive verius Occidentalium flavorum, unde Longobardos produisse volunt, quorum Reges sese Flavios idcirco prænominavere, modo Episcopo Monasteriensi (subjectam, in parte, ubi illi de Campo furioso residebant, quorum Ditiones prædationibus & incendiis etiam citra Lippiam fluvium penitus reddidit desolatam, ita & longo tempore vestigia extarent paucis arcibus munitis demptis. Reversus ad sua spoliis opimis exercitu onusto, Arcem præterea cum municipio Coevordia Tarentanorum præsidium, pro modico arte dudum impignorum, & per plerosque prædecessores repetitum, perscrutatis archivis, & invento pacti chirographo, cum Præfectus illius oblatum atque mutuum accipere recusaret, collectis viribus post longam obsidionem Mccc. xcv. anno ad deditionem compulsi, Duce Gelria ab aliis potentibus, & amicis Præfecti in subsidium sollicitato frustra comminante. Quem Trajectani atque Amersfordiani terruerunt, ne pedem moveret, quo medio provincia Tarentanorum Ecclesiæ restituta est. Anno eodem Wilhelmo Comiti Hollandiæ assedenti mensæ Regis Franciæ, fecialis (quem Heraldum vocant) laceravit mantile sibi antepositum, obiciens indignum fore, quod aliquis interesset mensæ Regiæ carens insigniis armorum, innuens insignia ipsius Wilhelmi apud Frisios Orientales amissa. Comes itaque erubescens, exsurrexit, & concessit in Hannoniam, dirigit Comitem Niverrensem inter nuntium ad Albertum Ducem patrem agentem in Hollandiâ, alioquin sibi offensum instigatione pravorum, & ob factiones, quæ tunc efferverant, denunciante opprobria sibi illata. Dux itaque in iram commotus, accivit Wilhelmum filium, ignoscens illi quicquid in partem commisisse potuerat. Et anno sequenti xcvi. adunans ingentem exercitum nobilium equitum atque peditum, inter quos erat natu senior Wilhelmus Comes Frisiæ Orientalis, atque junior Albertus Dux Baviariæ cum Comitibus de Salmis, sive Heinfberch, & Domino de Parwis ex suis. Ex Francis autem Comes sancti Pauli, Namurcensis, Præfectus de Meens, & primogenitus Regis Carolus de Laboret: ex Anglis item Comes de Stalgies, & Præfectus Cornugaliæ quadringentorum velorum traduxit ad portum Cuneæ, ubi Frisios, qui Stellingi dicuntur, intrepidè occurrentes, straverunt, ex quibus interiere supra mille ducentos. Post biduum misit partem exercitus versus Lavicanos, qui potentes obviantes impediverunt, ne exercitus Alberti in terram descende-
re aude-

ze auderept, sed captis Frisiorum navibus, retrocessere, & paulo post Albertus Dux rediit in Hollandiam, dissolvens cum gratiarum actione omnes auxiliatorum Comitatum. Eodem anno Iohannes Præfectus arcis saxi Rhenani, Rynenstein vocant, coadunata manu valida ex Brabantia, Leodio atque Gelria intrat arcem suam præfaram sitam in Territorio oppidi Vianensis, indicens Præfecto illius bellum, quo intellecto Trajectani, miserunt subsidia in Vianen, quæ in itinere passa fuerunt insultrum ab ipso Iohanne, qui tamen facta hinc inde strage coactus se recepit in suam arcem, quam Trajectani illicò obsederunt, & multis machinis atque tormentis oppugnarunt. Quibus Episcopus ex Transulani advolans, tulit suppetias, & se obsidentibus adjuvit cum Præfectis de Abconda, Nievelde, & Montisfortis, Renesse, & Viane, qui haud segniter assuerunt, & tandem facta arcis deditio, & salvis corporibus datis, qui intus erant alia in potestatem Episcopi, qui tunc faceret subridens, Nunquam vidi, inquit, tot egregios longos muros una decipula captos. Erant enim trecenti, qui gravi ære redimebantur, Præfectus autem pridem Coevordia, accepta deditio arcis Saxi Rhenani, & clade suorum, iudicabat rebus suis extremitatem adesse, inter quod amicorum interventu paciscebatur, quod ipse quondam Præfectus consignaret Episcopo chyrographa, & titulos impignorationis oppidi atque arcis Coevordia, cui Episcopus persolveret trecenta scuta antiqua: possessiones autem, quas Præfectus in Tarentia habuerat, sibi salvæ manerent, quo pacto discordes animi compositi sunt.

Bellum Episcopi cum Domino de Rynenstein.

Abconda, Nievelde, Montisfort, Renesse, Viane.

Novi Campi, id est

Pactio compositio cum Præfecto Coevordia.

Eodem anno xcvij. Albertus Dux memor cædis patris Wilhelmi inultra, ut illam vindicaret, congregavit non spernendam manum armatam apud Enckhusiam oppidum, quam cum Wilhelmo Duce natu major, quem Præfecti de Bredenroede, Arckel, Egmond, & nobiles Anglici comitabantur, præmisit in Frisiam: qui applicans, fixit tentoria in Provinciam dictam de Lemmers, quibus Staurientes occurrentes, occulis aliquot ex suis, sese subdidere victori, paucis viris exceptis, quos in fidem patris jurare compulit, & iudices & Præfectos dedit. Et tunc idem Wilhelmus insignia & arma pro patris occisi recepit. Paulo post rebellantibus Frisii, nitentibus & Stauriam & Doccum occupare: Wilhelmus cum Iohanne fratre, qui tunc Leodienf. electus, impiger revertitur in Frisiam apud Stauriam, ubi rursùm eos ad fidem coegit. Demum apud Voswerde reliquos Frisios obviantes, in fugam convertit, Doccum obsidione liberavit, inde progressi ad Luyn, reliquos in gratiam recipit. Et Groningenses nomine patris jurarunt eidem fidem, verum non multo post quam exercitus in Hollandiam reversus esset, magna pars rursùm rebellavit.

Comes rœn perat arma patris sui.

maior

vide Vbonum Emmiæ rec. Farjurarum lib. xvi.

Groningenses iuranti Alberto Duce.

Fredericus autem Episcopus sollicitus circa rem Ecclesiæ, accepto quod Groningenses patentibus cartis & sigillis recognovissent se subiectos Ecclesiæ Trajectens, admonuit eos, quod erga sanctum Martinum atque ipsum adhiberent, qualem tenerentur, & vicissim eos clementer exciperet; cum que desuper haberentur conventus abique aliquo effectu, posuit juxta oppidum.

eam fidem Groningenses ab ipsi scopus suo.

pidum duo valla, ne accessus ullus eis pateret ad Hollandiam aut Gelciam, cumque nec hoc modo recipiscerent, obsedit cum valida manu oppidum à latere Tarentanorum anno M. cccc. ubi crebri committebantur hinc inde conflictus, cum magna pertinaciâ Grunorum, qui interdum erumpentes comminabantur ~~per~~ prælium. Sed Episcopus nihilominus imperterritus, perstetit aliquandiu, postea impositis magnis præsiidiis, ipsis vallis obsidionem solvit, & quæstio paulo post composita est.

Eodem anno Iohannes Præfectus in Arclo indixit Alberto Duci bellum, & nisus est occupare oppidum, quod vocant Antiquas aquas, sed cives restitere. Demum grassatus per Territorium ad fluvium Alblas situm, undique prædas atque incendia exercuit. Indixit etiam Wilhelmo filio Alberti ~~ag-~~ in Hannoniâ bellum, quod Feialis in præsentia Philippi Ducis Burgundiæ per epistolam denunciavit, quem iussit humaniter excipi, & postea accumulatum muneribus, dimisit, lætum (inquiens) attulisti nuncium bonum: nam Dominum tuum denunciasti hostem nobis, jam per nos stabit, quando unquam ejus reddamur amici. Capto itaque consilio cum Philippo Duce, Wilhelmus subito accessit patrem in Hollandiam. Protinus Albertus collecto exercitu, adjunctoque sibi Adulpho Duce Clivense, vastat Ditionem præfecti de Arckel, tempore messis, & rediit, qui provocatus ab ipso Præfecto ad conflictum, illum terga vertere coegit amissis signis: sollicitatis etiam civibus Trajectanis in auxilium sub pactis sese junxere, quod Dux nullas condiciones pacis iniret, absque consensu & scitu Trajectanorum, Item cum Præfectus de Arclo spoliasset ecclesiam Trajectensem dominijs de Hagenstain & Haestrecht, quicumque Episcopus cum septem stolis affirmaret arcem de Hagenstain cum ea parte Leccæ fl, ubi Territorio Trajectensi alluit ad Ecclesiam spectare sibi cederet, & quicumque arx atque oppidum de Leerdam occuparetur, cum Præfectus illa ab Ecclesia in feudum teneret, quod Territorium similiter cederet Episcopo, & sub his conditionibus, quæ etiam archivis commissa retinentur, initum est sociale bellum. Anno itaque M. cccc. ij. obsidentur oppidum Goricum, atque arx in qua Præfectus erat, & sic arcis occupatio cum tormentis & machinis, & arx undique quassata, quæ tamen habebatur munitior totius provincie: Qui intrus erant fortiter resistebant, & crebras eruptiones facientes, occurrunt Walravium de Bredentode, Florentium Borfalix, & Iohannem electum Leodicens. filium Alberti, quod ille tulit ægerimè; Iohannes autem nitebatur componere pacem, quæ subsequuta est pro nutu & voluntate Præfecti de Arckel, quia omnia sua retinuit, & captivos pro libito ære multavit; Wilhelmo Duce id molestè ferente, qui tamen paternæ ordinationi non contradixit. Præfectus verdè de Arckel, qui jam sælix esse potuit, factus ex prospero successu elatior, illic scripsit Trajectanis, quod se declararent, an vellent sub pace comprehendi, alioquin haberet eos loco hostium, & hoc medio renovatur bellum. Trajectani circumgyrantes, & per Territorium continuas faciebant incursiones omnia desolando; Præfecto ex adverso, ubi poterat incen-

inire
Extant literæ huius
compositionis amicæ

1399

Gudewater.

agenti

Iohanni Ar
culensi Du
ci Alberto
bellum facit

quandocunque

quandocunque

Bellum so
ciale contra
Arckensē.

oppugnatio in hinc

Bellum fini
tum renovat
um cum Teas
in hinc.

incendiis cuncta vastando, & continuatur bellum inter Trajectanos & Vianenses socios, ac Præfectum biennio ac semi, paulo post incendit Præfectus portum dictum de Vaert de patrimonio Episcopi, quod ille indignanter tulit, quia nihil hostile gesserat contra Præfectum.

Anno M.ccc.iiiij. die 12 Decembris decessit Albertus dux Bavariz, Hollandiz, Zelandiz, atque Hannoniz Comes, qui rexerat xlvj. annis: cui successit Guilielmus major natus Comes Frisiz Orientalis, anno sequenti durante adhuc bello inter Præfectum de Arckel & Vianen, Gisbertus de Isendoorn erumpens ex Gorcum, occupavit & deprædatus est oppidum Woudrichem, existens Ditionis Wilhelmi Ducis contra fœdus initum, qui idcirco provocatus meditabatur ipsi Præfecto de Arcklo reponere vices, & confilians sibi Trajectanos sub prioribus pactis cum parte initis, cum quibus inter venit etiam Episcopus, propter crebra damna sibi per Præfectum de Arcklo illata, qui omnes mutuis viribus oppidum Hagenstein atque arcem, Item & aliam arcem Everstein ad mille passus vix à se distantem, quibus totius Lecca fluvii imperium Præfectus de Arcklo sibi vendicabat; fossa inter media separantes, & valla opposites, crates ~~extraxit~~ ad transitum. Tam Episcopus Everstein, & Dux Hagenstein prefferant obsidione, prout diu in animo conceperat. Nam pro insignis unà cum plerisque Nobilibus fautoribus gestare consuevit sepem autem in collo, cum repagulo, nemine præsumente, quid id sibi veller, quod tunc declaravit. Nam exfectis & collectis undique salicibus, arcem cum oppido fortissimâ cinxit sepe, ita ut nemini pateret exitus aut ingressus. Fredericus quoque Episcopus haud impiger in suo proposito, confectis quinque cataractis, quas cum manu fossorum produxit usque vallum arcis, quo viso petentibus colloquia, qui intus erant, & frustra animum Episcopi tentantibus, fuit responsum: Sat est vobis scire voluntatem Domini Episcopi, cum aliud non fiet: Tum sese dedere bonis & corporibus eorum salvis, datâ fide, quod nunquam arma ferrent, nec consilium vel favorem præstarent aduersus Episcopum aut Ecclesiam suam, aut ducem, cujus ductu omnia gerebantur. Sed quæ intus erant spectantia Præfecto, quæ eorum iuramentis designare debebant, cederent cum arce Episcopo. Qui illicô iussit arcem incendi, ac funditus demoliri. Videntes autem obsessi in Hagenstein, consternati animis, obtulerunt similiter deditionem corporibus & bonis salvis, quod obrinere nequiverant, sed solum salvis corporibus, & sub potestate Ducis. Et illicô oppidum expoliatum cum arce traditur igni, & humo tenus deletur. Sic Præfectus cõdignas perfidiz exolvit pœnas, fortunata erat deditio, nam paulo post reversa sunt, quæ documenta proprietatis Episcopus Wilhelmo Duci ostendit, & sic uterque contentus, discessit ad sua.

Circa eadem tempora Iohannes minor natus ex nobili familia de Bredenoede nupserat filie Principis Abconde, quam latius invitam induxit, ut apud vicum Dorestatum sacrum assumeret velamen, ubi & vorum fecit: ipse verò profectus est vitam Carthusianam desperatione quadam, uti creditur, ductus:

1404. Albertus Dux Bavariz, Comes Hollandiz mortuus: cui successit filius Guilielmus.

Hagenstein et Everstein arces obsidentur

excitabant ul. aptabant.

Bulla à collo pendente sepes arces.

appendentem

Everstein deditur. Et ab Episcopo excusat.

Hagenstein incendio eorum sumitur.

ablata ad Ecclesiam

Coniugis vitam monasticam eligens.

ductus, quia patre superstite adhuc ad possessiones pro ambizioso statu ductendo pertingere nequibat. Mortuo itaque Principe Abconde patre, dominia iam filia initiata sacris, & sic inepta ad successionem, devolvebantur ad familiam de Gaesbeeck. Verum Iohannes penitentia ductus, exuens habitum cum parva manu, vicum Dorestadum clam intrat, uxorem iam Deo devotam, contra fas extrahit, sperans se cum illa potiturum Apconda. Verum cives illico denunciarunt Episcopo cum cursore, qui suppetias tulit: Iohannem cepit, & aliquot ex complicibus capite plecti, & in loco profano humari fecit. Advocans autem Praefectum de Gaesbeeck, jam recuperavimus (inquit) hunc vicum Dorestatum & in potestatem nostram redegitimus, & te liberavimus a Iohanne hoste tuo, Recipe rursum oppidum, & esto amodo amicus, & non ingratus; Cui ille perpetuam fidem iurejurando promisit & auxilium, quod male adimplevit, uti videbitur suo loco. Et Episcopus facta donatione Vici instituit etiam illum in arcem Apconda.

Sed mutata fortuna, redemit ad prosem & cum: sed prohibentur

Abconda condit Dominio de Gaesbeeck

Iam redeamus ad Praefectum de Arclo: hic ex filia Principis Iuliacensis habuit filium secum omnino discordantem propter inutile bellum, quod nolens assumpsit, & semper detestatus est, timens sinistram eventum, postquam sese ad pacem, quam filius desiderabat, flectere volebat, & sanioribus civibus ex Gorcum similiter displicebat, qui filio, qui ex linea materna magnas haberet clientelas, id sollicitanti sese contra patrem confederarunt. Edoctus pater de hoc conceptu, conscendens equum, tendit Gorcum, cui denegatur ingressus, & omnium colloquium, tunc animum applicavit ad conciliandum sibi filium, quod & fecit. Cives vero Gorcumentes hoc audientes, & timentes capitibus suis imminere periculum, quare omnes aditus pracludebant, & vigiliis & custodias multiplicabant, quoniam sciebant patrem cum filio meditato ingressum, mittensque nuncios ad avunculum filii Principem Iuliacensem pro defensione & suppetiis: & ille ferre recusasset, afferens se nolle intromittere, accesserunt Wilhelmum Ducem

Gorcum & Leerdam se dant in clientelam Duci VII. Wilhelmi, & Comiti in Hollandia

1407. Arclensis per filium secum pat. Gorcii.

Dux Geltriae Acculensi suppetias

Barvariae, & Comitem Hollandiae: cum quo pacti sunt consignare oppida Gorcum & Leerdam in potestatem ipsius, & rursus ipse protegeret contra patrem & filium, & alios illi adhaeruros, volentes eos opprimere, & sic assecutus est Dominium. In te tam desperata, Praefectus cum filio omni ope atque consilio destituti, meritam sustinentes ultionem, adhuc pertinacibus animis moliebantur recuperare deperdita, confidens Gorcum recepro se invenire amicos, & sic quam secretissime tentatis aliquibus civibus xii. die Septembris, anno M. cccc. vij. filius clam moenia conscendit, & oppido potitur, in quo invenit Walravum de Brederode, antea patris captivum. Wilhelmus vero Comes Hollandiae, accepto nuncio cum celeri apparatu accessit arcem, & adauxit praesidia, conscribens interim equitatum atque peditatum: advocans etiam Trajectanos & Vianenses in auxilium, qui haud segniter affuere, & illic fixit tentoria contra arcem, opsidendo oppidum. Intelligens Reinaldus Dux Geltriae oppidum rursus esse in potestate nepotis sui, & parva manu iam obsideri, adunavit ingentem exercitum, & indixit Wilhelmo bellum,

bellum, jam agenti in castris, & adducens secum magnos commeatus & tormenta, nisus est ferre suppetias nepoti suo, cui cives obviantes usque flumen Lingam adduxere commeatus. At Wilhelmus movens castra, occurrit Duci Gelriæ usque sacellum situm in aggere, ibique pernoctavit imperterritus non detrectans prælium. Verum Duce Gelriæ eadem nocte retrocedente, Wilhelmus rursus rediit ad præsidia, & munita arce, revertitur in Hollandiam, filius Præfecti contradidit oppidum in potestatem Ducis Gelriæ, & sic inter cives & illos ex arce assidua committebantur cædes, & similiter rapinæ inter Hollandinos & Gelrios. Instabat etiam asperissima hyems, ut facilior ingressus esset in ipsam Hollandiam. Sic Gelrij semel fecere incursiones, & in Territorium Heusden, cum magna tamen eorum clade, nec ammōdo reversi sunt. At Wilhelmus Comes posuit præsidium in Dalem, juxta arcem Loevenstain, præveniēs Ducem Gelriæ, qui hoc ipsum meditabatur, superveniens re nondum perfectâ, ubi acriter pugnatum extitit die cœnæ Domini Gelriis in fugam conversis, & Hollandinis inchoatum opus perficientibus. Paulo post factæ sunt induciæ triennales, ut etiam fieret commerciorum communicatio, demptis exulibus, qui propter Wilhelmum Ducem ex Gorcum proscripti erant, quos tamen sequententur bona.

Gorcum vocatur Duci Gelriæ.

Hollus cum Gelriis induciæ triennales obibona.

Circa hæc tempora petenti Iohanni electo Leodiens. Wilhelmus Comes frater ejus contulit novum oppidum Woerden cum Territorio & illius jurisdictione exceptâ Antiquâ aquâ, annuens ut mansionem cum securo cubiculo similiter construere liceret, qui tunc ædificavit illam munitissimam arcem, quæ adhuc super est. Quod considerans Wilhelmus, dixit fratri, utique istud est securum cubile, sed omninō præcavendum erit, ne nobis, aut posteris reddatur perniciosum.

Arx Woerden ab electo Leodiensi pro cubiculo constructa.

Oude water

Eodem ferme tempore defecerunt Leodienfes à Iohanne designato eorū Episcopo, quia recusabat in ipsius factis Duce Præfecto de Parwies instigare, & occasionem hanc capiente sub spe intrudendi filium suum in sedem. Trajectum tamen ad Mosam fl. mansit in fide Iohannis, qui in eodem obsessus debatur. Vnde Iohannes Burgundiæ, & Antonius Brabantia Ducis fratres cum Comite Namurcensi, cum multis proceribus ad arma per Wilhelmum Comitem Hollandiæ allecti, auxilium obsessis ferre properabant. Leodienfes verò intelligentes V Wilhelmum cum exercitu adesse, obsidionem solvūt, occurrentes usque Tongras, ubi prælium inicitur anceps, & pugnatum diu hinc inde fortiter. Tandem ex latere per industriam Comitis Namurcensis irumpitur ordo Leodiensis, qui miserabiliter perimuntur, occiso etiam Præside de Parwijs eorum ductore, ferunt interiisse super xxij. mille hominum. Pugna contigit circa medium mensis Septembris. Hæc autem victoria elati, & non contenti, Iohannes Dux inter cæteros cum Iohanne electo obsequitantes cadavera cæsorū jam detractis exuviis per tumulos jacentium inspectâ tantâ multitudine dixisse fertur ad electum: Præstasset ne char-

Leodienfes à Iohanne designato Episcopo defecerunt instigante Domino de Parwies.

inibari

milla

*Leodiensis
in gratiam
recepti tra-
ditis s. q. re
bellium, &
decollatis*

riſſime nepos, te fuiſſe initiatum ſacris, quam tot hominum millia propter te interiſſe? Tum Leodienſes ſupplices precantes veniam, haud obtinuerunt, niſi prius viginti quatuor ex eis pro arbitrio principum traditis, qui auctores motuum credebantur (heu triſte ſpectaculum) ad Clivum urbis decollatis, & ſic in gratiam reſidui ægrè recepti, triumphantes exceperunt.

Anno M. ccccx. finitis induciis inter Duces Wilhelmum & Reinaldum Wilhelmus conſiliavit ſibi Amersfordenſes, & obtinuit ſuos habere introitum atque egreſſum in oppidum, ex quo provinciæ Geltriæ magna incommoda intulit. Intercurrebatur per amicos pro pace: ſed Wilhelmus nullas admittit conditiones, ſemper obaudiens oblatas, niſi ante omnia obrento Dominio de Arclo. Perpendentes itaque æquum fore, ſi in uno velleſſet frui voluntate ſua, ſaltem in alio viciffim condeſcenderet, & præfectum de Arcklo ex parte compenſaret, ſic cavebant formã ſequente. Renaldus Dux Geltriæ atque ſuliaci, traderet oppidum Goreum cum totã ditione Domini de Arclo Duci Wilhelmo, & induceret filium ad cedendum jure ſuo, & actionem etiam Domini de Leerdaſſen, & omni ſucceſſioni devolutivã in poſterum à patre ſuo. Præfecto vice verſã pro hujusmodi renunciatione perſolveret Wilhelmus Dux Renaldo Duci, ſtatim terminis centena millia ſcutorum, & iſto medio facta eſt amicitia inter Ducem & filium Præfecti, eo ſecluſo, pax iſta concluſa fuit oppido Dorreſtato anno xij. At Dux Renaldus reverſus in Geltriam, convenit cum Præfecto de Arckel, tradens illi arcem Oyam, cum illius diſtrictu, & quinque millia quingentos aureos ex Theloneo Lobeke ad ejus vitam, filio autem coſignavit Præfecturam Bor-næ cum Territorio adjacente, & loco iſtorum manerent Duci illa centena millia ſcutorum.

*Pax inter
Ducem Gel-
triæ & Vici-
um Co-
mitem Hol-
landiæ ſu-
per Diſtrictu
Arcloniſſi.*

*Lobeke Tho-
masum, ho-
ſtis heretici
ſupplicis præ-
ſentis inſi-
ſtitio.*

Hoc anno pullulavit in Trajecto ſeditio non modica inſtinctu illorum de Arckel, qui memores everſionis arcis Everſtain; adhærentes idcirco nobilibus de Bredenroede contra illos de Gaefbeek, longe contra antiquam amicitiam, quã familia de Bredenroede Trajectanis ſemper jungebantur, & ſimiliter ſeminantes diſcordias inter illos de Bredenroede & Montfoert eduxerunt, ut ex ſcintillã modicã erumperet maximum incendium. Nam anno xij. Kalend. Aprilis, quum Magiſtratus ſenior atque novus ex cauſã debebant congregari, conſpiratores nocte præcedente ſubornarunt alios ſue factionis, ut in mane adeſſent ante foras domus Conſilii, perſuadentes populo, quoscuſque ſibi credebant infeſtos, civitatem Wilhelmo Duci addiſſe, & velle tradere. Magiſtratu itaque congregato, fit clamor publicus: Volumus civitatem in priſtina manere libertate, in vitis etiam cunctis renitentibus in contrarium, & rumor in tantum efferbuit, ut Magiſtratus congeretur convocare cives ſingulos, & proſcribere quotquot illi nominabãt, & Hermannus de Lochoſt Decanus major tunc primum locum ſibi vendicabat inter auctores. Proſcripti ſunt autem Iohannes de Lichtenberch, de Lanſcroen, & Iohannes de Clarenborch, qui tunc dicebantur Magiſtracivium, Walterus Grawert ſenior, Bernadus Proeis Schultetus, & eorum amici

*a. Ch. 1213
Trajecti
ſeditio.*

rent

*Civis cauſa
invidiosa
proſcripti.*

civium, Walterus Grawert ſenior, Bernadus Proeis Schultetus, & eorum amici

amici omnes atque fautores amovebantur Magistratu nemine audente contradicere, ut nullus esset patronus aut intercessor proscriptorum, qui confugientes Amersfordiam, crebris literis pulsarunt Magistratum, ut in iustitiâ audirentur, offerentes in loco quolibet non suspecto sese sponte ~~ete~~, custodia publicæ exhibituros, donec se ritè purgassent, sed in vanum laborarunt. Idipsum exposuerunt Episcopo, qui idcirco accedens Trajectum, in dicto Capitulo duorum statuum Ecclesiæ scilicet & Nobilium equestrium, & exhibitâ quartelâ ad legendum in præsentia Decani Majoris, Iohannis Spiegel, & aliorum unius factionis, qui assurgentes proclamarunt, non esse oportunum de similibus facere sermonem. Videntes autem proscripti se auctoritate Episcopi etiam nil profecturos, confugerunt ad Ducem Wilhelmum, qui eos in protectionem suam suscepit, & consolatus est blandè, Decanus autem cum suis complicibus, videntes se magnanimo Præsule proponente, impunè locutos, nec aliud subsequi, audaciores affecti indies magis ac magis proscribebant sibi suspectos, ita ut civitas & civibus videretur evacuati & carere negociis, quia per Hollandiam commercia nulla exercere poterant, ita ut magnum oriretur murmur. Quodam autem tempore dum Magistratus consilium iniret, & Iohannes Spiegel ad prandium iret, accidit contentio inter ejus famulum & ministrum Magistratus; qui ab illo vulneratus, concivit amicos in ultionem, qui accedentes Iohannem objecerunt sibi temeritiam & insolitam violentiam, & accrescente populo idem Iohannes ad domum salutis causâ confugit, cujus foribus per vim effectis, ille exiit per fenestram. Decanus autem hoc intelligens, suos ad arma convocans, ita insequitur ab omnibus, ut propositi compos fieri nequiret, sed in loco religioso cum fratre se salvaret. Eodem tamen die Decanus cum Iohanne Spiegel proscripti sunt, & extra civitatem educti cum Ibrando fratre Frederico de Aa, Iohanne Mach, & aliis consensu anno xv. Reliquos verò, qui adhuc in urbe hujusmodi factionis inveniebantur præ multitudine non sunt proscripti, sed adjurati in fide & concordia civium permanere, quorum perfidia non cessavit, ita ut aliqui capite plecterentur. Et tunc Legati missi sunt ad Ducem Wilhelmum pro renuanda amicitia: quæ inita est pro omnibus, qui Decanum & Iohannem Spiegel urbe expulerant. Et paulo post Wilhelmus Dux veniens Trajectum mutua lætitiâ habendæ causâ, accepit Præsulem de Arclo per amicos suos captum, & deductum ad oppidum Septem montium, sic valedicens amicis, rediit in Hollandiam, ubi illum sibi fecit præsentari, ex quo plurima secreta scrutatus, plenè intellexit, qui fuissent auctores ad tradendum eum, & servans prudenter reconditum, ignorantiam dissimulavit, differens in tempus opportunum. Siquidem reconciliatis Ducibus Wilhelmo & Renaldo, ut supra scribitur. Wilhelmus cum Nobilibus aliquot venit apud Ducem Renaldum pacificè in Veluam, ubi magnificè exceptus per sex dies epulis & venationibus recreabatur, ubi inter loquendum casu dixit Renaldus Wilhelmo: Ne pos potes tuæ dignitati benè gratulari, quod simul jam sumus concordēs,

*Offerunt se
iniri*

*Episcopus
se interpos
nit frustra.*

*Comes Hol
landia ex
les consula
tur.*

*Iohannes
Spiegel cau
pit sedition
foram.*

*Proscripti
sur cum
Decano
maioris &
alij. 145.*

renuanda

*Prudentia
Comitis in
dissimulâ
arcana qua
revertit.*

inter

interroganti Wilhelmo causam, respondit: Nisi inter nos esset pax & amicitia, jam fores in potestate nostra captivus, replicanti autem Wilhelmo placidè illud fore difficile admodum factu, iterato dixit Dux Gelriæ: Nepos, ut dictis nostris fidem præbeas, potentiores tuæ ditionis ad hoc præstassent cõfilium & favorem. Wilhelmus verò Dux subridens, finxit minus curare, tamen continuò secum volutabat in animo quinam esse possent, erat enim prudentissimus, & tenebat hanc conspirationem suæ captivitatis secretissimè, benè suspicans de aliquibus, qui secreta colloquia cum hostibus suis servarunt, sed simulabat se nescire donec jam omnia per Præfectum de Arkel detegerentur. Et uterque Dux se mutuò valedicentes discessere, Wilhelmo redeunte in Hollandiam: Amici verò eorum, qui auctores sceleris futuri erant, intelligentes hujusmodi rumores, accesserunt Ducem, dicentes causam hanc maximè esse ponderis, auctores verò nitebantur sese purgare, & stare juri in quolibet loco non suspecto. Et amici ita prosecuti sunt eorum causam, ut Dux Præfectis de Egmondâ ac Iselstain addiceret saluum ac tutum accessum & recessum ad comparandum staturo die, quod non fecerunt, & sic iussit causam eorum iudicio discuti. Qui convicti rei, capitis damnati sunt, bonis eorum fisco adjudicatis. Tum paulo post misso a caduciatore feciali ad cives oppidi Iselstain, monuit eos deditionis, cumque id respuerent, obsidione pressit anno xvj. Præfecti verò Vianensis & Culenburchensis amici, Præfecti de Iselstain, habentes pro comperto Ducis pertinaciam, quod obsidionem non solveret, nisi oppido in potestatem suam redacto, præveniendò perierunt à Duce admitti ad colloquium, quod etià obtinuerunt, & eo deduxerunt, ut uterque Præfectus Egmondæ atque Iselstain oppidum exirent, cum facultatibus suis intro existentibus, seque absente- rent ex Dominis Ducis non intraturâ ullo tempore absque ejus consensu, & Præfectus Egmondæ cederet juri ad oppidum & arcem de Iselstain sibi competenti in Ducem, qui vicissim illi & hæredibus suis perpetuis futuris temporibus penderet, annuo duo millia scutorum veterum, & Wilhelmo fratri suo annuo sexcenta scuta similia, & eorum matrî octingentas coronas, quamdiu ageret in humanis. Et sub his conditionibus consignatur oppidum cum arce in potestatem Ducis, cui cives præstaverunt illicid. fidem. Circa eadem tempora mense Novembri anni præcedentis factum est prælium ingens inter Francos & Anglicos, quos propter paucitatem dum timidos sentirent, Franci sub nullâ conditione in deditionem accipere nolent, ex desperatione reddidere audaces ac victores, cæsis millibus multis Francorum ob eorum solam superbiam, cum se de victoriâ jactarent securus.

Inteijt maxima Nobilitas ex parte Francorum, inter quos Dux Brabantia, & Comes Nivernensis, & Iohannes de Bredenroede. Ex parte Anglorum periit Rhufensis, Cujus oblatum obsequium tanquam Apostatæ Rex Francorum recusavit. Meditans itaque Dux Wilhelmus se confici senio, & unicam solum habere filiam, nomine Iacobam, quam desponsaverat secundo genito Regis Francia, convocatis itaque provinciarum suarum Nobilibus & prima

Colloquium
Ducum in
Vetua.

Iselstainum
obsidetur in
m. Ch. 1416

Conditiones
deditionis
Iselstain op-
pidi et arci

Angli ex di-
spiratione
victores in
pugna
Aincuria
sive Blan-
giana, anno
Ch. 1415.
4 Kal. Nov
1416.

& primatibus, designavit eis filiam unicam heredem sibi successuram, petens in verba sua jurari, & auxilium adesse, quando res exposceret. qui habitâ deliberatione, addixerunt se ita facturos, & facta sunt desuper legitima documenta, tunc Wilhelmus rediit in Hannoniam. Quo cum applicuisset, accepit nuncium de obitu primogeniti Regis Franciæ, & ~~facto~~ suo designato Regni heredem. Quem vocatum à patre Rege Wilhelmus, comitatus est donec susciperetur à Legatis. Interim quidam gratus ipsi ~~facto~~ accessit eundem, afferens loriam artificiosè fabricatam, quam illicò oblectatus pulchritudine illius induit, & probatam exiit. Et paulo post juvenis tantæ spei (quia ferebant intinctam veneno) infectus interiit, sepultus lectu publico apud Parisios. Wilhelmus verò revertens in Hannoniam, sentit inflammationem tibiæ, quâ dolere consuevit, & factâ incisione per chirurgum, languebat donec mors subsequeretur, cum gubernasset annis xij. Quâ auditâ, plerisque mœrore, alijs lætitiâ affecti; Præfectus quoque Egmondæ applicuit ingenium recuperandi oppidi Isestain, quod obtinuit. Præfecti verò de Brederode & Monteforti festinanter tulerunt supplicia illis, qui in arce erant, interpellantes auxilium à Trajectanis, promittentes si oppidum recuperare possent, illud cum arce se demolituros. Trajectani verò affuere impigri, & Iohannes electus Leodiensis similiter advolavit, se illis jungens cum oppidis Hollandiæ. Hæc agebantur anno xvij. in æstate. Trajectani & Amersfordenses habentes oppidum exosum, eo quod esset exulum suorum receptaculum, multum laborabant ad illius occupationem. Illi verò qui intus erant malè muniti ad sustinendam obsidionem, petiverunt colloquia mediatore Wilhelmo de Egmondâ, Ex improvviso, quod cives sefellit, conditio deditiois erat; Præfectus oppidi Isestain excederet, oppidum cum suis Comitibus & facultaribus, quas asportaverat secum, & exhiberetur sibi salvus conductus usque novum aggerem: Cives verò salvis corporibus statent arbitrio Comitum Jacobæ, quæ ascendens ad eum Magistratus cum Iohanne electo populam credentem se in verba ipsius juratum, ceperunt longè præter eorum opinionem, quia pacta ignorarunt. Trajectani verò & Amersfordenses sollicitantes importunè obtinuerunt potestatem oppidi, quod primò incendentes arcem ac portas & mœnia cum turribus delerunt funditus.

Defuncto Wilhelmo Comite, descendit Iacoba ejus filia ex Hannonia in Hollandiam, & suscipitur ab omnibus oppidis in Dominam, excepto Dorstaco, ubi Iohannes electus Leodiensis tanquam administrator, paulo post clam admittitur, quamvis Iacoba ex consilio ipsius & Philippi Ducis Borgundiæ, matre sua procurante nupserat, dispensante Romano Pontifice, quia se attinebant, Iohanni Duci Brabantia, iamque factio illorum, qui Cabellavi dicebantur rursus exsuscitatur auctoribus Præfectis de Arclo & Egmondâ. A quibus mense Septembri insequenti oppidum Gorcum rursus occupatur cum auxilio necessariorum suorum: & qui in fide Iacobæ erant confugerunt ad arcem, & illicò subsidium per literas petiverunt ab amicis,

Iacoba filia
Ducis
helmis heres
Ditionem
omnium us
nica recipi
tur ab Oza
nibus.

genero
genero suo

Compendij
ais M
rus.

fuerit Isestainensis

Isestainensis
occupatur
obsidetur &
deditur cer
tu conditio
nibus.

1418.

Isestainensis
deletur à
Trajectanis
bus & Am
ersforden
sibus.

Iacobæ tract
pitur ab om
nibus opp
raquam
traccon
sibus.

Gorcum de
cupatur ab
Amantibus

Bbb. præter

praesertim à Trajectanis & Amersfordianis, qui ex tempore advolarunt, Et
 Jacoba coadunata ex improvise manu tatis valida, navigio sese in arcem
 contulit, quo intellecto Trajectani atque Amersfordiani, cupientes sese jun-
 gere exercitui Jacobae, infringentes per industriam murum, & aperientes
 portam oppidi, respicientem ad arcem, non absque stupore hostium, qui
 magno milite gaudebant, & invitis illis, extensis signis per vicum sese ju-
 xerunt aliis exilientibus ex arce. Cumque Praefectus de Arckelo viribus
 suis confusus, offerret pro sequenti die occasionem pugnae, Jacoba cum suis
 respondentibus, sese pugnandi causa venisse, & velle pugnare, quando sibi

Recipitur
 manu sine
 preliante
 Jacoba

placeret; confestim hinc inde acceleratur ad arma. Erat fossa ingens disjun-
 gens Trajectanos & Amersfordianos ab adversariis, & ne viderentur signa
 canore receptui, cum quibus erectis venerunt si fossam circumirent animose
 tranantes in hostes erupere, junctis illis qui cum Jacoba advenerant, & post-
 quam diu hinc inde acriter pugnaretur, tandem mansit penes Jacobam vi-
 ctoria, quamvis oppidorum Hollandiae subsidia nondum adventassent, &
 filius Praefecti de Arckelo cuncta per ordinem disposuisset, Occubuit nihil-
 ominis cum Praefecto de Preterham, Ottone de Bueren aliisque Nobilibus
 & equestris ordinis captis Comite de Warfjeborch, Alardo Praefecto de Bue-
 ren cum aliis. Praefectus vero Egmondæ Johannes de Muidt, Theodricus
 de Linden, Nicolaus Oerdingen, & plerique alii ad numerum quadringen-
 torum captivi Trajectanorum effecti, Trajectum ducti sunt. Ex parte Ja-
 cobae desideratus Praefectus de Bredenroede. Ex adversariis milleni vel oc-
 cisi vel submersi. Acta est haec strages secundo Kal. Decemb. anno M. cccc. xv.

Sum

Harlar
 Raso de

1417. habet
 Meyerus,
 quæ vide.

Praefectus
 de Gruver-
 swic inva-
 dit Comita-
 tum Tuca-
 rum

Nyenhuys

Quo die Praefectus de Gfuterwijck dudum ex ministerio Episcopi congregatis equestribus copiis, invasit Comitatum Tuentanum, abducens magnam prædam in arces suas: Episcopus vero novitate rei permotus, cogitabat reponere injuriam à servo illatam, & sollicitantibus amicis in emendam pactum fuit, ut arx cum oppido dederetur Episcopo, & in potestate permaneret quinquennio: tunc enim illo transacto liceret redimere pro octonnis millibus & trecentenis florenis, alioquin perpetuo incorporata permanerent Episcopatu, & sic sopita fuit quaestio.

Jacobæ cele-
 bras nuptias
 cum Iohan-
 ne Duce
 Brabantia.

Paulo post celebratis nuptiis inter Iohannem Ducem Brabantiae, & Iacobam in Haga Comitum, Iohannes electus Leodiensis, invitis eis se contulit Dordraci, & multa damna Comitatu intulit, & paulo post oppidum Rotterdamsense ob praesidii incuriam occupavit, duorum fluminum hoc modo sibi vendicans imperium in magnum praediciam Jacobae. At Trajectani interim subvertunt reliquias oppidi Iselflain, si quae adhuc supererant, ne vestigia remanerent.

Philippus
 Dux Bur-
 gundia pa-
 cem facit in
 per Jacobam
 & Iohannem
 patrum.

Egmondani
 Burgundia pa-
 cem

Anno M. cccc. xix, descendit Philippus Iohannis Ducis Burgundiae filius in Hollandiam, ut discordes animos Principum componeret. Attinebat utrisque & indicto conventu apud Gorcum effecit, ut in patrem atque ipsum fieret compromissio, quorum auctoritate pax facta est Trajectanis atque ipsis Amersfordianis introclusis, quae ipsis male servata est, quia Egmondani

seclu-

secludebantur. Et quo Trajectani securius sibi consulerent, inierunt seorsum novas cum Duce Iohanne cōditiones, ut cives negociarentur liberius, pendentes idcirco magnam vim pecuniæ ad summam, uti creditur decem & octo millium aureorum. At confirmatis omnibus, invaditur statim navis onerata mercium, applicans ex Flandriâ & palo transfigitur in aquam, captis qui intro erant. Idipsum contigit secundæ navi, auctoribus Egmondanis, Iohanne electo adhuc agente Dordraci. A quo cum frustra peteretur restitutio, denunciatur querela oppidis Transiselanis, qui consulerunt acrius instandum, atque sollicitandum. Sic recurritur ad Iohannem Ducem Brabantiz atque Iacobam, qui post pacem pronunciatam, Hollandiâ excesserant quinquennali administratione Iohanni Duci Bavariz electo permissa, Favit Iacoba Trajectanis, sed omninò illi erat interdicta potestas, & Iohannes Dux venationibus & aucupis intentus nihili ducebat, quæ erant Reipublicæ, cum alias potuisset æquari Regibus potentia, nedum obaudivit Trajectanos. Immo cum evocasset aliquot cives eorum per Epistolas suas, qui etiam occisi fuerant, tulit æquanimiter. Postquam autem viderent iustitiam ipsis denegari, seque sperni, accesserunt Episcopum, qui deinceps in animo volutabat ad resarciendum damna suorum. Et inuito scedere cum Nobilibus suis & oppido Leiden, in cuius erat amicitia, & Præfecto illius ac Wilhelmo de Bredenroede, Iohanne de Haemstede, & plerisque aliis, quibus Egmondani & Gerardus de Heemskerck in festabantur: protinus indictum bellum Præfecto de Heemskerck atque omnibus qui suæ factionis erant. Fovebat enim magnas copias Proscriptorum, & Episcopus immisit Leidanis quingentos milites subsidiarios, qui magnam prædam undique cogebant. Verum ipse cum suis ac Leidanis accesserunt oppidum Gaudam, in quo Iohannes Dux tunc erat, & suburbia ac domos usque ad portas consumpsit flammis. Et cum nullus erumpere auderet onustus spoliis & captivis rediit. Nam Iohannes Dux Bavariz flocci pendens priora scedera, cum Duce Brabantiz Iacoba, & Trajectanis inita, novas amicitias inivit cum Reynaldo Duce Geltræ, & inter multa propter solam avaritiam pepigerunt: Quod si Præfectus Montisfortis sese ingereret prælio, & oppidum ipsum adipisceretur, cederet Iohanni Duci Bavariz, & incorporaretur Hollandiæ: Amersfordia autem cederet Duci Geltræ, & annectaretur Ducatui: Et decedente Episcopo, convenissent simul de aliquo bono successore, qui tunc cogereretur iure jurando affirmare, contra neutrum eorum, nec provincias sese aliquid attentaturum, & ad hoc mutuis viribus contenderent. Sed quia prius facta est per eos divisio patrimonii Divi Martini, quam tradita esset possessio; sic uterque defecit in vanis consiliis; quamvis Episcopum & Trajectanos multis injuriis afficientes, ad arma provocarunt invitos. Iohannes itaque jam offensus, congregatis suis, obsedit Leidim: Et arx dicta Poelgeest cessit primo transeunti: Leidani verò magnas strages intulerunt ejus exercitui continuo. Interim Reinaldus Dux juxta scedera inter eos inierat, sit hostis Episcopi atque Trajectinorum, attrahens Episcopos, Colonien-

Navis in
Flandria
appellatur
aspicitur
que bellis;

Iohannes
Dux Brabantie
non curat
Reipublicam.

Trajectanus
spectat à Brabantia,
implorat episcopum
suis Episcopi

Iohannes
Dux Bavariz
contra
Iacobam
novam
scedera cum
Duce Geltræ

Leidam
desert à
vires

Reinaldus sem, Monasteriensem, Ducem Montens. Comitem Morfaciorum cum Præfectis de Gaesbeec & Culenburch in suam partem, de quibus tamen Episcopus non malè meritis erat, cui etiam fide obstringebantur. At Reinaldus tot viribus suffultus, ducit in Amersfordianos. Qui advenientibus pararunt occultas insidias, sed aduersitatem passi, suis aliquot captis aut trucidatis, adjecerunt hosti audaciam. Episcopus illicò pro consolatione misit eis quingentos armatos. Dux nihilominus progrediens usque Emam fluvium tendens ad obsidionem, exercitum usque adeo numerosum adduxit, ut ab ortu usque occasum Solis occuparentur lustratione. In quos Amersfordiani ingentem torserunt machinam, bombardam vocat, & illicò factis inducis xxiii. horarum Dux cum suis movens castra, reversus est in suam Provinciam. Inter tot angustias Episcopus ac Trajectini in magnâ constantia perseverantes, ut omnibus incommodis obsisterent, etiam sociis Leidanis parabant ferre suppetias & comeatum, quo laborabant. Et eo magis Dux Ioannes urgebat ut sese dederent, quod & contigit propter novos motus aliquorum Amersfordianorum, persuadentium Ducem Reinaldum in oppidum recipiendum, qui hoc pacto concives eorum relaxaret. Quò comperto Episcopus, novum militem immittit, & auctores cepit captivos, ac deinceps continuantur Amersfordiani decurrere in Veluam. Sic dilata suppetiâ Leidanorum & sero missa, qui interim sese dediderunt. Et Iohannes Dux inde movens exercitum, obsedit montem sanctæ Geertrudis, & medio tempore exspiravit quinquenalis administratio rerum sibi commissa, & obtinuit prorogationem ad septennium, unde Dux Brabantia magnâ sibi omnium acquisivit indignationem, quia ignaviter Rempublicam administrabat. Interim Episcopus sollicitat Transilulana oppida ad sociale bellum, cum eo usque sese in quiete continuassent, & obtinuit, ut cõmuni nomine Præfecto de Arckel, & cæteris inimicis Episcopi indicerentur. At Trajectani anno 1420. posuerunt insidias juxta aggerem fluminis Amstellæ (jam oppidum Amstelredam vocant) emittentes aliquot prædatores ad pecora, erumpunt oppidum cum magnis viribus: alii cum prædâ simulant fugam, quos illi insequuntur. Verum detectis ante tempus insidiis, rependant, cæcis partim, ac captis ducentis quinquaginta eorum civibus, Ex quâ clade in tantum reliquorum civium animi consternati, ut conjectura fuerit, Trajectanos, sequenti adhuc die potituros oppido, si progressi fuissent, singulis in navibus salutem locantibus, & suas facultates tanquam profugi secum abducentibus. Persuaserant sibi principes hostes, urbem Trajectensem pressuros fame, cum longè aliter contra eorum opinionem eveniret, cum & annonæ, & aliarum rerum longè solito majore gauderent abundantia. Præterea Trajectani cogebant quotquot habitant usque Harlemum ab eis & à Schonovia usque Dordracum etiam Goyos quotidianum pendere tributum, & erat inter eos mira concordia, etiam cum Episcopo, quo strenuissimum cuncta agebant, & vicinis terrori esse ceperant.

Anno verò xxj. ortum ingens apud Amstelredam incendium, quod majorem partem oppidi absumpsit. At Trajectani locarunt vallum ingens ad

Reinaldus
Dux Gel.
fuit cum
multis Prin-
cipibus fuit
hostis Epi-
scopi &
Trajectino-
rum.

Episcopus
cum popu-
lo suo in an-
gustia con-
stitit.

Leida dedit
cur Bavaro
ob suam.

Bellum Es-
piscopi in
Arculanor
& eorum
socios.

Trajectani
ponant in-
sidias Am-
stelredam-
ensis.

Trajectam
contra opi-
nionem Prin-
cipum an-
nua abun-
dat.

Tellus

ostia Hemflu. ut excluderent naves vagantes per sinum Frisiaicum vicinum, quem meridianum vocant, magno ex illo afficientes Hollandiam damno. Tum Transfulani nacti secundum ventum securè intrabant Hemflum, & in vitis hostibus adducebant Trajectum quicquid vellent. Eodem anno nocte quæ præcessit duodecimam Kal. Decembris Territorium illud amplissimum, quod vocarunt insulam Dordracenam, sive Wiltorum oceano in un-

Amstredam ingens incendium.

Insula Dordracensi ab Oceano separata est submersa.

vide Elemangium epist. 132.

Trajectum in Veluam vulgus.

Sinus Fefiaci descriptio.

vide al.

Anno xxij. peractâ messe castra metatus est Episcopus in Rodichem, ubi & tenroria fixit, mittens suos circum Arnhemum oppidū, quærentes occasionem pugnae, vicos Rosendal atque Velpam, & loca vicina consumētes igni, cumq. nemo ex adversariis sese offerret, adusto Redichem, Episcopus iussit classica canere receptui. Hoc modo superbia ambitiosi utriusque Ducis, dejecta qui prius inter se partiti fuerant, ditionē Ecclesie Traject, ut ægrè jam sua tuerentur, cum uterque magnâ clade affectus fuerit. Gelrii verò, ut viderentur referre vices, transeuntes in Provinciam Transfulanā, vastabant domos aliquot, quæ salutem & immunitatē pactæ fuerant à Præfeco de Gaebbeck eorum coadjutore, non absque notâ juris bellici interrupti, brevi redeūtes ad sua. Erat annus iste infelix, & adversus Trajectanos, qui foris bello, intus fame & peste urgebantur: Nam modius tritici appendebatur qui vis aureis, & pestilentia consumpsit præter feminas & impuberes, supra mille quingētos cives. Nihilominus in vigilia Divi Martini (cū promiscuè Germani & Galli cōmessationibus & bachanalibus indulgere solent) mense Novemb. noctu oppidū Wagening. portâ contractâ, per arietem invasere, eripientes captivos, qui illic ex suis detinebantur, & adducētes octuaginta ex hostibus, de prædato & incenso oppido Trajectū, reversi sunt. Et circa eadē tempora Gelriis invadentibus Ditionem Traject, occurrit Ludovicus Præfectus Montisfortis, & pari numero confertis manibus cepit septuaginta ex hostibus. Et caput Divi Adriani Martyris ex Monasterio insulæ Beatae Mariæ adductum Trajectum, magnis precibus obtentum. Et pax eo-

Trajectum foris bello, intus famâ & peste pressis fortiter, agunt cōtra hostes.

*Pax inter
Traiectanos
& Duce-
res pecunia
redempta.*

improvisè

*Iohannes
Bavarus an
no 1433
obit. Item
Fredericus
Episcopus.*

dem anno inter Principes renovatur & Traiectanos, ut utrique Duci pro
damnis illatis aliquam pecuniam exolverent, quam Dux Ioannes recepit
Reinaldus verò Dux ante solutionem interit in agro, dum ventrem exone-
rat ~~in p[ro]prio anno~~. Iohannes Dux sequenti anno xxiiij. in vigilia Epipha-
niæ diem similiter clausit extremum. Eodem anno obiit Fredericus Episco-
pus, septimo Idus Octobris, sanguine & meritis præclarus; cum præfuisset
annis triginta, recuperatis omnibus ferè locis antea à patrimonio alienatis,
arcibusque undique restauratis. Sepultus Traiecti in Basilicâ Divi Martini,
obtinuit à Sigismundo Imperatore privilegia, quæ inferius annotantur.

Confirmatio Sigismundi Imperatoris sub Frederico Episcopo.

Rufina al.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis feliciter amen. Sigismundus
Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ,
Croatia, Rania, Serbia, Sallicia, Lodomèria, Comania, Bulgaria quo
Rex, ac Marchio Brandenburgensis, nec non Regni Bohemiæ & Lutzen-
burgensis hæres ad perpetuam rei memoriam. Etsi Imperialis præeminen-
tiæ generosa sublimitas erga fideles & devotos Sacri Romani Imperii, &
præcipuè inclytos principes, qui ad ipsius decus & gloriam adornantur ju-
giter nos moveat esse sollicitos; ad honorem tamen omnipotentis Dei, cu-
jus providentia nos, quanquam immeritos suæ bonitatis dignatione in api-
cem dignitatis Cæsareæ collocavit, Erga Principes Ecclesiasticos, & ipsorū
Ecclesias, & ad loca divino cultui mancipata, cordis nostri & mentis inten-
tio ferventius inflammetur, ut illis submoveamus incommoda, profectus
procuremus & commoda, pacis ac quietis compendia ministremus, tutisq;
& rationabilibus eorundem Principum & Ecclesiasticarum personarum
petitionibus annuamus & votis. Sane venerabilis & illustris Frederi-
cus de Blanckenhem Episcopus Traiectensis, Princeps & Consiliarius
noster, & Sacri Imperii devotus fidelis, dilectus ad nostram accedens præ-
sentiam personaliter nostræ Majestati cum devotâ modestiâ supplicavit, ut
ipsum & Ecclesiam suam Traiectensem de omnibus & singulis Regalibus
feudis, bonis, mobilibus & immobilibus, ac omnibus juribus temporali-
bus, quocunque nomine censeantur, à nobis & Sacro Romano Imperio
dependentibus, ad ipsum & suam Ecclesiam prædictam spectantibus inve-
stire, illaque sibi de novo infeudare, & concedere, quæque omnia & singula
privilegia, indulta, literas, libertates, gratias, observantias, bona, proprietates,
& possessiones, immunitates, jura, statuta, consuetudinis sibi & Ecclesie
sue prædictæ, tam à Divis Imperatoribus sive Regibus Romanis nostris
prædecessoribus, & præcipuè beate recordationis Carolo quarto Roma-
norum Imperatore, Domino & genitore nostro charissimodata sive datas,
concessa sive concessas, innovare & approbare, ratificare, & ex certâ nostra
scientiâ & solita Imperiali celsitudinis clementiâ confirmare gratosè di-
gnaremur. Nos igitur ad gloriam & reverentiam Dei omnipotentis & sub-
limis

*Æ jurisdictiones &
concessiones*

Timis, qui nos ad Monarchiam suæ sacro sanctæ Monarchiæ, militantibus
 solâ suâ misericordiâ dignatus est præficere, Ecclesias Christi & Ecclesiasti-
 cas personas singulari favore iuvare desideramus patrocinio pietatis. Qua-
 propter præfati Fredrici Episcopi & Principis nostri virtuosam industriam,
 constantiam, fidei ac sincera affectionis puritatem, quibus ipsum virtutū
 meritis, verbis, operibus, & exemplo clarare limpidius experimur, quæ etiâ
 præcedentis famæ celebris de ipso fuerit vox testata, nec non puræ ipsius
 sinceritatis affectum, quod Imperatoris Majestatis per honorem locis &
 temporibus oportunitis omni benevolentia studio promptum se reddidit,
 hæcenus sollertem, placidum & acceptum: & ut ipsum in antea pro nostris
 & Sacri Imperii beneplacitis, fortunis, animemus, suis justis & rationabi-
 libus supplicationibus, annuentes, ipsum Episcopum & ejus Ecclesiam Tra-
 jectensem de omnibus & singulis Regalibus, feudis, bonis, mobilibus &
 immobilibus, ac omnibus juribus temporalibus, quocunque nomine cen-
 seantur, à nobis & sacro Romano Imperio dependentibus, ad ipsum quo-
 que Episcopum, principem nostrum & ejus Ecclesiam Trajectensem ab an-
 tiquo de jure justisque titulis spectantibus, investimus per præsentem, illa-
 que sibi de novo infeudamus, & concedimus graciosè, nec non universa &
 singula privilegia, indulta, literas, libertates, gratias, concessionem, emuni-
 tates, jura, statuta, cõsuetudines, jurisdictiones & observationes, bona, pro-
 prietates & possessiones de verbo ad verbum in omnibus eorum sententiis,
 punctis, clausulis, ac si ipsorum privilegiorum, jurium, jurisdictionum ac
 literarum, indultarum, libertatum, gratiarum, emunitatum, statutorum,
 consuetudinum & observantiarum, bonorum proprietatum & possessionū
 tenores præsentibus essent inserti, & totaliter expressati sibi & Ecclesiæ suæ
 prædictæ, ut præmittitur, concessas & concessa, sive dictus Fred. Episcopus,
 sui que prædecessores eis hæcenus violentiâ præpedienti usi fuerint, sive nõ,
 animo deliberato, non per errorem aut improvidè, sed sacro Principū, Co-
 mitum, & procerum nostrorum accedentium consilio, ex certâ nostrâ sci-
 entia, ac de nostræ Imperialis potestatis plenitudine concedimus, innova-
 mus, approbamus, laudamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio
 sicut ritè præcesserunt, & proinde confirmamus & communimus nostris &
 Sacri Imperii ac aliorum juribus in aliis semper salvis. Nulli ergo omnino
 hominum liceat hanc nostræ investituræ, infeudationis, concessionis, innova-
 tionis, approbationis, laudationis, ratificationis, confirmationis, ac com-
 munitationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si
 quis autem hoc attentate præsumpserit, nostram ac Sacri Imperii indigna-
 tionem ac pœnam centum librarum puri auri, quarum medietatem Imperia-
 lis nostri ærarii sive fisci, residuam verò partem injuriam passorum usibus
 decernimus applicari, se novent irremissibiliter incursum, præsentium
 sub nostræ Majestatis sigilli appensione testimonio litterarum. Datum No-
 vimagi Colonienfis Diocæs. anno Domini Millesimo, quadringentesimo
 sexto, decimo, die, decima septima mensis Novembris, Regnorum nostro-
 rum

Modestia
 Imperatoris
 Tq.

e
 T præconio

fortius

Omnia Pri-
 cipium bene-
 ficia tenen-
 vantur, sicut
 quam si de
 verbo ad
 verbum hic
 repetita est.
 f. 66.

Clausula
 obreptionem
 exciudens

Pann. vbi
 lati priores
 legy.

medietatem

Anno 1466
 die 17. No-
 vembri.

rum Hungariæ anno tricesimo, Romanorum electionis septimo, coronationis vero tertio.

Ad mandatum dñi regis, Johannes de Origenio
Propositus & vicecancellarius

Suederus Episcopus 52.

ET

Rudolphus Episcopus 53.

Defuncto Frederico Episcopo, post indicra comitia, plerique Principes commendarunt suos, ut communi suffragio obtinerent. Archiepiscopus Coloniensis Walravium fratrem suum, ex domo Morlaciorum, Episcopus Leodiensis, Præpositum Aquensem ex domo Buerens, postea in Culemburgio interemptum; Episcopus Monasteriensis Albertum nepotem, ex Comitibus Hoyens; Dux Montensis, Gerardum Clivensem; Dux Clivensis, Rudolphum Diepholdien; Canonicum Coloniensem, & Præpositum Osnaburgensem; collegia vero Canonicorum tot adversis petitionibus statuerè deliberandum usque in vigiliam Martini patroni ~~stare~~ ~~se~~, ipsiisque adhuc in consistorio manentibus, ecce unus ex Præfatis civium, ex familia illorum, qui dicuntur Prois, per impetum pulsans fores, comminatus est alia voce Decano S. Petri, nepoti suo, inquiring, quod nisi eligeret Rudolphum Diepholden, sciret mortem sibi intentandam: quâ impressione motum Collegium majoris Ecclesiæ exsurrexit, & eligere recitavit, cum quatuor Capitula aliarum Ecclesiarum processere ad electionem, & per contentionem cecidero suffragia supra tres, Rudolphum Diepholden, Præpositum Aquarumgrani, & Suederum Culenburgensem, Præpositum Trajectensem. Hic sentiens se votis longè inferiorem, transfudit sua in Rudolphum, affirmans ex conscientia se illo aptiorem, aut magis idoneum non scire. Vnde Transisulani, qui multum favebant Rudolpho, bene contentabantur. Iam agebatur annus 24, cum Martinus Romanus Pontifex rejectâ electione providit Episcopo Spirensi de Ecclesiâ, qui parum ad illam anhelabat, intelligens Provinciam illam plurimis subjectam factionibus. Quo comperto nonnulli Trajectani, Suederi amici accedentes Episcopum Spirensis, intervenere, ut ille Ecclesiam Trajectensem commutaret pro Præpositurâ Trajectensi, quod Martinus approbavit, cumque istud propalaretur, orta est apud Trajectanos non modica discordia, quibusdam adhaerentibus Rudolpho, aliis obedientibus decreto Romani Pontificis. Ista agebantur anno xv. cum Suederus Episcopus ipso die Laurentii Martyris in

atate

Temporibus
et Episcopi
sunt varij

Electio com-
sentientia.

Credo hunc fuisse
Rabam ab Helmsat
cancellarium Wendell.
Rom. Regis, quem
inter Præpositos Traject.
non invenio

Permissio
die benefici
anno 1721.
per permissa
anno 1722.

traret civitatem, & exules de more cum novo Principis inter funiculum illum sequerentur, suboritur motus ingens, rupto funiculo, aliqui trucidabantur, quorum eadem Episcopus in se assumpsit, proscriptis ex recenti plurimis, ne quicquam & dira in Transilvanos imprecans, quia Rudolphum foverent, & redditus Episcopatus illum occupare permetterent: cum illi pro ianata barbara gentis duritia flocci penderent nec fulmina Iovis, nec Martis arma formidantes. Pacatis itaque rebus Trajecti, Suederus accessit Amersfordiam ad sopiendum seditiones illic exsuscitatas: quo cum venisset, alios proseripit, alii occisi sunt, alii capite plexi pro arbitrio suo, quæ omnia ex sua auctoritate fieri declarabat: Rediens Trajectum, attrahens in amicitiam Collegium Macellariorum non absque magno incommodo suo (nam plurimum animi propter similia sua acta alienabantur ab eo, cogitantes quomodo ab eo absolverentur) Et Rudolphus latitabat in arce Lupina, Wulven dicta. Quidam in dolo crediti animi persuaserunt Suedero, ut interdum apud Amersfordiam atque oppidum Rhenanum & Horestum arcem moraretur pro consiliandis aliorum animis, quod sibi haud displicuit, ut primatus absque magno sumptu degeret. Hac fiducia egressus Trajectum in fine veris anni xxvj. tendit Amersfordiam. Et medio tempore Iohannes Renes in vigilia Penthecostes Trajectum ingreditur cum exigua admodum manu, quem amici jam præstolabantur, & se illi jungunt in foro. Quibus Collegium Marcellariorum illic occurrit, pugnatum acriter, sed victoria mansit penes Iohannem, tumque expellebantur omnes fautores Suederi Episcopi, & Rudolphus Diepholden sequenti die introducit & postulat. & Collegium Marcellariorum tunc cepit inter se dissidere. Suederus vero Episcopus confestim cupiens suis ferre opem, Trajecti non admittitur. Retrocedens Amersfordiam, primo repellitur, ægre tandem intromissus, ubi per internuncios consiliavit sibi Præfectum Eginondentem, patrem Arnoldi Ducis Gelriæ, Trajectanis atque Amersfordianis insensum, a quo sibi acquisivit equitatum ac peditatum ex Gelis ad numerum quingentorum militum, quos ipsi Amersfordiani excluderunt. Illi vero singentes se retrocedere, collocatis insidiis & civibus admirantibus, quoniam tam subito disparuissent, sequenti die Episcopus ascenso equo, finxit se se solacii causa exire cum puelis euntibus ad mulctrum summo mane, & in portâ permorabatur paulisper: tum milites exilientes & cæcæ celeriter subintrant. Et hoc medio positus oppido, fabricari iussit bina valla, unum juxta portam ex inventione imaginis Divæ Virginis Mariæ celebrem: aliud intra oppidum. Sic omne imperium sibi vendicans in Amersfordianos. Tum plurimæ inter eos ac Trajectanos actæ rapinæ. Paulo post effectæ sunt induciæ inter Trajectanos & Gelrios, seclusis illis de Emenessa, & locatis præidiis in vallibus, Gelrij excessere Amersfordiâ: Non longè post eorum recessum, habitato Iovi & secreto prius inter cives suscitato, illi de Emenes noctu appropinquarunt oppido ex una parte, sit concursus civium ad mœnia, & qui vallo ad portam præerant similiter accurrunt, & tunc ex alia parte supervenientes

funestus
intertus.

Seditio
fratrum &
corru.

Simpliciter
fratrum
noxa.

Iohannes
Renes
auctor
mutata
p. u. q.

Porta
mutata,
amici
quos
mutant.

Strategia
Episcopi
Suederi
in
Amersfordianos.

Amersfordianos
strata
gemat
cur
sum
liber
est
in
p.

Trajectani transcendunt vallum & mœnia oppidi, tunc Goltii confugientes ad vallum intra oppidum tanquam in matula conclusi coacti sunt sese dedere, quo pacto Amersfordiani rursus in pristinam libertatem restituti sunt.

1427.

*Philippus
Dux Burgundia, Sue-
derus Episcopus &
Dux Goltii
Trajectanorum, &c.*

Anno xxvij. Dux Philippus Burgundiæ sese confederat Swedero Episcopo, & Arnoldo Duci Geliæ, & fit hostis Trajectinorum atque Amersfordianorum, & hi tres Principes sese astruxerant, quod unus absque alio non admitteret aliquas condiciones pacis, & illic Dux Philippus ducit exercitum in Amersfordianos. Quibus Trajectani noctu præmiserant suppetias trecentorum sagittariorum. Sequenti die oppugnatur oppidum per quinque horas, cum ipse Dux nimium audax, fossis insiliret. Pugnatum hinc inde acriter, & res pendebat in ancipiti. Amersfordianis trinâ vice à mœniis retrocedentibus, & per desperationem omnia periisse proclamantibus. Et tamen non obstante, Trajectani cum feminis Amersfordianis testiterunt viriliter, plurimos sternentes aquâ & calce bulliente, ita ut tandem exercitus Ducis abducens, quos potuit, saucios, ab oppugnatione desisterent, propter nimiam stragem passam, cum ocuiduo integro cadaveta è fossis & propugnaculis extraherentur, & terræ commendarentur.

Trajectani cum feminis Amersfordianis desistunt

1428.

*Impeditur
namque ne
possit corne
re verum.*

Anno xxviii. immergitur ingens navis in flumine Hemâ ad impediendum introitus Trajectinorum, quam Cattam nominabant, cui Trajectani vallum opposuere. Arnoldus quoque Dux usque adeo exarsit in bella Trajectanorum, ut quamvis jam Matia prius Reinaldi Ducis, postea uxor filii Ducis Montensis usufructuaria Comitatus Iuliacensis decederet, & iam idem Comitatus devolveretur ad Ducatum Geliæ, negligeret arripere Dominium, & fidem à principibus exigere. Et cum Imperator potentiam Ducis Philippi, cui Arnoldus adhærebat, tanquam anhelantis ad Imperium nimis haberet vel sollicitam vel suspectam, investivit Ducem Montensem in Comitatum Iuliæ, quam actu possidebat. Condignas itaque Arnoldus favoris sui luit pœnas, etiam posteri sui usque in præsentem diem exuti sunt illo Comitatu.

*Exiit ira
inconfide-
ratio.*

Wt

*Picardi ca-
duntur &
capti sunt à
Trajectanis.*

Eodem anno quidam Rudolphus de Weskercke conscendit Vectam fluvium usque vicum Broeckel cum quinque millibus Piccardorum, quibus restitit manus rusticana donec supervenirent Trajectani: fit pugna, & vertuntur Picardi in fugam, amissis caesisque mille ex suis, captis quadringentis, ceteris octo vexillis, & in templo Divi Martini suspensis.

Eodem tempore invadunt Trajectani partem illam Geliæ, quæ jam Bœta dicitur, quibus occurrunt Noviomageneses, & conferto prælio amissorum primopilari, cum plurimis Nobilibus, captis etiam multis, in fugam conversi sunt: Trajectani verò cum captivis & prædâ inter revertendum undique collectâ, accesserunt Monasterium insulae beate Mariæ, vi illud occupantes, cum perentes non admitterentur, & postea in favillam redigentes, qui Abbas in Trajectanos ex auctoritate Romani Pontificis, quia Sacerdum excluderant Episcopum, excommunicationem promulgaverat, &

*Monasterium insulae
D. Mariæ
à Trajectanis
occupatum*

quia

cju

ejus fovebat causam. Fuere multi ex clero ducti conscientia & metu censuratum aufugientes urbem, tanquam parentes Romano Pontifici, sperantes Trajectanos debere respiscere, furoremque deponere. Sed quia illi in solita perstitere obstinacia, & furor protraheretur in longum (quia novennio perduravit) poenitentia & aegestate ducti aegre in urbem recepti sunt, & toto illo tempore Rudolphus vi & potestate sua, Trajectinorumque adjutorio administrationem rerum occupavit cum sumptu inestimabili. Et fuere interim decies octies conceptae conspirationes, quae carere effectu, unde tamen propter suspicionem multi capite plexi sunt.

Conspiratio
nos in Tra-
jectanos fecit
imanes.

Anno xxix. egressi Trajectani, navem illam in Hemâ flu. demersam, cum machinis & tormentis confregerunt rostrum; & degelante aëre navis per impetum glaciæ fluminis circumgeratur, ignorantibus Trajectanis, qui credebant id industria eorum fieri, qui intus erant, cum illi summe periclitarentur. Sic Trajectani apposuerunt aliud vallum aperientes hoc medium comeatumum.

Quod nō
quis suspensū
casu fecit.

Eodem anno celebratur pax inter Philippum & Arnoldum Duces, ac Rodolphum Episcopum & Trajectanos, postposito Suedero, cui jus & aetio sua solum reservabatur integra: quod illi permolestum fuit. Et videns sese humana ope fraudari atque destitui, concessit Basilicam, ubi consilium celebrabatur, conquerens de fide utriusque Ducis non servata. Et post longam & inavem prosecutionem, quia jam favores desiciebant, & pro Rudolpho agebantur, ut populus furiosus ab armis retraheretur, qui nec censuras, nec interdicta metuebat non absque vitæ suæ tædio illic diem obiit eum præfuisset annis octo, sed novem solum mensibus frueretur auctoritate sua per magnam injuriam suam.

Suedero
Episcopus
Basilicam
vixit de
suis per
sua dem a
suis p
cipit
1433.

Hostes quoque Hollandini & Gelrii ut sit, jactantes magnalia, multas affirmabant sibi ex bello accrevisse divitias, Trajectanos contra omni penuria adfectos, & thesauris exutos, quod isti indignè ferentes, indixerunt ludos ac spectacula publica, concessa securitate cunctis advenis, exposuerunt publicæ ostentationi continuo triduo quicquid argenteorum valorum, & præciosa suppellectilis supererat in triplicibus subsellis prominentibus à ponte pistorio usque ad aliam pontem castri rubei dictum, ubi cum omnium admiratione tanta copia auri argenti que visa fuit, ut crederetur Hollandiæ atque Gelriæ thesaurus collatus Trajectum.

Tenentur
pauperes
putari ab
hostibus, ad
tant sua di-
vitiis

Rodenburger brug
quem sic a Rom. Dicu
volunt, quasi portem
castri Romani.

Anno xxxi. suboritur ingens incendiū in suburbis Trajectensibus, quod etiam
etiam
etc. transfudit in urbem, & Regionem Arenulæ consumpsit, cum Monasterio Iherusalem continuo Insulæ & Ditioni Laurentii sine pelli partorum.

Incidium
sorte ex
suburbis in
ipsam urbem.

Suburbana de Weest,
Lauweneght, et Belleuysen-
poort.

Tricesimo tertio anno Iacoba Comes Hollandiæ necessitate ac metu potius quam sua sponte uti ferebatur, declaravit Philippum Ducem Burgundiæ tutorem Dominiorum suorum, quem etiam Rectorem undique designavit, & in verba illius jurare fecit, servato sibi aliquorum locorum usu fructu. Et hoc pacto liberabatur Franco Princeps Borussia, ob nimiam potentiam Philippo suspectus: cui Iacoba clāma nupserat.

Iacoba Co-
mes Holl. de-
clarat Ducem
Burgundiæ
Tutorem et
rectorem Do-
nionum suarum
An. 1433.

Suedero Episcopo mortuo, Rodolphus successit.

Anno xxxiiij. Suederus Episcopus decessit Basilea, & clerus circulatorum elegit, Walravum ex Comitibus Mortationum, fratrem Theodrici Archiepiscopi Colonienfis, confirmatum in consilio Basiliensi, per Felicem tunc Pontificem designatum. Et inveniens Rudolphum intrusum, processit contra eum ad censuras, sedem locans in Dordracō & Aethem.

Facobus de sancta successit Philippo Duce Burgundia.

Anno xxxvij. defuncta Iacobâ devolvitur totus Principatus ad Philippum, qui illum potenter & pacifice diu gubernavit.

Wilhelmus Dorschius proscriptus & captus decedebatur.

Sequenti anno xij. Kalend. Aprilis Wilhelmus ex familia de Dorschen, præcipuus inter proscriptos cives, Trajecti capite plectitur, favebat enim parti Suederi Episcopi, qui à Præfecto Culenburgensi directus in Hollandiam, cum viâ terrestri progredi statuisset, suavis & monitus ab illo, ut per flumen descenderet, positus insidiis præstolatus capitur à Trajectanis, cumque jam naviculæ imponeretur, quis ait, vestrum adeo audax fuit, qui virum nobilem & Præfectorium præsumpsit allicere ad me famulum suum tradendum, cumque nemo responderet, subjunxit. Certè nimium audax est, propterea eum bene compensante, quia dignus est. At Rodolphus electus, ubi Walravus Mortacius parum adversaretur medio tempore placidè

Rodolphus Dorschius electo quiescente Episcopo, cum pacifice resisteret, & strenuus erat.

Rempublicam administrat, ita ut securo itinere liceret undique negociari, dempta Colonia, ubi frater Walravii præsidebat, & perduravit hæc pax ab anno xxxix. usque xlviij. & interim Rudolphus construxit aulam in arce Horrestâ, arcem quoque Legam funditus, adesseque Episcopales Trajecti multum intentus communi utilitati. Sed cum anno xlviij. imponeretur Trajecti pro contractis ex bello debitis redimendis tributum prædiale quod Margengeldt vocant, & jam penderetur ingens vis pecuniæ, cepit Rudolphus perscrutari, ubi & quomodo applicaretur, hinc cepit inter Rodolphum ac cives fomentum discordiarum, ut contentio fieret inter eum & Decanum majoris Ecclesiæ, comminantem Episcopo, ut si ea viâ procedere vellet, consuleret sibi ut permaneret Episcopus, ipse autem bene permaneret Decanus, & sic utrinque discessum iratis animis, Rudolphus conscendens equum indignabundus conulit se Amersfordiam atque Horrestam, revolvens semper in mente verba Decani, & permorabatur illic, perpendens quorsum res tenderet. Iam Henricus Præfectus oppidi Montisfortis dissentiebat cum Rodolpho ac Trajectanis, quem Rudolphus in gratiam capiens, & quo de Decano atque adversariis sese ulcisceretur, eundem sibi reconciliat, indulgens sibi commissum, quo patrem usque ad mortem detinuisse in custodia dicebatur, multatus insuper ære non modico, quod multum displicuit Trajectanis meditantibus, si, quemadmodum nuper Suederum expulerant, & hunc excludere, Walravumque jam auctoritate

Ex contentione pro ira, & hac discordia, & qua bellum.

Aposto-

Apostolica confirmatum suscipere possent. Supervenit Nicolaus Cusanus Cardinalis Legatione fungens, qui primo statim Ecclesiasticum, & religiosa loca in meliorem vitam reformare tentavit, sermonem vulgarem (erat enim Mosellanus, vico Cusa oriundus) ad populum faciens infra septa S. Iohannis, sed parum profecit. Inde animum convertit ad concordandum Rudolphum cum Walravio, cum grato & amicabili medio. Monasterienses enim sive Minimigartenses Westflavorum (quos Westphalos vocant) caput est, recusabant accipere Episcopum Morlacium casti, quo isti ad obedientiam armis reduci possent, tum Walravio cederet electioni & Episcopatu ad utilitatem Contardi Diepholdi nepotis Rudolphi ex fratre Osnaburgensis atque Daventriensis Praepositi, servato ipso Walravio reddito annuo ex Episcopatu & decimo donario omnium obventionum Diocesis Traiectanae, de quo & Rodolphus participaret. Et fama erat, quod illa pecuniaria indicta Henrico Praefecto Montisfortis similiter cederet Walravio. Et his pactis facta est pax, & renovata amicitia inter duos contententes, & Walravio cessit omni iuri in Rudolphum sibi competenti super Episcopatu Traiectano, & interventu Cardinalis provisum fuit Rudolpho, qui undique sibi consiliabat amicos praeter Traiectanos, quibus id permolestum fuit. Anno xlix. celebratis commitiis, & jam Magistratu de more designato, cum jam Traiectani indulgerent commellationibus & poeulis, subiit Rodolphus clam per foramen mœnium, & illic confregit portam urbis, introrsum tendens cum suis versus forum, quod vulgo de plaets vocant: ex eo forte, quia ibidem palatium antiquitus fuerat, sicut aliqua vestigia vidimus, vel quia placitatur ibi, uti Iurisperiti aiunt; sicuti adhuc curia servatur. Cumque jam viculum, quem Schulteri dicunt, intrasset, fit obviam turba civium, Pagnatur acriter, Rudolpho atque Henrico Praefecto Montisfortis, dejectis equis, victoria tamen cessit Episcopo, ubi desiderati aliquot Nobiles cives ex Lichtenburgh, Proeys atque alii Arnoldus vero de Amerongen, & Henricus Jacobi filius capti, & capite caesi. Praefectus quoque Gaelbeeck se redemit cum oppido Durestato, & arce Apcondâ, salvo usufructu, & duodenis millibus florenorum. Praefectus quoque Septem Montium dimissus sub fide capti, praeterea multi cives, & magno arte mulcati atque dampnati exilio; Johannes quoque Proeys Decanus, & Bernardus Proeys Scholasticus majoris Ecclesiae proscripti, hoc itaque pacto reposuit Rudolphus Decano verba pridem prolata ab eo.

*M. in inter
f. d. v. v.
v. v. v. v.
v. v. v. v.*

*Valrscuo
& Rodol-
phus clo
pacem con
ponantur
inter se ap-
probate bin
calas Cusa
no Card
nala.*

*Rodolphi
Episcopo
notu ead
Traiecto*

*Cives alii
quos par-
tem caper
partem cap
partem in
exilium
missi.*

*Captus
aliqui Tar-
stero de
fordiano
inter vicin
nos parte*

*p. 13. february a 1449
hac pugna vntigat
in media urbe.*

*in eadem instrumentum inde
confectum a 1449 p. d. s. m. g. e.
ap. poli.*

v. m.

pena

y

Anno li. captus fuit à Traiectensibus in fundo Hollandiae supra Leccam fluvium quidam Theodericus Hagenon, tunc missus à Praeposito majoris Ecclesiae, caesus capite ipso festo Martini & hyme sequente, instinctu ipsius Praepositi vicissim capiebantur. Praefectus Aggeron cum suis collegis in Leccae Psychravius cum Henricus raphus ab Hollandis

Ccc 3

Hollandis

Idque iuxta leges
 pacificatorias inter
 Rodolphum Antistitem
 Traiecti: et Philippum
 Burgundum ducem
 1430 20 die Januarij

portu dicto de Vaert, qui sese magno aere redemerunt, sed de hoc ipsi Hollandini sese non intromisere, verum agerrimè tulerunt ipsum Theodericum in fundo eorum captum, ita ut conventus propterea indiceretur apud confinia dicta Putcup, ubi Rudolphus Episcopus comparuit, & ex adverso Vicarius sive Præses Hollandiæ ex nobili familia de Lalaing. Cumq; Præses atque Hollandini præter solitum negotium ponderarent, multa comminando, quod audiens Episcopus, illicò respondit, si de uno homine fonte animadversi fuerimus in fundo vestro deprehensio capite, & vos sub nostra Ditione binos aut plures scelestos capite, quod facile tolerabimus. Sin autem id minus vobis placuerit, prospicite incendia vestra, & nos intendemus nostra. quo audito permiserunt illi facilitet rem componi & sopire.

Anno liij. exoritur ingens bellum apud Monasterium, ob Sedem pridem vacantem, cum cives cum populo Ditionis eorum ac parte Canonicorum contendissent pro Oderico filio Comitis Hoyen, atque alii Nobiles ex contrario major & sanior pars Canonicorum elegissent Walravum filium Comitis Morfaciorum, cui adhærebant Archiepiscopus Coloniensis, Arnoldus Dux Geltriæ cum aliis. At Walravus obtinuit confirmationem à Rom. Pont. quo tempore Nicolaus Legatus, uti præmissimus concordasset differentias inter Rodolphum & Walravum. Vnde Rudolphus cum eo sociale bellum assumpsit, ut nepotem suum efficeret Episcopum, in quod omnem thesaurum atque corporis incolumitatem effudit. Effectus itaque indigeni indixit clero Traiectioni subsidia atque Tributum: quod illi constanter renuerunt, quos ille interdico comminabatur, clerus verò sibi timentes, ne injuria afficerentur, constituerunt nocturnas excubias: & pullulabat hoc modo dissenso per annum. Videns Episcopus se frustra conati, nec Magistratum illi posse auxilium ferre vehementer indoluit, quia nvis Magistratus publico indico inhibuisset, ne aliquis pro clero excubias servaret, ita ut unus ex ministris cleri deprehenderetur, nomine Martinus: quamobrem clerus cessavit à Divinis, & cum Magistratus decrevisset illum capite plectendum, confestim adunatis amicis concurritur in Basilicâ sancti Martini: & Magistratus convocat in foro palatii per sonum campanæ quotquot poterat, & direxit tormenta contra Basilicam. Clerus verò cum suis amicis egredientes, accelerabant eos insultare in foro. Tum Wilhelmus ex Præfatis Montisfortis intercessit, occurrens clero, quos constabat in ponte Divi Martini, & accedens forum ita persuasit Magistratui, quod captivum clero restituerept, & cogereptur per sonum campanæ revocare & proclamare quicquid clero placeret, hinc initium tumultus popularis.

Anno verò lvi. dum sonitus campanæ indiceretur, fit cõkursus populi vociferantis, volumus confringi sigillum, & destituito Magistratu, eligitur novus, & ordinata cõsilia-bula collegiorum mechanicorum in emunitate Divi Johannis per pulsum pelvium, hoc facto, & uti placuit, rebus pro eorum nutu ordinatis, acciverunt Præpositum majoris Ecclesiæ: quod Rudolpho Episcopo apud arcem Horrestum agenti, mirum in modum displicuit, & vi-

dens

*Relia. apud
 Monaste-
 rium VVest-
 phalia me-
 tropolim.*

*Indigen-
 tia Episcopi
 exaltatio
 duci à cle-
 ro: & clero
 in Episcopi
 & Magi-
 stratum su-
 pta: & nu-
 merum el-
 ectorum.*

com

continuit

*Tumultus
 popularis
 assiduo.*

dens amicos suos undique affligi, sic recurrit ad Philippum Burgundia Ducem pro Episcopatu dimittingendo. Qui aures ad oblata arrigens, statim suos à secretis ad Episcopum dirigit pro cœclusionem capiendâ. Medio autem tempore Episcopus incidit in languorem, unde decessit in quadragesima anno lv. cum præfuisset annis xxxij partim in magnâ turbatione, partim in quiete administrans, computando ab obitu Frederici, non autem Suederi.

Max Episcopi Rodolphi, 1497.

Gisbertus Episcopus 54.

ET

Davidus Episcopus 55.

TRansacto Pascha, & indictis consiliis pro novo pastore deligendo affuere Arnoldus Dux Gæltiæ, commendans Stephanum ex Ducibus Bavaricæ, promittens Trajectanis libertatem Theolonei per Ducatum suum, quæ eis olim à Divis Imperatoribus & Regibus concessa fuerat, & postea vi ablata. Et Comes Nassoviæ Legatus Philippi Ducis proponebat Davidem Episcopum Morinorum, filium ejus extra matrimonium susceptum, virum tamen tum doctum, tum strenuum. Verum suffragio concordia eligitur Gisbertus ex Præfectis de Bredenoede, Præpositus majoris qui Romam misit pro confirmatione electionis suæ. At Philippus incitatus per Rodolphum Episcopum jam animo suo impresserat, ut aliquem acceptum efficeret Episcopum: suggerentibus nonnullis, Hollandiam posse peticitari, si Gisbertus promoveretur, propter magnas clientelas, quas habebat. Misit igitur cum celeritate Episcopum Atrebatensem Romam, & quamvis jam electio videretur admissa, & pecunia (quam annatam vocant, Tributum à Christianis principibus admissum, pro tuitione fidei, & jam in longè deteriores usus conversum) soluta. Pontifex Romanus credens sibi magna à Duce Philippo posse polliceri. Siquidem ut arma in Turcas (amissam Constantinopoli, ignavia & discordia Imperatorum) assumeret, trepidanti Pontifici, & labanti Christianæ Republicæ suppetias allaturus, quod nonnulli volunt, ei addictus fuit. Nam postea misit Philippus pro hujusmodi expeditione Antonium filium naturalem. Sub hac spe rejecta electione providetur Davidi de Ecclesia Trajectensi, multis id indignè ferentibus, etiam illis, qui Romæ erant, absque eo, quod pecunia Gisberto restitueretur, cujus procuratorem Pontifex spe fovebat inani. Nam cum denunciaretur morem in urbe versari, quod alteri esset provisum, & sacra concessa, reticens idcirco pecuniam depositam, nihil aliud fertur sibi respondisse Pontifex.

Gisbertus Bredenoedi ut eligere Episcopum.

Arce p. 100. in Romam.

al. mi

delususForma ci-
vitatū se-
culi 10^oe foro de NuedeEjus
cum Duce
Philippo
paci fecit.

tifer, nisi sibi crede nobis, & non alius, verba enim nostra faciunt fidem; ut
postea à Nicolao Episcopo Atrebatensi id sæpius referente audivimus: &
ipsi scimus à posterioribus frustra sollicitam restitutionem. Sic Procura-
tor mansit ~~fidelis~~, Rebus sic in ancipiti pendentibus, electus magnâ anxie-
tate premebatur, hinc propter civile bellum, ita ut Præfectum Chamariorū
cum militari manu accitum intrmitteret, populo administrante Rempu-
blicam petulantissimè ut fieri assolet, & omnia licitè sibi vendicante, ut sci-
licet tributa ordinaria abrogarentur, aut redditus pascuorum publicorum,
unde onera civitatis supportabantur. Eligebant nonnunquam binos Ma-
gistratus in hebdomada, postea duodecim viros tanquam Scriniarios, qui
in actis referrent quicquid in Comitibus Collegiorum mechanicorum indies
singulis proponeretur, & ex his quod utilius expedientiusque videretur, se-
legerent. Esti quando aliquid probassent, aut selegissent, quod plerisque
minus placebat, illicò comminabantur mortem. Decieverat etiam tribu-
tum imponendum clero, confringentes Monasteriorum adita, ut titulos &
donationes possessionum bonorum viderent. Perquirentes etiam à diviti-
bus & nobilibus civibus, unde eis fundi & possessiones provenissent: Ita ut
ipso die Marci Evangelistæ, Præpositus cum militari manu, & suis necessa-
riis ex oppidis Montisfortis & Viana prodiret in forum palatii: populus è
diverso de Nuede dictum, quos Præpositus intrepidè aggreditor, torquens
multos saxeos globos, per bombardas (ut aiunt) in turbam, cogens aucto-
res primo, & demum cæteros in fugam prostratos, plerosque per crebros
ictus in terram & scrobis aquarum, & hoc modo pacata omnia. Inde su-
pererat longe major afflictio propter Ducem Philippum, in cuius potestate
erat dispositio Episcopatus: qui & coadunaverat exercitum, & Dux Cliven-
sis descenderat in Hollandiam, ut quæstiones interciperet & componeret,
simultum pro hoc insudans, cum intra quindenam ter venisset Trajectum.
Cum interim Amersfordiani ab electo defecissent propter culpam illius,
quia destruxisset Scultetum (ut dicunt) advocantes Adrianum de Borsalia.
Præfectus quoque arcis Horesti paciscebatur cum eodem Adriano, ut sibi
pecunia quæ arcem ipsam impignoraverat, restitueretur. Videns autem
electus paulatim eos in quibus spem locaverat à se deficere, utile duxit con-
cordandum cum Duce Philippo, agente adhuc Leydis. Quem accessere
Præfecti Viana & Montisfortis Decanus major, & Iacobus Procys prapa-
rantes media, ita ut Philippus Dux adveniret Isestain, ubi conventum est
his conditionibus: Trajectani Ducem cum Davide & Comitatu suo exci-
perent cum sincera amicitia, qui cum magno plausu populi intromissus,
Electo ad Præposituram majorem accederet Præpositura sancti Donatiani
Brugensis. Nam Præposituram sancti Salvatoris Trajectensis abdicavit pro
nobili Wilhelmo de Montfort. Haberet præterea locum in consilio Hollan-
diæ sub stipendio duplici, & pro impensis quinquaginta duo millia num-
mum, quos Leones vocant, ex solutos per incolas Territorii Trajectensis su-
stentis quindecim quolibet jugere taxato, insuper annuo quatuor millia du-
centi

seratus injuriam patientibus asserere nequibat, quod isto indignè ferens, reformare tentavit, præsumens certum numerum eorum, qui iudiciis præfessent; ubi etiam contra singulos excipere licuit, & tunc alius suspitione immanis surrogatur. Quod populus indignè ferens, immoderato furore instigatus, aliis occasionibus per factiosos in Episcopum exarsit, uti postea videbitur. Quia in hoc notatus, quod plus æquo in Jussu amoti & iracundia intemperans esset. De Prælati aut Nobilibus, qui auctoritate aut potentia præstabant, suspectam continuè gerens sollicitudinem, malens timeri quam amari, Gallicâ levitate non omnino carens, infimosque aliquos ad consilia sua privata admittebat, quibus fidem magnamq; attribuit licentiam agendi, forsan ex eo, quia eos in extremis periculis fideles expertus fuerat, quod tamen magno illi fuit nocumento. Jam revertamur ad cæpta. Mirabantur omnes cives mirabilem Philippi providentiam ac militum disciplinam, quod per dies, quibus degit Trajecti ita continebat etiam cujuscunque essent conditionis, ut à nullo homine percipi poterat damnum cuiquam unus oboli fuisse inlatum, quamvis quintiduo in urbe permanisset. Ingressus enim fuerat initio mensis Augusti, anno lvi. At rebus jam compositis, Philippus dirigit iter versus Daventriam, ut illuc filium introduceret, quam repulsus pressit obsidione per octo hebdomadas sub continuis imbribus, desideratis plerisque ex suis, tandem per compositionem omnis differentia sopita, sub his conditionibus: Davidi manet eadem in Daventrianos potestas, quam habuere sui prædecessores: Daventrianis privilegia pætita salva sunt. Et post hæc mansit inter Episcopum ac Daventrianos perpetua amicitia. Dum ista agerentur primogenitus Regis Francorum patris fugiens indignationem, quam justè provocarat, in Ditiones Philippi se recepit, quo intellecto, & solutâ jam obsidione, Philippus in Flandriam properat, ut illum magnificè exciperet, quod & fecit, continuo quinquennio pro dignitate Regiâ alimenta, & quæque necessaria illi subministrans. Quod Carolus Rex pater intelligens, commonuisse dicitur Philippum, de filio cavendum: Enutris, inquit, lupum, qui oves tuas aliquando devorabit, vero veriora prædicens. Nam sublato patre, postquam Philippus eum parenti manu, & magno apparatu in regnum restituisset, ille nihil unquam majus in animo volubatur, quam quod Carolum filium illius deprimeret, aspirans ad illius dominia: cujus auctor necis fuit consilio & pecuniâ, & postea per cruentissima bella elaboravit, ut stirpem ejus quæ ex filia unica pendebat, penitus deleret.

Anno lix, decessit Iacobus Princeps de Gaesbeeck, Præfectus Doreftati & Apconde, campiductor Hannoniæ hereditarius.

Anno lxi, paratur expeditio in Tutcas per Pium Pontificem Romanum, cui misit auxilio Philippus Dux Antonium ex Burgundiâ filium suum naturalem, verum Pontifex progressus Anconam, ibique diem claudens, cæpta morte sua turbavit, infectamque reddidit expeditionem.

Anno lxiij, fuit validissimus ventus ipso die Matthæi Apostoli, quo infinitæ

David Epi-
scopus re-
formæ Lu-
thici.

Vitia Epi-
scopi.

Lau Phi-
lippi Ducis

5

Daventri-
ensis repul-
sio Davide, ob-
sidione a
Duce, sed
postea in
gratiam re-
dente.

videmus

Ludovicus
undecimus
postea Rex.

Carolus au-
dax.

quem Marchallum
Francorū veterē vocabulo
dicunt.

Pij secundi
Papæ expedi-
tio in Tur-
cas, eius
morte sol-
vitur.

nitæ

nite naves periere, & solito major rerum abundantia & vilis precii, ita ut in scriptis relictum sit modium tritici, ac totidem ordeï, siliginis avenæ, mensuram vini, caponem ac ~~mulierem~~ uno emptos aureo quem scutum appellant vetus.

Vetus re-
bus, de
rerum vil-
ta.

unferum.

Anno lxy. intravit Carolus Philippi Ducis filius Gallias cum ingenti ex-
ercitu, cui potentiores Francigenarum sese confederarunt, verum Lu-
dovicus Rex antequam vires omnium adhaerentur, statuit prius oppu-
gnare Carolum, qui apud montem Henrici inter Parisios & Aurelianum
victor Regem profligavit, qui sese recipit Parisiis, acceptans conditionem
pacis. Et tempore medio obiit Elizabeth ex Borbonia Caroli uxor, Mariæ
prole unicâ relictâ, Leodienfes quoque defecerant ab eorum Episcopo. Op-
pidani in opprobrium Caroli ex pinnaculis mœnium quendam hominem
suspendentes, vi expugnantur per Philippum & Carolum, & extremæ tra-
duntur internecioni, deleta oppido funditus, & Leodienfes sese dedentes,
recipiuntur in gratiam.

Caroli audi-
tu expeditio
in Gallias.

Clades Leo-
diensium ex
vires.

Aqua Dinanti

Anno 1466. ipso die Viti & Modesti moritur Philippus Dux Brugis, cum
Hollandiam partim administrasset, partim rexisset annis xl. sepultus Divi-
one in Sequanis in suburbio Divionis, Monasterio Carthusiensium, Bur-
gundiam vocant, quem Isabella conjux sequitur, solvens debitum carnis
anno lxxj.

Philippus
Dux, mortu-
us.

Carolus Dux filius & hæres Philippi succedit in amplissima Dominia,
postquam Dux Philippus rebus Trajectanorum ac Provincia pro Episco-
po ordinatis, in sua redisset, non cessabat Præpositus Major adhuc sibi ven-
dicare regimen urbis, præficiens Magistratum pro nutu, quod tandem Epi-
scopo displicuit, & concedens Amersfordiam, Horestumque, accito An-
thonio fratre in auxilium, leves cepit agere pradas, in quæ vicem egere Tra-
jectani, & pullulabat hoc modo discordia ad annum, tum Trajectani incen-
derunt ad suburbia Amersfordiæ molam, & cives haud impigri exusserunt
Biltam, & sic sopita discordia. Recepto Episcopo cum fratre à Trajectanis
honorificè, & paulo post Trajectani egressi ad locum dictum Voscuyl, an-
trum vulpium, cepere aliquot cives Amersfordianos permittente Episcopo.

Carolus
dux hæres
Philippi
Duci.

Episcopi &
Præpositi
maioris dis-
pense cum
patria bellum.

Adolphus
Geldia
Dux patre
duci in vin-
culo

Anno lxx. Adolphus Dux Gelria captavit Arnoldum patrem, qui duxerat
sororem uxoris Caroli in conjugem, quia negligenter Republicam ne-
glecra, iustitia administrabat, & Iohannes Procy Decanus major cum Ia-
cobo fratre, atque aliis quinque Trajecto pelluntur.

Iohannes
Procy De-
canus ma-
ior cum fra-
tre pelluntur
Trajecto.

Anno lxx. Goeswinus suffraganeus ordinis Carmelitarum ex Xenodo-
chio Divæ Agathæ Trajecti instituit conventum sui ordinis.

Anno lxx. mensè Iunio capiuntur Præpositus major cum Præfecto de
Bredenroede, ac Walravio fratre naturali ab Episcopo. Sed Walravio ru-
pris carceribus postea evasit, & familia Præpositi proscribuntur, & qui exu-
labant sequenti die recipiuntur. Præfectus verò de Bredenroede per scripta
Caroli Ducis evocatus liberatur, & brevi post obiit, suspitione, uti aliqui vo-
lunt, exunctus veneni. Præpositus verò detinebatur captivus ferme quadri-
ennio,

Præpositus
maior &
Bredenroedi
capiuntur.

ennio, postea relaxatur, abdicata prapositione maiore, cum renunciatione pensionis quam ex Episcopatu percipiebat, & concedens Bredam oppidum ibidem finivit dies. Ferebatur & sinistra fama de causa mortis, verum ipse exutus amplis honoribus, solo Protonotariatus Apostolici titulo contentus, in sine permansit, condignas exolvens pœnas, uti plerique aiebant. Qui Ecclesiam suam inconsultis collegiis, in seipsis optimatibus ac civibus dereliquerat, sibi consulens, nec aliquo habito respectu Provinciae. Jam Episcopo tota accesserat auctoritas, ita ut cuncta ageret pro arbitrio. Scribitur plurima, quæ veti similiter per affectionem scripta credere licet, ut sit in urbibus seditionis juxta Poëtam: *Pinge placere mihi, scelus esse videbitur illi.* Nam Iohannem Proëys expulit, eumque privavit Decanatu Majore, conferens illum ex voluntate, nec aliquis ausus obstitere, ferunt & privasse canonicos præbendis, & servitores in eorum loca surrogasse, filias quoque civium despondebat suis ministris, & cogebat de dote eorum ad dietamen suum responderi. Ordinavit coronam sive mensam Iudicum absque expeditione. Nam quicquid illi dictarent, poterat reclamari: & licuit Advocatis asserere, eos perperam pronunciasse pro causa reclamationis, cum plerisque aliis ordinationibus contra dicente nemine. Quæ tamen cadente Carolo etiam cesserunt. Declinabat etiam Episcopi auctoritas, ita quod ejus in populum, & populi erga ipsum affectio deinceps elanguit. Et tempore quo adhuc dominabatur, permisit oppidum Isestain denudè cingi mœnibus, restituens eis literas privilegiorum, & pristinam libertatem, eosque extollebat, Designabat enim Trajecti quos volebat pro Magistratu. Annuit quoque, ut Hagestein traderetur Præfecto Egmondæ præter consensum collegiorum urbanorum. Alveus Rheni etiam tempore suo à portu dicto de Vaert usque Marsum purgatus atque effossus ad altitudinem duorum cubitorum. Contulit postea Ecclesiæ majori pallia inaurata sumptuosissima cum casulâ & Dalmaticis, præsepe etiam Dux, quod Bethleem nominavit, ex puro & solido auro. Sed cum in fine sive senii tædio affectus, sive illorum culpa, qui à consiliis astabant, minus placidè regebat; beneficia priora facile cessere in oblivionem. Anno lxxij. in principio apparuit Cometa ingens, quem secutæ sunt fames, pestis, & bella continua ad plures annos.

*Omnia au-
toribus ad
Episcopum
transiit
ma. d. agit.*

*Carolo Au-
striae mor-
tuo, eadē
annū aucto-
ritas Epi-
scopi*

Domini

*Cometam
sequuntur
fames, pestis
aque bella.*

*Clerus, No-
bilitas, &
Oppida tra-
jecti Tra-
jectensium.*

*Fredericus
Imp. & Ca-
rolus Dux
Frœveri
surrexerunt.*

Circa eadem tempora tres status, videlicet Clerus, Nobilitas & oppida Trajectensis redemerunt usumfructum, quem Præfectus de Gaesbeec habebat super arcibus Dorstato & Apcomda, pro decem & quatuor millibus florenorum, quos eo pacto recuperarunt Episcopatus. Defuncto autem eodem Præfecto, allegavit Anthonius frater Episcopi, se jam dudum ab illo emisse huiusmodi usumfructum; & sic tertio ab eodem redemerunt pro tredecim millibus florenorum, quos Præfectus in Culenborch, qui duxerat filiam Anthonii in uxorem levavit. Ferebatur vulgo Episcopum id excogitasse, & simul participasse.

Anno lxxij. convenerunt Frœveri Fredericus Imp. & Carolus Dux, quæriti comitatus fuit David Episcopus cum decenti familia. Et aetas erat ferventissima, & tanta siccitas, ut in plerisque locis terra pinguis a. que usque in-

T

La arderent, usque fundum arenæ, antequam ab aliquo extingui posset.

Eodem anno Arnaldo Duce Gelriæ defuncto, Carolus Dux subegit Ducatum Gelriæ, asserens se illum emisse, & habere confirmationem Imperatoris. Elatior itaque effectus Carolus ex prosperis undique successibus, inhibuit Trajectanis, ne usfliginem sive vānam (uti aiunt) effoderent de cætero, asserens illa esse terram alluvialem. Nec aliquis ausus fuit sese opponere, quamvis illi nullum esset Imperium aut Iurisdicctio in Territorio S. Martini, sed occurrebat clades civitatis Leodiensis, levi, ut ferant occasio-

Uliginosa terra quæ vulgo Tur- suam vocat & sicca.

Carolus occupat God- driam.

Prohibet Uligines fodi.

ne subversa, atque Dionanti oppidi. Versabantur itaque Trajectani in magna angustia. Tandem usi summâ prudentiâ atque consilio, obtinere per multas rationes, ubi per annum ab effossione cessassent, ut denuo liceret eis effodere, & potissimè per paginam quandam proprietatis Ecclesiæ S. Iohannis admodum vetustam, continentem donationem illorum locorum, de quibus vertebatur quæstio, factam ab Episcopo Conrado tanquam Principe patriæ in præsentia Comitum Hollandiæ, aliorumque Nobilium non contradicentium. Quod apud Carolum Ducem valuit plurimum. Nam licet esset appetens belli, & gloriæ cupidissimus, iustitiæ tamen & æquitatis prædicabatur, cultor præcipuus. Hoc vitio Principibus communi in parte notatus, ut auctoritate Cæsaris, si jus violandum, regnandi causâ sit violandum.

Carolus religione utitur.

Anno lxxvj. deficiente Lotharingia quam sibi bello semel subjugarat, expulso illius Duce, & amisso bino prælio apud Helvetios in vico Moreto,

Carolus ad Rancum occiditur in prælio, Anno 1496.

& Granfonam, cum jam Nantium oppidum obsideret, Carolus occiditur quinta Ianuarii, omni fere exercitu delecto aut capto, Auctor fuit Rex Francorum, qui profugum Ducem adjuvit pecuniâ, & Argentoratos, Helvetiosque in ejus auxilium concitaverat. Rexit autem Carolus annis decem, vir utique dignus imperio, & cunctis formidabilis, Voluit continuè fortunam illi arrisise, sed cepisse adversari, cum tributum imponeret Ecclesiæ, quæ magnam patiebatur exactionem. Quod non ex ejus voluntate (erat n. magnanimus) sed ex quorundam instinctu & sinistra informatione. Suspicio erat de Johanne Leone & Anthonio Anneton, à consiliis processisse aiebant. Invisum n. erat & inauditum, quod extorserunt à piis locis. Et quidam Iohannes Boshufen superveniens non minore rigore usus fuisse dicitur in exigendo. Is n. spolians quoddam cœnobium Canonicorum regularium, arripiendo vasa argentea atque divina ornamenta. Hæc facio, inquit, ex auctoritate Domini mei. Et digito ostendens imaginem Christi crucifixi infixam parieti: En, inquit, vester Dominus, hic vos adjuvet, unde creditum est, quod paulo post Carolus bis sinistrè pugnaverit, & in tertio prælio ceciderit, auctoreque temporis successu malè interiisse. Succedit Maria filia Caroli in amplissima Domina, quæ statim obligationes, & chyrographa rescidit, tributa etiam nondum levata remittens, quo cleri & populi favorem sibi conciliaret xxvij. Hollandiæ Comes, quæ nupsit Maximiliano filio Imp. Frederici, postea etiam Imperio succedenti, ex quo genuit postea tres proles, Margaretam, Philippum, Franciscum in cunabulis defunctum.

Cum emptus Religiois exactionibus.

Maria filia Caroli 27. Comes fuit.

*Cum frin-
na milita-
ent natio.*

Anno lxxviii. expulerunt Amersfordiani amicos omnes Episcopi, jun-
gentes se Trajectanis.

accepta se

*Monte Tra-
jectanum
serra Isl-
stano, &
Egmondæ
Præfectus.*

Anno lxxxj. mense Augusto fit apud Trajectum ingens commotio, pro-
pulsis etiam Episcopi amicis, manente potestate rerum apud Præfectum
Montisfortis ex aliquali negligentia Episcopi. Cui cum pacis conditiones
sæpius proponerentur, quas accepta se crederetur, sequenti die rejicie-
bantur. Tum Præfecti Egmondæ, atque Iselstain cum eorum clientelis, in-
dicentes bellum Trajectanis per chartæ affixionem ad portas urbis, sum-
mo mane illic ed magnam prædam pecudum armentorumque egere, præ-
præbentes stimulos ad belli futuri incendium. Et sequenti die adduxerunt
Episcopum usque Biltam: Initium est suburbii, cui per suadere, à civibus
eum debere suscipi in civitatem, Præfectumque Montisfortis expelli, cum
jam Trajectani exercebant incendia prope Iselstain. Quo intellecto, Epi-
scopus retrocessit Dorestatū, & quisquam exasperabat alium magis ac ma-
gis ad bellum. Et sequentis quoque anni principio expugnarunt Trajecta-
ni arces, Haru, Niëroy, & Eman, & flammis consumpserunt. Arces verò
Hermelen atque Haer per deditonem in eorum venire fidem. Et cum jam
bellum inter Hollandinos ac Trajectanos videretur sulcitatam, Judocus
Præfectus de Lalain, ac Præses Hollandiæ cum vice comite Antverpiensem

*Arces à
Trajectanis
capte.*

nisi sunt oppugnare vallum Trajectanorum apud portum dictum de Vaert,
circum quod se communerunt tanquam abessuri illud. Supervenientes
autem Trajectani, profligarunt eos, dimissis signis & tentoriis, & instrumē-
tis ac machinis bellicis plurimis, caesis plerisque atque captis: quorum pars
sub fide dimissa. Illius postea fuere inmemores: postea occupatur oppidum
Neerden, atque expoliatur à Trajectanis: qui acceptis decem & quatuor
millibus florenorum, illud restituere: & per Legatos impetrarunt à Duce
Clivensi sub magna spe, multiisque promittentibus, ut filium suum Engel-
bertum adolescentem xviii. annorum adducerent Trajectum: qui applicuit
in vigiliâ natalis Domini anni lxxxj, Trajectum, & deinceps res Traje-
ctanorū minus prosperè successere, amissis post triduum in conflictu quin-
gentis civibus, & supra trecentos captis: quos præsidia collocata in Neer-
den straverunt in locis Vliginosis, gelu jam concretis.

*Neerden cap-
tum &
spoliatur
à Trajecta-
nis.*

Sequenti deinde anno receperunt Trajectani Vianam, Vincentio cyguina
arcis, sive Swanenburch Præfecto curante, & præter fidem turpiter expilan-
te, & accepto multo aere postea exeunte. Mense autem Aprili Præses Hol-
landiæ expugnat arcem Vronenstain in Iutfaes, & tradit flammis, progre-
diens autem ad portum Rheni, vallum acquirit, pecuniâ corrupto Præse-
cto valli Iohanne Alpheno exule Hollandiæ, qui tradidit & indulgentiam
redeundi in Comitatum promeruit, antea pro homine perfido habitus, qui
etiam præ tristitia postmodum interiit.

*Res Traje-
ctanorum
minus pro-
spere.*

Accidit hæc clades
In paludibus prope Westbice
26. Decemb. a. 1481

*Exempla
traditorum
supplicio.*

Eodem anno lxxxij. Præfectus in Naeldewiick oppugnat Cornu sive An-
gulum oppidum, Horen dictum in extremis Frisiæ Occidentalis oris situm,
captis plurimis, quod Præses Hollandiæ cum præfecto Egmondæ paulo
post

occupat

*Storma
vulsi.*

pōt per vim expugnando recuperat, & depradationi exponit, interfectis trecentis civibus.

Anno lxxxij. Trajectani cum quatuor millibus peditum Clivensium aggressi sunt Hestain oppidum, sed nihil proficere propter necessitudines pristinas, quas milites cum illis de Hestain habebant, ut lupus lupum non mordeat, sicuti est in proverbiiis.

Oppugnatio
Hestaini
in usu.

Tumultus
inter Tra-
iecti.

Tumultus
inter Tra-
iecti.

Capitulum hoc indictum,
quo tractaretur de pace
inter Episcopum & Traiect.
in eundem.

Eodem anno indicitur conventus sive Capitulum Trajecti, principe Clivensi absente: & cum Magistratus intrasset, observantur fores extrinsecus, ita ut non pateret exitus: & pars militum exierat urbem ad secandum ligna pro munitionibus. Obsidebatur etiam oppidum Montisfortis. Tum plebs universa se conglobans, credens etiam pacem posse consequi, introduxerunt Episcopum & Magistratum amoto atque in vincula coniecto, creaverunt ~~nomina~~. Intromittebantur etiam clam milites noctu per centenarios, cumque jam numerus adauxerit, cepere milites atque Hollandi perulenter agere, & comminari populo, sese non abcessuros, nisi urbe prius data prædæ, jactitantes eam potestati suæ commissam, ita ut civibus non permitterentur custodiæ ac vigiliæ urbis, vel corporum. Vade miram in modum ingemere. Interdicta etiam eis conversatione & transitu per Hollandiam, nisi sub manu Episcopi, quam servorum more precio coemebant. Cumque istud ad dies duodecim sic continueretur nocte Nativitatis Dominica supervenit Henricus ex Nievelt, sive Novo campo, transcendens moenia retro vicum dictum die Lowers: & suis confringentibus portam; cum viris quadringentis progressus est versus forum palatii, ubi sub ancipiti pugnatum, Henrico binies repulso, sed tertio obtinere sui forum occiso eo per tormentum aut jaculum. Et Episcopus capiebatur, & plerique eum ducti Amersfordiam, & tunc levabatur obsidio Montisfortis, Hollandi-que retrocessere. Prius tamen quam Henricus intrasset, uti alii affirmant, Episcopus progressus in forum manu propria cepit Praefectum Montisfortis, comminatus Wilhelmo Praeposito sancti Salvatoris ejusdem familiae similiter carceres, vel quod eum aliquando castigaret. Sed praefectus propter ingressum Henrici, dimissus ab Episcopo, rogatur ut saluti eius consulat. Henricus enim juraverat in caedem ipsius, & lethaliter saucius ingruente morte exclamavit: prosequamini victoriam ô loci, quæ est in manibus vestris, nec ego sum vobis cura. Sic uni furore accenso, quærenti hastam transfigere Episcopum, praefectus sese objecit, Episcopum protegens, cui addixerat securitatem, ne timeret de vita Episcopus. Nihilominus capitur cum multis aliis, & infami curru quo ~~sumus~~ evehitur, ducitur Amersfordiam. At Hollandi vel factio tunc dominans eorum, qui vocabantur Cabelliani, qui inconsulto principe bellum assumpserunt, magnis sollicitationibus illum inducunt, ut eorum sumptibus obsideret Trajectum: ut puta sedecim millia florenorum singulis mensibus, quod ex restanti debito deducendo, & totidem pro stipendio, præterea militem necessarium cum aliis necessariis: vel quod Princeps militem & necessaria administraret, ipsi pro hoc numerarent.

Henricus &
Nyvelt eo
supra tra-
jectum ma-
nibus Tra-
iectum, &
occidit.

Episcopus
capitur, &
placito
impositum
defertur. A-
mersfordiam.

nomina

sumus

Traiectum
obsidetur.
 rarent quolibet mense octuaginta millia flotenorum. Et cum hoc tela, ma-
 chinas, tormenta, pulveres & cæterum id genus, His affectus Maximilia-
 nus nocte præcedente festum Nativitatis Iohannis Baptistæ locat obsidios-
 nem ante Traiectum, continuans hebdomadas undecim. Iam quarta erat
 obsidio, quam Traiectani sustinere. Impendebatur ingens labor pro ur-
 be potiundâ. At civēs validè se protegebant. Suburbium insula dictum
 Waert, oppugnatum binies, antequam hostes fillo potirentur, quos tamen
 civēs erumpentes eiecere, abripientes machinas, & incendentes illud, re-
 diere in urbem. Quia difficulter defendi poterat, & sic cessit arbitrio ob-
 sidentium. Paulo post in festo Margarethæ xxij. Julij concessus fuit à Duce
 salvus conductus filio Ducis Clivenis, ipsi Præfecto Montisfortis, Magistro
*Tenetur
insula.
 civium, & cuidam Bernardo Scoel conscio doli, uti ferebatur. Et cum ap-
 propinquarent ad Ducem, jam salvus conductus expiraverat: quod Præ-
 fectus Montisfortis ex certis indicis ab amicis præsentiens, retrofugit in
 urbem, & interea, quod alii essent in ~~tra~~ exercitum. credentibus Traiectanis
quod
 qui de pace tractaretur, illic hostes ex improvviso aggrediuntur urbem, &
 acriter eam, frustra tamen oppugnant, cæsis plurimis, inter quos Comes
 Soranus cum plerisque interit. Et paulo post Ludocus Hollandiæ Præses,
 multum infestus Traiectanis, saxo tormenti jacularis, occubuit. Tum ce-
 ptum tractari de pace, auctore Archiepiscopo Iuvamenti, Salzburgam vo-
 cant. Conditiones ferebantur esse, quod Traiectani restituerent signa at-
Conditiones
pæcis.
 que vexilla, cum machinis atque tormentis erepta circum portum & heni-
 quem dicunt de Vaert. Redditus biennales civibus debitos Hollandinis re-
 mitterent, Duci atque Episcopo supplices veniam precarentur, Exules sive
 proscripti propter Episcopum reciperentur, præstaturi iuramentum de non
 offendendo; quod tamen isti non adimplerunt. Dux quoque cum Germa-
 nico exercitu, tanquam victor urbem, effracta idcirco parte mœnium, in-
 traret seclusis Gallis. Quod Hollandinis minus placuit, ut puta anhelanti-
 bus ad urbis excidium, & quo ad id facilius perveniretur, suggestere Prin-
 cipi sese Gallis exoluturos stipendia; sed pecuniam non absque magno di-
 scrimine posse afferri, petentes, ut intramitterentur. Quibus cum Princeps
 annuisset, intromissis Gallis, nulla fiebat solutio, à quibus tunc plus solito
 premebatur pro satisfactione. Vnde indignanti & sciscitanti causam dila-
 tionis, responderunt Hollandini sese omni re exhaustos. Nihilominus, si
 ipsis in duobus punctis complacere vellet, ut scilicet Iohannes Præfectus
 Egmondæ, Hollandiæ Præses, & Fredericus Præfectus Saxi Isulani urbis
 Traiectensis gubernator constituerentur, solutionem, licet perdifficilem,
 invenirent. Quibus Dux, ut liberaretur à molestiis adhuc complacuit. At-
etiam
 tamen satisfactio non fiebat, & eo magis timebatur de seditione ad expi-
 landum cives: quod ~~et~~ progressum habuisset, Germanicis atque Gallis in-
 ter se digladiantibus. Verum præses Hollandiæ cum fratre adjunctis sibi
 Germanicis ac civibus restiterunt, ejicientes Gallos extra urbem, Ita ut Hol-
 landini voti manserint impotes, & urbs salva maneret. Nam Dux ipse post
 exiduum rediit in Brabantiam.

Cum autem perdifficile sit justas & veras bellorū occasionē ex famā vel hominum relatu colligere, propter affectiones singulorū sua justificātium. Quo apparentiora fidei adminicula pro origine hujus belli pateant partem censuræ per Sixtum Pont. Rom. promulgatæ hic inseruimus:

Sixtus Episcopus Servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Exigit protervorum plectenda rebellio, ut ii, qui susceptam à se concordiam violando, libris provisionibus, & mandatis Apostolicis insistere contemnant, Illisque temeritate propria obviare non expavent, excessuum suorum pœnas sentiant, ne impunitas ipsorum ceteris tribuat audaciam delinquendi, & castigatione debita eos sequente ad cor tandem redeutes, viis obliquis relictis, per semitas incedant justitiæ & æquitatis. Dudum siquidem Ecclesiæ Trajectens. Pastorem solacio destitutâ, felicitis recordationis Calixtus Papa tertius, prædecessor noster, de personâ venerabilis fratris nostri David de Burgundiæ Episcopi Trajectensis, eidem Ecclesiæ sic tunc vacanti de fratrum suorum consilio Apostolicâ auctoritate providit, ipsumque illi præfecit in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ejusdem Ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committens, prout plenius continetur in ejusdem prædecessoris de super confectis literis. Quarum vigore idem David tam ipsius Ecclesiæ, quàm ejus ratione in spiritualibus & temporalibus ei subjectarum Civitatis, Diocœsis, ac Patriæ Trajectensis, omniumque jurium & pertinentium Episcopatus Trajectensis possessione seu quasi pacificam extitit, asecutus, quam ex tunc per viginti quinque annos, seu circa in pace ac tranquillitate tenuit, gubernavit, & conservavit. Postmodum verò cum orta fuisset differentiarum materia, inter præfatum Episcopum ex unâ, & Burgimagistros ac Consules & Proconsules, nec non Officiales dictæ civitatis, ac quasdam eis adherentes Ecclesiasticas personas, certarumque Ecclesiarum Capitula, lititconfortes, de & super relegationibus nonnullarum Ecclesiasticarum personarum per dictos Burgimagistros & lititconfortes adherentes, hujusmodi propria temeritate factis, ac nonnullis censuris contra eos per præfatum Episcopum latis & fulminatis, rebusque aliis in actis cautæ & causarum de super latius deductis, & illorum occasione ex unâ & aliâ partibus coram diversis iudicibus tam in Romana curiâ, quàm extra eam: Nos tunc attendentes hujusmodi differentias, gravia generare scandala, ac volentes, ut nostro conveniebat Pastoralis officio, fomites ac radices scandalorum penitus evellere, ac quietem, pacem, & unionem inter partes ipsas statuere, venerabilibus fratribus nostris Albanensis & Tusculanensis Episcopis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus vivæ vocis oraculo dedimus in mâ latis, ut dictarum partium procuratores & negotiatores tunc in dictâ Curia residentes, & propterea ad eandem destinatos, plenè audirent, ac auditis hinc inde propositis, juribusque partium intellectis, differentias & controversias qualibet inter easdem partes, vel concordiam, vel iudicio terminarent. Qui Cardinales partibus prædictis exinde ad ple-

*Bellum
sunt partem
eada.*

*Episcopi &
Papa frater
inter fr.*

*Calixtus
tertius Pa-
pa David
conflictus
Episcopum
Trajecten-
sem.*

*David Episcopus
possessiones
nullius*

*Quaedam Ec-
clesiastica
persona re-
legata, que
relata ad curiam Romanam
denunci-
runt.*

*Quam Papa
audiri à
Cardinalibus
tribus
iussit, &
terminari.*

num auditis, & relatione nobis per eos in nostro secreto confistorio facta tandem de nostro & reliquorum fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium mandato, quandam honestam & discretam indixerunt concordiam, quæ per utramque partem approbata & suscepta, & pro majori ejus parte adimpleta exitit. Successivè autem existimantes partes prædictas bonâ pace frui, & inter se quietam ducere vitam, non sine magna animi perturbatione intelleximus, quod sedulo fœderis inimico Sathanâ instigante præfati Burgimagistri, Consules, Proconsules, etiam Scabini, Rectores, Capitanei, & nonnulli alii perditionis filij, in dictâ civitate & oppido de Amersfordiâ patriæ & Diocœsis prædictarum degentes, ac discordias & bella potius quàm pacem & quietem affectantes post disruptionem ac devastationem nonnullorûm castrorum, quæ ad præfatum Episcopum ratione dictæ suæ Ecclesiæ pleno jure pertinent & spectant, eundem Episcopum etiam in Dominio, Jurisdictione, & temporalitate suis turbare, molestare, & vexare, ac illis eum spoliare temeritate propriâ non expaverunt. Præmissis denique non contenti in messem Christi manus mittentes immundas, & jurisdictionem ac facultatem privandi, & eligendi Episcopos sibi usurpare præsumentes, dilectum filium Engelbertum de Clivis adolescentem, & nondum vicesimum suæ ætatis annum agentem, loco præfati Episcopi in dictâ civitatem defacto intromiserunt. Qui Engelbertus palatium, domum & curiam Episcopalem exinde hostiliter occupavit, & quod non parum detestabile est à præfatis Burgimagistris, Consulibus, Proconsulibus, Rectotibus, Scabinis, & aliis Officialibus ac civibus Trajectensibus & Amersfordiensibus in ipsâ civitate residentes: fidelitatis juramentum obedientiam & reverentiâ tanquàm eorum vero Domino & Episcopo sibi præstari & exhiberi facit, quemadmodum ei similiter de facto præstavit & exhibuerunt, dictumque Engelbertum, publicum Episcopi hostem civitati & oppido prædictis, contra voluntatè ejusdè Episcopi præfecerunt ac impederunt, & impediunt, quominus præfatus Episcopus suâ possessione pacificâ Ecclesiæ & civitatis ac oppidi de Amersfordiâ prædictorûm pacificè uti & gaudere, illorumque regimè & administrationem in spiritualibus & temporalibus, habere & exercere valeat atque possit, Perjurii reatum ac in talia comittentes sacris Canonibus latis sententias, censuras, & pœnas damnabiliter incurrentes in animarum suarum grave periculum, nostraque ac sedis Apostolicæ auctoritatis contemptum & vilipendium, præfati que Episcopi præjudicium maximum & dispendium, nec non perniciosum exemplum & scandalum plurimorum. Nos igitur cupientes, ut æquum est, tot & tantis scandalis obviare, ac statui & indemnitati ipsius Episcopi, prout nostro incumbit officio, quantum cum Deo possumus, congruis remediis providere, motu proprio, non ad ejusdem Episcopi, vel alicuius alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostrâ merâ liberalitate, ac ex certâ scientiâ, æquitate & justitiâ id nobis suadentibus, præfatos Engelbertum, Burgimagistros, Consules, Proconsules, etiam superiores Audermannos, Scabinos, Consiliarios, Capitaneos,

*Discordia
Traiectanorum
sententiam
confessoria
pali terminata,
& accepta a
partibus.*

*Paco facta
non obstante
quodam
Traiectani &
Amersfordien-
sis Episcopi
in possessione
eorum suarum
turbavit, & Engelbertum
Ducis Clivensis
filium
perjurum &
Episcopum.*

*Nata etiam
hæc mori
progre.*

ues & Rectores, Officialesque, ac cives civitatis & oppidi prædictorum, omnesque alios & singulos eis, vel alicui ipsorum etiam quod præmissa adhaerentes, ac præfatum Episcopum, ut præfertur, impediētes, molestantes & perturbantes, detentores quoque & occupatores, nec non intrusos, & intrudendos, ac ipsis vel eorum alicui auxilium, consilium & favorem quomodolibet publicè aut occultè, directè vel indirectè, quovis quæsito colore præstantes, cujuscunque Ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis, excellentiæ, status, gradus, ordinis, Nobilitatis, præminentia, seu conditionis fuerint, quocunque etiam nomine censeantur, quorum omnium nomina & cognomina, & qualitates ac si singulariter specificarētur, & designarentur præsentibus, pro sufficienter expressis haberi volumus, sub virtute sanctæ obedientia, & pœnis infra scriptis, quas contra facientes, & eorum quemlibet ipso facto incurere volumus auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, appellatione quacunque ex certâ nostrâ scientiâ remota, & sublata, ac quibusvis aliis sententiis, censuris & pœnis à jure vel prædecessoribus nostris etiam à nobis contra talia facientes quomodolibet latam, nihilominus in suo robore permansuram, monemus & requirimus, ac eorum cuilibet districtius præcipiendo mandamus, quatenus Engelbertus & quilibet prædictorum infra sex dierum spacium, post habitam de præsentibus notitiam computandorum, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, nec non peremptorio termino ac Canonica monitione eis assignamus, ut à singulis impedimentis, molestationibus, intrusionibus, & occupationibus prædictis, ac aliis quibuscunque turbationibus penitus & omnino desistant, ac præfato Episcopo seu ejus procuratori de per Engelbertum, & alios prædictos monitos respectivè captis, detentis, occupatis, subtractis atque ablatis mobilibus & immobilibus bonis ac rebus, nec non fructibus, redditibus, proventibus, juribus, jurisdictionibus, emolumentis, & obventionibus universis cujuscunque sint speciei omni excusatione & exceptione, appellatione, semotis integre & cum effectu absque diminutione & dilacione aliqua satisfaciant, illaque ei tradant, restituant, & assignent, ac ab aliis quantum in eis fuerit, tradi, restitui, & assignari faciant & procurerent, dictumque Episcopum, seu pro eo procuratorem suum, civitatis, oppidi, palatii, domus Episcopalis ac jurium, Jurisdictionum & pertinentium, honorumque omnium spiritualium & temporalium corporalem, realem & aequalem possessionem continuare, illaque eum pacificè & absque impedimento aliquo gaudere permittant liberè, Burgimagistri quoque & superiores Audermanni, Scabini, Consiliarii, Capitanei, Rectores, civesque & incolæ civitatis ac oppidi prædictorum, vasalli etiam ac coloni, laboratores, censuarii, reddituarii, & alii subditum tam Ecclesiastici, quam seculares, prout ad eos, & eorum quemlibet respectivè pertinentium, ipsi Episcopo, seu ejus legitimo procuratori ac officialibus, & ministris per eum deputatis, & nulli alteri prout tenentur, pareant & obediāt, respondeant, & favorabiliter incedant, fautores vero & consultores ipsius Engelberti, sibi que & illi quomodo

* vel

M. v. d. p. p. p.

modo libet in præmissis vel aliquo eorum adherentes, à præstatione auxilii, consilii & favoris, omnique adhesionis, & sequelâ omninò cessent, ac deinceps à similibus abtineant, alioquin in omnes & eorum singulos, tam Ecclesiasticos, quàm seculares, per eos in genere vel in specie, ut præfertur, monitos, qui infra sex dies ex tunc immediatè sequentibus monitionibus, & mandatis nostris huiusmodi cum effectu non paruerint, vel quo minus pareretur, fecerint, suaserint, seu alias directè vel indirectè, palam aut occultè, quovis quæsito colore occasionem vel causam dederint lapsis sex diebus eisdem ex nunc, prout ex tunc, ac viceversa, si Archiepiscopali, Episcopali, aut superiori dignitate Ecclesiasticâ præditi fuerint, interdicti ab ingressu Ecclesiarum: Si verò alii inferiores Ecclesiastici, vel etiam seculares cujuscunque Ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis excellentiæ, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, excommunicationis & anathematis sententias auctoritate, motu & scientiâ prædictis, earundem præsentium tenore ferimus & promulgavimus in his scriptis: à quibus sententiis ab alio, quàm Romano Pontifice, vel ab eo speciali ad id auctoritate suffulto, præterquam in mortis articulo constituti, nequeat abolutionis beneficium obtinere. Et si quod absit Engelbertus aliique moniti prædicti, sic tunc interdicti excommunicati, & anathematizati, eisdem interdicti, excommunicationis & anathematis sententias, per alios tres dictos sex dies immediatè sequentibus sustinuerint, indurato similiter ex nunc, prout tunc, pari motu, scientiâ & auctoritate civitatè & oppidum prædicta, ac Ecclesias, monasteria, & quævis alia loca, ad quæ eisdem monitos sic interdictos, excommunicatos, & anathematizatos forsitan declinare contigerit, etiam ecclesiastico suppennimus interdicto, quamdiu ibidem steterint, aut stare permitti fuerint, & per duos dies, post eorum aut alterius ipsorum ex tunc recessum strictissime observantur, ita ut eo durante nullis diebus præterquam in festivitibus & casibus à jure permissis, & in illis duntaxat clausis januis, ac excommunicatis & interdictis, exclusis submissâ voce ex Apostolico quovis privilegio, etiam ordinibus, locis vel personis concessis, missæ, & alia divina officia valeant celebrari. Eisdemque interdictos, excommunicatos, anathematizatos interdictum huiusmodi non observante, si Archiepiscopali, Episcopali, vel aliâ majori Ecclesiasticâ dignitate præfulgeant, à divinis ac suarum Ecclesiarum regiminibus & administrationibus suspendimus. Engelbertum verò & alios inferiores à prædictis Ecclesiasticos, & etiam seculares quoscunque, sic tunc excommunicatos & anathematizatos, canonicatibus & præbendis ac dignitatibus, personaribus administrationibus, vel officiiis, Monasteriis quoque, Prioratibus, Præposituris, Præposituribus, & Præceptoribus, cæterisque beneficiis Ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, ac quibuslibet Iurisdictionibus, Magistratibus, præminentibus, feudis, juribus, privilegiis, honoribus, & mundanis reputationibus quibus unq; quæ eos obtinere contigerit, auctoritate, motu & scientiâ privamus, ac ad illa & alia similia in posterum obtinenda, nec non ad testandum, & quolibet alios

71
Monitionibus.

Monitionibus.

Monitionibus.

dum

Monitionibus.

= similibus

es

inde

hos legitimos actus faciendum inhabitamus, privatosque, & inhabilitatos
 esse censemus & declaramus eo ipso, Si verò interdicti, suspensi, excommu-
 nicati & anathematizati, privati & inhabilitati nolentes in semitis iustitiae
 dirigere gressus suos, & ad cor reverti & veniam petere, & poenitentiam sa-
 lutarem agere de commissis sub huiusmodi interdicti, suspensio-
 nibus, anathematis, privationibus & inhabilitationibus, censuris, & poenis
 protervâ obstinatione per alios tres dies extunc immediatè sequentes per-
 manere non expaverint, similiter ex nunc, prout ex tunc lapsis posteriori-
 bus diebus praedictis, eos aggravatione & ~~regeneratione~~ ^{reaggravatione} censurarum & poe-
 narum praedictarum ligamus & innodamus, ligatosque & irretitos ac in-
 nodatos esse decernimus ipso facto, Mandantes singulis Cathedralium, &
 Metropolitanarum vel collegiarum, ac aliarum Ecclesiarum, nec non Mo-
 nasteriorum Praelatis, Capitulis, Conventibus, Canonicis, Rectoribus &
 personis ~~alijs~~ ^{alijs} Ecclesiasticis, etiam religiosis, in vim sanctae obedientiae, &
 quous super hoc pro parte dicti Domini episcopi fuerint requisiti, seu qui-
 vis eorum fuerit requisitus, in eorum ecclesiis Dominicis, & aliis festivi-
 diebus, dum inibi major populi multitudo convenerit ad divina pulsatis
 campanis, & accensis candelis, ac postmodum in terram projectis, & extin-
 ctis, erectoque crucis vexillo, cum trinâ lapidum projectione, & aliis in si-
 milibus de iure observari solitis. Ecclesiasticis ceremoniis, interdictos, su-
 spensos, excommunicatos, anathematizatos, privatos, inhabilitatos, aggra-
 vatos & reaggravatos publicè denunciantur, ac ut tales jubeant & mandent
 ab aliis omnibus arctius evitari, omni appellatione & exceptione cessanti-
 bus. Injurgentes quoque omnibus aliis Christi fidelibus, ut illos evitent, &
 eis cuncta necessaria denegent, donec corde contriti, spiritum assumentè sa-
 riorum consilii ab huiusmodi perturbationibus, inquietationibus, mole-
 stationibus, detentionibus, ac civitatis, oppidi, & honorum praedictorum
 occupationibus, adhaesionibus, favoribus, auxiliis & consiliis penitus & o-
 mnino cessaverint. Eidemque episcopo de per eos subtractis & ablatiis ac
 occupatis integrè satisfecerint: civitatem quoque & oppidum praedicta, eo-
 rumque liberam & expeditam possessionem restituerint, nec non ab inter-
 dicti, suspensionis, excommunicationis, & anathematizationis, ac aliis cen-
 suris praedictis absolutionis, relaxationis, integramque reconciliationis gra-
 tiam à nobis & sede praedicta, satisfactione praevia, memerint obtinere.

Anno lxxxiiij, nocte praecedente festum Agneus Fredericus Praefectus
 rupis Isulanæ adjuvantibus exulibus occupat Amersfordiam, machinis &
 aliis bonis illam spolians, & magno exacto aere pacatus recessit. Quo tem-
 pore ordo Divae Brigidae Traiecti instituitur ex religiosis foeminis, soluta
 tamen vita, quas Beginas vocant, à velo capitis quo involvi consueverunt
 sic dictae. Similiter constructum sequenti anno lxxxv, celebre Xenodochi-
 pupillorum atque orphanorum magno aere Everhardi Zouidenbalch The-
 saurarii ecclesiae majoris. Post recessum verò Ducis Maximiliani, postpositis
 in ita pacis conditionibus omnia Traiecti ceperunt esse turbida. Nam cives

^C
 excommunicatio =

^C
 reaggravatione

etiam

ut

^C
 Excommunicationis
 ceremoniae, formulae
 & ritus.

Fredericus
 Isi Henricus
 occupat
 Amersfor-
 diam.

Regina Di-
 va Brigida
 à velo cap-
 itis sic dicta.

hinc inde passim noctu quieti ac sopori dediti, capiebantur & ducebantur ad Dorestatum arcem: ubi ingenti auto sese redimere cogebantur Episcopo, uti fama erat, participante de commodo. Tum consuluerunt Magistratus Præfectum rupis Isylanz, quomodo plebs retineri & reduci posset ad obedientiam, & cōcluserunt portam civitatis muniendam fore, quod & Hollandinis prius consultis placuit, qui etiam ingentem pecuniam in hoc opus erogarunt. Tum ceptum vallum & fossis circumductum, & impositum præsidium militare, quo & machinz & bellica instrumenta, quotquot erant, immittebantur. Et paulo post indicto conventu populi declarabatur, civitatem alieno zre ad summam lxxxij. aureorū esse gravatam, & pro illorum redemptione impositum tributum prædiale, quolibet lugere ad octavam partem aurei, taxato ad biennium; & qui prædiis carerent exolverent centesimam. Transacto autem biennio cum cives à debito se crederent liberos, compertum est, eos in centum millibus obligari. Quisque enim per rapinam privato commodo intēdebat absque aliquo respectu boni publici, Episcopo ista permittente. Præsciebat enim licet porta esset munita, cives minime passutos, ut ab hostibus gubernarentur.

Anno lxxxix. cum anno præcedēte Præfectus Montis fortis in nocte protho-martyris Stephani occupasset arcem Woerdam, & frater Præfecti de Bredenoede invasisset aggerem Rotte fluminis, sive oppidum Rotterdamū, Episcopus reversus est Trajectum, certis de causis. Et rumor popularis erat, jam portam rursus debere aperiri, ac continuabatur magis ac magis indies, quod nec Episcopo, nec Magistratui placuit, accitisque ex singulis collegiis artificum binis vicis, ut mentem eorum perscrutaretur, & rem poneret in dilationem, illic concurrunt supra quingentos, non vocati. Ita ut Episcopus cum Magistratu animis consternerentur, malentes portam remanere munitam: quàm apertam. Ad pacandum ergo tumultuantium animos, persuasit Episcopus se petiturum vicum Dorestatum, & intra paucos dies rediturum & curaturum, ut porta dederetur per amicitiam, libenter enim sese absentasset, sed non concedebatur. Cum autem Episcopus hoc considerasset, misit qui postularent à præsidio tradi portam. Quod denegabatur: sciebant enim, qui vallum tuebantur, vires omnes bellicas, item & pulveres in portā consistere, & machinas in ipsorum custodia. Quæ tamen per industriam mirabilem fuere à civibus recuperatæ, tenente præsidio. Et cum frustra expectarent suppetias, propter obstaculā & impedimenta viarum, tandem salvis bonis & Præfecto Rupisfortis suis machinis sese dedidere. Iam vallo præditiis vacuo illic fossæ obstruētæ, & munimenta cum vallo diruta, jam idem Præfectus validam coadunaverat manum ad ferendum subsidia, sed quia ventus contrariebatur, & itinera terrestria erant in via, præpediebatur inceptis quasi superis affaventibus. Tum octo ex primoribus sub fide renunciatæ vindictæ, educti extra civitatem, & portæ turres ac moenia diruta, instaurata. Paulo post Episcopus rediit Dorestatum, & continuè meditabatur in animo, quomodo proscriptos posset reducere.

*Dorestatum
belli munitio
per arcem
sine illsis
reg. & Hol.
landorum.*

*Episcopus in
sicut pro
redimendo
quo auro.*

*Episcopus
anno lxxxix
dixit de
Rotterda-
mæ captis,
occidit.
Trajectum.*

montis fortis

*Porta Tra-
jecti muni-
ta a præsi-
dio de isour
nibus.*

Anno xc. Episcopus recuperavit à civibus aggeris fl. Amstellæ, Amstelco-
damam vocant, arces Abcondam, & terram pacis, Vredelant dictam, quas
ab initio belli occupatas tenebant. Alii tamen volunt sub pactis deditas, ne
oppido Montiforti per Ducem Saxoniz atque Hollandinos, multosque
Nobiles, paulo post gravi obsidione cincto, mitterentur suppetiæ, sicuti ap-
paruit, licet Episcopus manum militarem penes se haberet Trajecti, partim
securitati consulens urbis, ne aliquid attentaretur: Civibus autem se va-
lidè defendentibus, plurimisque ab utraque parte in oppugnationibus cæ-
sis, tandem fit pax. Per conditiones deditur oppidum cum arce, & postea re-
stituitur Præfecto. Sed arx atque oppidum Woerda rediit in potestatem Hol-
landinorum, & sic discessum ab armis.

Amstellæ
damam
arces
Abcondam
& terram
pacis
Vredelant
dictam

Montifort
um
decisus
& uterque
partes
pax
con-
stituitur

Bellum
de
credito
illorum
&
Episcopi
& præcipue
Trajecti
nu.

suinam

Eodem anno Præfectus de Wisch adjunctis sibi pluribus ex numero No-
bilium prædonū indixit subditis patrimonii Divi Martini, præcipuè Trans-
fulanis bellum. In causa erat, quod Rudolphus Episcopus ab ejus genitore
magnam pecuniam cepisset mutuo, de quo nullum habebatur documen-
tum, afflixit tamen Provinciales plurimum. Daventriani autem multum
indignati, qui illum nullis rationibus flectere poterant, obsederunt arcem
firmam Wildenburch dictam, & magna illi intulerunt damna, nemoribus,
sylvisque succisis, & tandem componitur quæstio, contra mentem tamen
aplius Præfecti.

Thomas
Chus
Archiepiscopus
Cæsariensis
vires

De hoc Bazinio videndi,
Rob. Gaguinidius hist. Franc.
libi. x. Meyerus Annal.
Holland. lib. xvii.

et

Anno xcj. decessit Trajecti Thomas Bazinus Archiepiscopus Cæsariensis,
sepultus in choro templi Divi Iohannis, vir nobilis, ex Gallis provincia
Armorica oriundus, magnæ prudentiæ, & in Sacris litteris apprime erudi-
tus. Iam offerit se occasio aliquid de eo disserendi. Hic erat primò Episcopus
& Dux Luxoviensis civitatis Armorica (Ideo Armorici quasi ante mare, ante
anum ante, Marini Marici teste Eutropio dicti) Carolo septimo ejus nomi-
nis Gallorum Regi, & percharus idcirco Ludovico ejus filio (qui omnes,
quos genitor observaverat, summè odiebat) infensus, sive quod prudentiæ
sue, sive potentiæ gentilium suorum Baziniorum invidebat, falso suspicâs
illum Anglis ac Burgundionibus favere. Primum aulâ ejecit, demum Re-
gno expulit, & Tyrannico animo, uti erat, facultatibus & Ecclesiâ spolia-
vit, atque in ejus vicè successivè tres Pseudo-episcopos intrusit: persequens
jam pulsum, ne abstractus securusque viveret, quocunque locorum sese di-
verteret, ita ut primum apud Lovanium, postea N. demum Trajectum ad
Rhenum exilium sibi deligeret. Et quod longe crudelius est, non contentus
hujusmodi furore, partim minis, partim pollicitationibus falsis illum coë-
git, ut Ecclesiæ renunciaret, servato modico censu arbitrario pro alimenta-
tione. Hoc tamen non contigit, nisi postquam divina ultio fuisset subsequuta.
Nam uti affirmant etiâ testes hujus rei superstites, ex tribus Pseudo-episco-
pis unus sibi mortem conscivit, dejiciens se in puteum: alter similiter de-
decorosè finivit vitam, tertius item subitaneo periit. His ferus Rex terri-
tus, ut aliquis cum justo titulo Ecclesiam acquireret, excogitavit fieri res-
taurationem: quo apparent damna & injuriæ reparatæ.

Eutropio

Pollent
an
la
Kerlesha
& regno
Franci
in
omnium
ad
Ludovico
ni, Reges

Bazinus

Trajectum
causatur, &
Sixto Tra-
jectum trans-
misit ad Ar-
chiepisco-
palem Ece-
clesiam Ca-
lisenfem.

Bazinus itaque diu sollicitatus, tandem duxit cedendum futuri & importunitati, renunciatur Ecclesiae illi, à Sixto Romano Pontifice translatus ad Caesariensem Archiepiscopalem, reservato annuo censu *See.* Luxovienfi: residuum dierum apud Trajectum in pace finiēs. Et quamvis postea à Carolo Rege, Ludovico patre Rege defuncto, potestas redeūdi illi offerretur, persistit in priore conditione, ne non contentus *in certis* fluctibus fortunae se se ammodo subiceret.

Impeditio
Comitis Bu-
vanis in ur-
dem Tra-
jectensem
populsa.

Circa eadem tempora Comes Barenfis, quem superius Praefectum Ruspis Ifulanæ nominavimus, cum Praefectis de Hoemodr, Bronchorst, Batenburch, Benthem, Wifch & Welp, sive eorum clientelis adunavit validam manum apud Wageningen. Filius quoque ipsius Comitis Florentius nomine, contraxit aliam manum apud Iffelstain, sive rupem Ifulanam. Et cum gemino exercitu in vigilia Pascatis civibus nihil tale suspicantibus, contenderunt ad civitatem Trajectensem, pater ad portam, quæ dicitur Albarum *du-*rum, filius ad aliam, quæ dicitur *in* Tholonaris, quam & sui occuparunt, & erectis signis cum tubis & vasis bellicis progressi sunt tanquam jam ut bepotiti. Verum ut varii sunt fortunæ eventus à perexiguâ turmâ civium concurrente profligati, terga vertere coacti sunt, fugâ in portam & alibi quærentes salutem. Ex quibus aliqui occisi, aliqui evestigio membratim divisi, & supra mœnia suspensi. Pater autem intelligens adversum filii successum: non enim quadrarunt de tempore: mœstus retrocessit.

Perpetuus
Magistra-
tus creatur
Trajecti.

Eodem anno creatur Trajecti perpetuus Magistratus, duodecim præfecti Consulium, quos Scabinos vocant, xiiij. Consules, & xl. viri plebei, tali ordine, quod decedente aliquo Praefecto, in ejus locum unus ex Consulibus, & in hujus locum alius ex plebeis surrogaretur, & rursus decedente plebeio alter ex popularibus, neque liceret fratribus fratrum filiiis eisdem sedere subfellis. Quisque ex istis præsideret ad vitam, cum aliis utilibus conditionibus. Verum parum stetit hæc ordinatio, plerisque eam infringentibus, ita ut intra biennium rursus fieret abrogatio, & auctoritate Episcopi pristinus modus reciperetur eligendi.

Ad gladij
abdicatur
in Culen-
burgico.

Anno xcij. exererat Praefectus in Culenburch fûrcam in vico Honswiick, præsumens ad se pertinere jus gladii. Verum episcopus cum Trajectinis & cæteris oppidis illam dejecerunt. Quod Praefectus quàm ægrè tulit, & post multas quæstiones causa submissa fuit arbitrio Praefecti Mœisfortis, & Philippi Burgundiæ fratris episcopi, quem & ipsum postea episcopum vidimus Traiect. Hi cõperto, quod episcopi Trajectenses utile Dominium, non autem jus gladii illi concessissent, impoluerent silentiū ei, ita quod Praefectus dolens se *interesse*, destitit à cœptis. Quod solum & unicum egtegiū facinus asfirmant Episcopum toto tempore regiminis sui reliquisse memoriæ.

Unicum E-
piscopi egre-
gion facti-
oni.

Anno xciiij. compositis rebus in Flandria, Comes Burenfis gregariam militum manum, qui illic militaverat, adducens secum in Geltiam, verum minus prosperè gesta, cum Carolus Dux Geltiæ, qui proximo anno liberatus è captivitate, Ducatum receperat, illi occurreret, declinavit signa in Trajectanos

intenta se

jectanos animo recuperandi partem Divæ Catharinæ semel amissam, cum tamen modico ære paulo post ante differentia intercipi & componi potuisset. Nam in Episcopum erat compromissum, quem tamen præcipuum Comitibus suspicabantur amicum: verum culpa impingebatur negligentia Præfectorum consularium, causam non persequentium. Inferebat quoque Comes provinciæ magnam cladem incendio & rapinis, occupans suburbium, quod insulam dicunt. Timentes cives majora incommoda, quia multos habebat in urbe fautores, nec validi essent ad resistendum soli urbis saluti, intendentes, & pericula hujusmodi averterentur, sit concordia; ea lege, quod Comiti exsolverentur viginti quinque millia aureorum, & cadavera suspensa supra mœnia deponerentur, & sic retrocessit. Tum tamen non modica suborta quæstio super promisso ære coadunando. Tandem ingens tributum singulis aratis impositum, de quo Episcopus nec non alii Principes ex nobilibus & Magistratu, ut consentirent allecti participasse divulgabantur.

Iam & Præfectus de Bredenroede suas intendebat querelas propter priorem jacturam per illum de Suanenburch in occupatione & spoliatione oppidi Vianensis illatam. Verum considerans minus pro voto Præfecti Culenburgensis negotium successisse, & quod sibi non tantus favor esset apud Episcopum & alios cives Trajectanos protinus cessans à comminationibus quæstionem sententiæ judicium submisit.

Stantibus his turbationibus, Sanctimonialia ut se periculis subtraherent, relinquentes locum, Iherusalem commigrarunt ex suburbio in civitatem, in hospitium Niërode dictum.

Anno xcvi, mensè Februariò suboritur ingens gelu, triduo solum perdurans, quo Rhenus spacio xxiii, horarum solidatus se meabilem reddidit, quarto die rursus absolvitur, & sequitur inaudita aquarum inundatio, quæ à Colonia usque mare omnes Rheno adjacentes Provincias perfudit, effractis aggeribus. Et sequenti anno mensè Januariò major aquæ inflatio, etiam altissimos transcendens aggeres, Friesiam, provincias Rhenanas, & Flandriam vastans, innumerabilemque hominum ac pecorum multitudinem absorbens, abstinuit tamen à territorio Trajectanorum. Et anno præcedenti fuit ingens annonæ abundantia.

Anno eodem xcvi. 16. Aprilis Episcopus David cum præfuisset annis xxxix, mensibus 9, decessit parum laudatus à plerisque, quod minus utilis fuisset, & immo senio contractus more pueri se regi permitteret à vilibus hominibus tantæ instabilitatis, ut quod uno die agendum decreverat, sequenti die mutaret, & provinciales idcirco, præsertim Transisulanos magnis sumptibus & laboribus sæpius frustraretur, cõtinuà vexatus podagra. Alii tamen id sibi laudis attribunt, quod oppida, arces, & omnem Ditionem sancto Martino libera, & absque onere. Et thesaurum post se reliquit meliorem, verum parum commodi afferentem: cum frater ejus arcem Dorrestatum, in quo decessit, in potestatem suam haberet, neque illam, nisi sub-

*Curantibus
mura expo-
ditio in Tra-
jectum ab-
tata, qua
prior igno-
minia ab-
latur.*

ita

*Aº 1493 Frederico fratri
de Egmont D. de Htelstein
Buren Cranendonck et lode
missa fuere ab Ord. rævest.
Singulis 1200 flor. Rhen. iuxta
raru tribu literas eã de re ex-
cum impu tantus.
suum.*

*Bredenroede
querela sub-
missa iudic-
cio.*

*Mira aditio
& subita
mutatio.*

*Inundatio
maris ingens*

*A. 1496
cepia.*

*David B.
piscopus
mortuus.*

gravi pacto dimitteret. Contulit etiam Ecclesiis sumptuosa ornamenta, & majori præsepe ex solido auro magni ponderis. Cudit ad monetam utique legale m, quæ adhuc in precio habetur. Cætera præmissa sunt. Sepultus in ecclesiâ oppidi Wijck, juxta Dorestatum, sive quod statutum erat cum tempore, solenni pompâ illum deferre Trajectum, quæ subito parari nequivit, prout Legatis ecclesiarum missis pro cadavere visum fuit, sive quia in ingrato solo quiescere recusaret, quoniam inter ipsum & Trajectanos frigida erat amicitia: utrumque incertum est. et
quæ

Fredericus Badensis

Episcopus 56.

Mense Majo sequente indictis Comitibus Philippus frater Ducis Clivensis, Chori episcopus Trajectensis ab Episcopo Monasteriense, Duce Juliacense, nec-non Comite de Bentheim. Ex adverso Fredericus ex Marchionibus Badensibus Thesaurarius Colonienfis per Comitem Nassoviz & alios Nobiles nomine Maximiliani Augusti, & Philippi ejus filii commendantur. Verum Fredericus prævaluit, rejecto Philippo, nec unquam tot concordia suffragia visa in electione alicujus Episcopi Trajectensis, quæ ultra numerum octuagenarium ascendebant. Acclamatur itaque omnium voto Episcopus lvi die festo Servatii, & festo Lamberti receptus cum magno applausu. Comitabantur eum Archiepiscopus Treverorum patruus, Marchio Badensis frater, & multi Comites & Nobiles cum magno equitatu. Tum elaboratum, ut arx Dorestatum recuperaretur ex manibus Philippi fratris defuncti Episcopi: Qui ingente pecuniâ acceptâ cessit. Hæc fuit quinta redemptio huius arcis, quæ provinciæ multo plus dispendii quàm commodi attulit. Nam Præfectus de Gaesbeek sub Rudolpho Episcopo illam vendidit servato usufructu, cui paulo post renunciavit pro xiiij. M. aureorum. Tertio solata fuere Anthonio Burgundo in utilitatem Præfecti Culenburgensis xij. aureorum M. Quarto redempta fuit à Comite Burenfi, qui illam tempore belli Traiectensis obtinuerat; Ex quo conici potest, quam magno constitit hæc arx Provinciæ. Fredericus itaque Episcopus paternum genus ex domo Badensi, maternum verò Austria, hoc est: Frederici Imperatoris sorore ducens, vit omni virtute præditus, nisi quod sacris se raro immiscuit, affabilis, benignus, & comis, magnificus in armis, ac splendida mensa, provinciam tutandam in animo statuit, & illico gregarios milites, qui circum Trajectum vagabantur, terruit, atque abcedere coëgit; discordiam inter Comitem Burensem & Ecclesias atque Trajectanos composuit: non parum odii sibi ex hoc contrahens, quia favorabilius pro Comite, quàm aliis agere suspicabatur; unde postea magni mali

*Comitibus
no: Episco-
patu duo.*

*Arx Dore-
stati
quæ un-
redempta.*

*Magnus E-
piscopi.*

malī cepit fomentum.

Anno xcviij. Præfectus de Wisch antiquæ cladis suæ non immemor, gregariam militum manum duxit in provinciam Transisulanam, cui Episcopus adjuvator Ducis Gelriæ statuit occurrendum. Tum egregium actum facinus per quendam Magistrum equitum dictum Bel Gelrium, qui assumptis lx. duntaxat comitibus in hostes prorumpens, cepit centum quinquaginta pedites. Paulo post Episcopus ac Dux appropinquarunt in hostem, ut oppugnarent: verum peditatus se reddidit involuntarium recusans subire pugnam, nisi captivi relaxarentur, non absque eorum dedecore. Dux vero accensus ira, hortatur Episcopum, ut cum equitatu invaderent hostem quod & factum est, Duce ipso inter primipilares constituto. Unde cæsi, sparsi & fugati hostes, & usque ad mœnia Clivensia persecuti: Episcopus transfixis ex suis lxx. equis, paucis tamen viris desideratis, quos ceperat, iussit tanquam in latrones gladio animadverti, exercitum suum soluto stipendio dissolvens. Verum superstitēs ex gregariis & Clivensibus, quod salutem penes ipsum invenerant, & Gelriæ Ducem quod Episcopum juverat, has reddere vices, sunt qui & Episcopum norant alicujus ingratitude in Ducem Gelriæ pro beneficio accepto. Nam Dux Clivensis recolligens dispersos milites, duxit in Gelrium, & paulo post Gelrius eosdem sibi consiliatos, duxit in Cliven. mutuis incendiis ac rapinis sese afficientes.

Expediō
Episcopi ad-
versus pro-
fectum de
Wisch.

Demum anno xcix. idem Dux Clivensis pacatis rebus cum Duce Gelriæ, eosdem milites recuperans, duxit in Trajectanos ob priora debita contracta, dum fratrem ipsius postulassent. Episcopus id præsentiens, misit ad Ducem, ut animum illius scrutaretur: cui respondit, se præter singularem amicitiam nihil habere cōmune cum eo vel suis. Verum Trajectanos & Amersfordianos. quærebatur magno ære atque injuriâ sibi obnoxios. Rogans ut illos induceret ad reparationem. Traiectani vero atque Amersfordiani offerrebant refusionem duplam se intra quadrienniū exoluturos, aut responsuros in judicio nobiliumve arbitrio. Dux autem obaudiens, & actionem graviolem irreparabilemque faciens, finem armis quærere statuit. Rhenum oppidum per milites invadens. Qui tunc Episcopo feciale cum scriptis direxerunt, huius ut fertur sententiæ. Nos tres campiductores (designatis nominibus) tibi Episcopo Traiectensi, omnibusque tuis auxiliariis auctoritate Ducis Clivensis indicimus bellum, propter debita per Davidem Episcopum, Traiectanos & Amersfordianos contracta; cum tamen huiusmodi debita, non per Davidem, sed adversum illum contracta fuisset. Episcopus Fredericus rem indignanter ferens, militem conscripsit, oppidum magnâ pecuniâ ab infaustis redemit, eosque sacramento sibi in stipendium addictos, in provinciam Clivensem deduxit. Gennepum oppidum vi capiens, & circum quaque grassans, injuriam illam vindicavit. Dux autem per nuncios sese visus est excusare, proponens submissionem in Philippum Austrum Archiepiscopum Coloniensem, Ducem Iulie, aut tria oppida Transisulana, totidemque ex suis, & finaliter in fratrem ipsius Episcopi.

propria

Expediō
Ducis Clivensis in
Traiectanos & Episcopum.

Deum d.
Clivens
dicitur Episcopo.

Episcopi
redemptio
Rheno oppidum
ab infaustis
eos ducit in
Clivensem,
Gennepum
capit.

scopi Marchionem Badensem. Episcopus autem provocatus, conditiones omnes respuit, donec ex parte se suosque ultus esset, tum quæstio intercepta & sopita mansit.

Episcopus nisi ultus, pacem non facit.

et limitibus

Quæstio inter Archiepiscopum Aulicum & Ducem Geltriam ob arcem Oya.

Orta postea differentia inter Philippum Archiducem Austriae, & Carolum Ducem Geltriae præcipue super arce Oya in civitatibus, quam uterque sibi vendicabat. Tandem conventum fuit illam sequestrandam in manibus ipsius Episcopi. Qui eam recusavit assumere inconsultis Ecclesiis, nobilibus & populo. Tandem sub magnis pollicitationibus, indemnitate oblationibus, diu sollicitatus, quod utraque pars contribuere portioem justam pro præsidio constituendo, neque vi, neque dolo instarent, ad illam occupandam, & si secus contingeret Episcopo nihil imputarent, sed cum excusatum haberi debere, satis invitus illius custodiam assumpsit. Cumque multo tempore eam illius servasset suo ære, neutro illorum juxta promissum, licet sæpius ad hoc implorato, aliquid solvente, & fidem addictam frustra non servari conquireretur; cupiens ab hujusmodi onere absolvi: Cornelius præfectus Septem montium (Sevenbergam vocant) permisso, uti creditur, Philippi Archiducis, seu instigatione civium Silvæ-ducis (Buscum-ducis dicunt) cui arx infesta esse solebat, per industriam illam occupat, quæ

Episcopus invitus sequestrat arcem Oya.

Arx Oya occupata à Brabantia, causam dat discordiam inter Geltriam & Episcopum

illicò demolitur. Unde inter Ducem Geltriae & Episcopum magna discordiarum fomenta orta sunt, quæ ad vitam Episcopi perduravit, nec destitit Episcopum omni conatu persequi, licet in culpâ non esset. Nam arcem Cunram à flumine siye æstuario sic dictam, hujus occasione occupavit. quam recuperatam rursus invadere tentavit: impeditus per cives Campenses, qui auctores deprehensos, cum armis capite mulctarunt. Nam antequam Aulam, siye oppidum Aldensalam, cum Diepenhemâ vi expugnavit, quas Episcopus validâ equitum, ac peditum manu adjutorio Transisulanorum contraactâ, obsidendo & expugnando recuperavit, armaque in ipsum Ducem convertens circa Zurphantiam atque Arnhemiam, ipso Duce inspectante, incendia ac rapinas exercens, arcem munitissimam Woldam siye Saltum occupans vastat. Tandem interventu Trajectensium, qui solito more huic bello abstinerunt, quæstio omnis intercepta per inducias & concordia subsecuta.

Interventu Trajectensium concordia inter Geltriam & Episcopum solvitur.

Groningenses siye Crucei perulant in Episcopum & vicinos Frisios.

Conceptus etiam ex hoc tempore rancor inter cives, Provincialesque & Episcopum. Passus fuit idem Episcopus & aliud grave incommodum, propter petulantiam Groningensium, siye Grunorum, qui divitiis affluentibus cepere in locis vicinis dilatare imperium, multos vicos & agros provinciae Frisiae, contra omnem æquitatem sibi usurpantes, subjectos sub duro jugo, & barbaris legibus servite cogentes, quas longum esset enarrare. Unde sese cunctis reddidere exosos. Accidit interim, quod Albertus Dux Saxoniae, vicarius Imp. Maximiliani, Frisios inter se discordantibus, per alteram factionem sollicitatus atque adjutus modicis præbis illam subjugaret. Et quæ eam jure queat possidere, oblectatus affluentia Provinciae, cum Philippo magno ære in tuendis dominiis, illo puero per Episcopum, tanquam tutorem effuso, & idcirco sibi obligato, pepigit actionem ratione Comitatus Hollandiae

Albertus Dux Saxoniae Frisiam occupatur.

dia illi competentem in remittendo debita cōtracta, atque restituendo certa oppida, & loca in pignus tradita, in se transferre. Factus hoc medio securior, applicuit animum ad distracta atque alienata à Frisiiis recuperanda præcipue territorium per Grunos violenter occupatum. Nam oppidum ad Ecclesiam Traiectensem ab antiquo competere, sicuti satis ex præcedentibus constat, Frisia æque sicuti Comiti competebat, Verum Grunis pertinaciter Alberto Duci renitentibus, & magnis incommodis usque ad obliationem affectis, cum res eorum in angusto collocaretur, implorantibus ab Episcopo (cui quantum libet obediunt) suppetias. (Nam Præfectum Iustitiæ auctoritate Episcopi & Ecclesiæ sub modico penso per modum recognitionis sibi constitui permittunt, alias juris proprii.) Dum conventum indicito apud Hattenum oppidum inter Episcopum & illos indictum fuisset, eisque oblatum subsidium, modo contenti forent his, quæ ratione Ecclesiæ tueri possent, & se illis abdicarent, quæ juris essent Frisiaci, atque id ægerimè ferrent, Wilhelmo quodam sacerdote primæ parochiæ viro magnanimo, atque in magno honore apud eos habito, respondente, sese omnes malle latanter colla submittere ferro, quam possessis renunciarent. Sic dimissis atque cum indignatione retrocedentes ab Episcopo defecerunt, multo astu ab oppressione Alberti Ducis sese liberantes. Nam eorum instinctu, uti credebatur, Henricus filius Alberti graviter per Frisios rebellantes obfidebatur. Ad cuius liberationem pater descendens, tandem in expeditione, magno animi tædio, decessit. Filius nihilominus amicorum fretus potentia, & provinciâ in deditiōnem suam redactâ acrius, Grunos ægere cepit. Qui Comitem cis Emam flu. qui Frisiæ Orientalis sibi vendicat, Præfectum militiæ illius (uti ferebatur) tunc agentem, magna spe dominandi, atque præmiis sollicitatum in defensionem primo. Demum Geltrum acciverunt, oppidum utrique dedentes, & valla pro coercionem majoreque securitate construi patientes. At quo Geltrius suam ac Grunorum causam faceret meliorem, publicè per literas ad status Traiectensè testatus est, se necessario adductum, ut hoc faceret, quo se atque illos à maiore periculo liberaret, Episcopum incusans. Nam documenta publica se habere, per quæ satis constabat, Episcopum nihil oppidum Grunorum perpetuo ab ecclesiâ Traiectensi alienare, atque in potestatem maioris Principis tradere. Super quo Episcopus palam testatus fuit, id se minimè cogitasse, sed conquestum Cæsari Maximiliano de defectione Grunorum ab Ecclesiâ Traiectensi, uti jactitabant ipsius auctoritate, ut liberi deinceps essent, quod sibi permolestum esset tolerare. Et nisi ob reverentiam Maiestatis suæ sub spe restitutionis ommitteret, non permetteret eos inultos, sed cogeter ad deditiōnem. Hæc & similia ex exemplaribus literarum nobis ostensis constare poterant. Sic antiquus rancor inter ~~Ducem~~ atque Geltrum crebrè repullulavit, arx præterea Coevordia cum oppido per ~~defectionem~~ Præfecti illius N. Grunis uti credebatur authoribus, amissa rursus viribus Episcopi recuperata fuit. Qui tot cladibus affectus, jam viribus deficiens, & ex tibiâ laborans, cum

Gruningon
sum ab E-
piscopo da-
filiis.

ut

Gruningon
si summo
sui defenso
rem primo
Comiti Em-
danum, de-
indo Ducē
Galdræ

* titulum

Episcopum

defectionem

Coevordia
amittitur
& recuperat
itur.

provinciam utramque cis & ultra Isulam externo milite opprimi cerneret, nec potentia illorum obistere valeret, omni aere in defensionem ^{p^{ro}} perfuso, petrus regiminis proposuit officio Episcopali renunciare, ex ^{eo} eis potissimum, ut sede Trajectanis atque Provincialibus vindicaret, quos sibi infensos reddiderat, eo quod omnia sine auctoritate collegiorum ipsisque inconsultis agebat, exteros solum in consilio & administratione rerum admittens, raro aut nunquam se sacris immiscens, accessitque multos sibi sanguine junctos, quos propter potentiam & factionem contrariam suspectos habebant. Vnde cum esset magnanimus Trajectum venire rogatus, contempsit, insidias metuens. Auxit hanc suspensionem quod legationem ex Statibus Trajectanorum ad vicum Dorestatum conscripserat; in qua erant Praefectus Montisfortis cum principe Gaesbeeck, atque Praelatis & Nobilibus, ex quorum numero eramus electi, & cum propter aeris inclementiam eodem die instante vespere statutum fuisset, in sequentem diem differre iter, ut in aurora currus ascenderemus. Ecce nocte inter media superingruit ingens militum vis; iussu Florentii Praefecti Saxi Isulani, (uti ferebatur) ex inopinato, ut urbem occuparent, opportunitatem maximam nacti, propter ingens gelu, quo omnia erant pervia. Et verisimile erat urbem potuisse capi, cum scilicet minimè suspicaretur, nisi Gelrii equites eis fuissent impedimento. Properabant enim per Velnam, qui illos a tergo aggredientes, currus machinis tormentis ac sealis onustos ruptis funibus invadendo moram fecere progressus; Trajectanos interim celeri nuncio praemonentes. Illic concurrunt ad arma sine tumultu, & nox vincitur laternis ac luminaribus ante singulas aedes suspensis. Nemo segnis, nemo impiger inventus, sed aerius quisque incitabatur propter conatus inopinatos. Tandem pulsu campanae significatur hostes appropinquare, qui sentientes insidias detectas, incendia per territorium ac pradas agunt in subjectos Episcopi: demum faciunt statione juxta urbem, civium animos tentantes. Conobium Carthusium invadunt, suburbia juxta ventorum cursum flammis ^{abundando}, quo illae facilius in urbem pervolarent, sed superis faventibus & conscriptis, & intromissis equitibus aliquot Gelriis, quibus civiles animi confortabantur, & metus omnis deponeretur, tandem illi cum undique grassati essent, omni spe frustrati, moventes, castra fixerunt ^{eadem} in portu Rheni, dicto de Vaert, quem in recessu igni etiam ^{consumarunt}, magnam crudelitatem in captivos exercentes, hoc facinus intorquebatur in caput Episcopi, tanquam conscii; nec ad mittebat populus excusationem ejus, licet ejus subjecti non paucis damnis fuissent affecti, unde adversus omnium animus. Nam Trajectani cum pro tanta injuria repellenda statuisent oppidum Saxi Isulani premere obsidione, quarelis per provincias domus Burgundiae ad oppidum litteris de tanta violentia expositis, monetam inconsulto Episcopo sub imagine Divi Martini, cum insignis Ducis Gelriae cudi fecerunt, ipsumque precibus & stipendio in adiutorium allicuerunt, voto tamen frustrati. Post arctam & diuturnam obidionem suppeditis pro ipso Florentio coadunatis jam imminentibus retrocessere. Margareta Maximiliani Augusti filia, cum administra-

x penes se haberet

Inter Episcopum & provinciam Amuliam.

quis hic princeps de Gaesbeeck ignoras, tanquam n. potremus ex Abcondijs Gaesbehy baro ante plures tunc annos obierat, hoc eius dominio ad Hormis reuerso.

La Horno Per inter legatos Episcopi.

Trajectanorum ad defensionem Burgundiae.

adurendo

sum

quin legatio ipsa eo antequam debuisset intercepti;

Qua fit scripta auctoritate Martini Imperatoris Maximiliani.

A dissolventes

p^{ro}

eo

quod

cum

no provinciarum Caroli Principis & nepotis commissa fuit questionem in-
 tercipiente & dissidentes concordante. Dum hæc agerentur, pulchrum ac-
 cidit stratagemata, oppidum Vicopastorum, alias Harderwick ad sinum me-
 ridionalem Frisiorum in Veluâ situm occupabatur præsidio Burgundionum,
 quod à Præfectis istorum militum, quos ad portum Rheni declinasse narra-
 vimus, per literas sollicitabatur, ut ex parte se illis jungerent, egebant enim
 equitatu interceptus fuit nuncius, & Trajectani atque Gelrii qui illis auxilio
 venerant, de hoc edocti, servato nuncio, literas per alium misere, sponden-
 tem nihil imminere periculi, & jam ocius ascensis equis, exeuntes in Gel-
 riorum, per insidias latitantium, concidere manus. Illi uestigio explorati sta-
 tum oppidi, quod vacaret milite illo, confluentes in vasere, Amissum paulo
 post Tielâ oppidum, quod in manu etiam erat Burgundiorum. Credebatur n.
 conniventibus Burgundionibus hæc expeditio cogitata. Sic Trajectani sub
 nomine Gelriorum has reddidere vices per indirectum. Hoc modo Burgundio-
 nibus plusdani, & Gelriis lucti accessit, quam ipsis Trajectanis. Et quo com-
 modius Fredericus se abdicaret Episcopatu, consilio cujusdâ Hermanni Hagen,
 cui nimium fidei tribuerat, usus est; is n. dudum in Gallis sub Philippo Duce
 Cliveni, Episcopo Hedvorp, atque N. Principe Saxi Corvini, sive Revenstai-
 no stipendia meritis, permisit sibi suadere, quod medio Regis Gallorum Tra-
 jecti cum Mediomaticâ sive Metens. ecclesiâ Episcopatu commutare pos-
 set: quam mirum in modum tanquam tranquillior in administrando affe-
 ctabat: quia in eadem urbe aliquando enutritus, in super & annuo stipendio
 à Rege ipso donaretur. Nec displicuit Frederico proposita conditio, quin
 Hermannom clam secretissimis suis negocium peragendum committeret. Ille
 haud segniter intentus, quo & sibi confideret, serat n. usque ad publicam no-
 tam avarus simulat se privatis de causis ire in Gallias, pulcherrimis suffultus
 equis properat apud Regem Lugdunum, exponit commissâ. Episcopus interim
 conscendit in Germaniam superiorem, asserens se voto Divæ Annæ astrictum
 & visendi fratrem, quo comunicatio secretior & comodior in abstracto fie-
 ret. At Rex faciles fertur præbuisse aures, quo magis auctoritatē suam in in-
 feriores Germaniam dilataret. Nam hoc medio credebatur filius Ducis Lo-
 thariorum, nepos ex sorore Gelrii, ad Trajectens. pro ecclesiâ Metens. quam
 tenebat posse pervenire. Verum Maximilianus per amicos rescivit conatus
 Episcopi, & quid in Gallis tractabatur, unde irâ accensus, terruit Episcopum
 à corpore desistere, nec decere ipsum sanguinis sui cum extero Principe in præ-
 judicium Romani Imperii similia concipere, nec contentus, quò huic peri-
 culo obviaret, induxit partim suasionibus, partim minis ut Episcopatu ad
 ejus & Caroli nepotis nominationem sub annuo penso renunciaret. Quod
 cum à Statibus (uti aiunt) quos hoc celaverat, intelligeretur, obtulerunt illi
 ex bonis Episcopalibus, sufficere alimentationē ad ejus vitam subministrare,
 & quod de successore suffragiis & votis collegiorum deligendo cōdescenderet,
 nec Ecclesiâ desolatâ relinqueret, aut prædæ exponeret, tantumq; effecere, ut
 Episcopus licet simularet cuncta, penitentia ductus, si potuisset propositum
 mutasset.

Burgundi-
 ma op-
 gant.

Tielâ op-
 pitum ca-
 pitum.

fratre Ducis

a
 Episcopus
 Ecclesiam
 cum Mes-
 tensi commu-
 tate nititur
 apud Regem
 Galliarum

consulere

Maximilianus
 anno & Ca-
 rolo in Elzâ
 conatus
 Episcopi

consu

Intriodum
 deprecâ-
 tur et dicitur

sponsam suam

Sed de fide datâ per Legatos sæpius impulsus atque monitus, non nisi re conclusâ & perfectâ status edocuit de successore, quos eatenus inani spe suspensos detinuerat. Is erat Philippus Burgundus, frater Davidis Episcopi ex patre, quod plerosque reddidit stupidos, alii vehementer indignati atque favore vis, juxta privatam singulorum affectionem, Gelrio id non minus ægrè ferente. Philippus enim à puero nunquam institutus ad professionem Ecclesiasticam, plus se armis quàm literis exercuerat, ducemque in bello terrâ marique agens, diu Præfectum classis, quem Admiraldum dicunt: cuius mores atque antea vita multis cognita, eo plerosque reddidere admirabundiores. Verum cum illi, qui potissimum vis fieri indignari, persensissent jactam aleam: & Maximilianus atque Carolus proni essent ad complacendum futuræ publicæ utilitati: quo Philippus quietius in sede collocaretur, atque idcirco legario destinaretur Braxellas cum certis conditionibus paciscendis, cui & nos intererat benignè auditum atque exceptum. Interim, quo super bono publico tractaretur, omiſſâ causâ publicâ, contulerunt se ad Philippum in Zelandiâ sive Mariimâ provinciâ constitutum cum celeritate, privatis suis rebus consulentes, & licè effectum fuit, quod publicis commodis postpositis, ubi prius de bello formidabatur, ipse in arcem Dorestati admitteretur, atque à Trajectanis magnâ pompâ exciperetur, multis proceribus comitatus, applaudentibus Transsulanis, contradicente nemine. Cepit populus magnam expectationem in primo ingressu de illo cum se comem exhiberet cunctis, quem Rom. Pont. magno proſequebatur favore, contuitu Maximiliani atque Karoli, qui proprio ære, quæcunque necessaria crederentur, circa ejus promotionem perfici jusserunt. Creditas est veterem exuisse hominem. Nam sacris se quam primum curavit initiari, assumere personam religiosam magnâ splendore visus. Sed longè secus, quàm sperabatur, evenit, sive malo fato, sive incuriâ aut pravo consilio Episcopi: nam primo ingressu arces Lega atque Oldensala in Transsulanis per Præfectos illarum hostibus traditæ, & de bello cum Gelrio ingens terror. Arces tamen præsentia ejus recuperatæ, & discordia cum Gelriis sopita. Iam Fredericus nudatus Episcopatu, nudans thesauro arcem Dorestatum, acceptaque uti ferebatur, ingente pecuniâ, abcedens Lyram oppidum Brabantia, serio ac continuâ valetudine laborans, paulo post annum diem clausit extremum, cum præsidisset annis circiter viginti. Absque dolore publico obiit anno 1516. corpus eius à nepotibus translatum in Territorjū avitum, quod Baden dicunt, pridem thermas Antoninianas nomen ferente, ne in urbe ingrata Traiect. sepeliretur. Fuit haud dubiè Princeps cordatus, specimen alti sanguinis, unde erat, præ se ferens: Nam provocatus, etiam impare fortunâ intrepidus arma non detrectavit assumere, in rebelles acer, clemens in victos, suapte natura humanus atq; affabilis, aulicos ac famulitium etiam infimum decenti vestitu, ac Germanico more abundè opipareque enutrens, ita ut plures paropsides onustæ cibo extra arcem ad uxores concubinasque pauperum deferebantur indies, quam sub Philippo successore præpararen-

Episcopus
successorem
Philippum
Burgundum
Davidis fra-
tram nomi-
nato

Præfatus
publico præ-
fatum.

In milite
videtur Epi-
scopus reli-
giosus.

al. magna que spondeze.

al.
non ferentibus quod in urbe
ingrata Transsulanis designatis
sepeliretur

Episcopus
propi.

tar in aetate pro omnibus, licet ille non spernendam servaret mensam. Cum-
 que ab amicis Frederico persuaderetur, quia res angusta angebat, ut hujus-
 modi inutiles impensa minuerentur, respondebat majores suos consuevisse
 vestire ministros, atque eorum replere ventres, non loculos, à quorum ob-
 servatione degenerare volebat. Præterea sicuti mos est omnibus Germanis,
 auri atque ætis percupidus ultra quam conveniebat Principi, cum quod a-
 lias turpe censeatur, oblectabatur tractare & dignoscere nummos peregrin-
 nos, & qui aliqua ambiebant nocti oportunitatem solius ejus præsentiae, ac
 pecuniâ muniti facillè nonnunquam fiebant voti compotes, inconsultis &
 ignorantibus illis, qui adhærebant lateri à consilio, & in hoc gaudebat quan-
 do clam illis aliquid suis posset recondere. Legationes atque prælatos ma-
 gnificè excipiebat, venerabatur clerum, & quotiens aliquis ex causa ad Do-
 restatum confluebat, illum excipiebat mensâ, vel infirmitate præpeditus ci-
 bo ac vino honorabat in hospitibus, ordinatis nobilibus, qui vices suas in ex-
 cipiendo implerent; amabat pacem se averfantem, etiam Ecclesiæ suæ non
 spernenda ornamenta pro sacris mysteriis obvendis donavit, & majora do-
 nasset, nisi suorum suavis fuisset immutatum. Reliquit tamen quinque Ec-
 clesiis pro æternâ memoriâ legatum, de cujus parentelâ ita scribit Pius Pont.
 Rom. Maximus in sua Europa; In Marchionatu Badensi; Princeps Jacobus
 Iustitiæ ac prudentiæ famâ inter Germanos clarissimus, cum sibi ad huma-
 nam felicitatem solam literaturæ peritiam abesse videret, quos ex conjuge
 legitimâ liberos sustulit ediscere, litteras compulit, inter quos diviso patri-
 monio cum Carolo primogenito singularis industria juveni sororem Im-
 peratoris matrimonio collocasset, plenus annis haud invitus è vitâ decessit.

Sub eo contigere aliqua prodigia: nam plerisque in locis etiam Trajecti
 visæ cruces è caelo pluere. Cometes præfaga mortis Philippî Regis Castellæ
 Maximilianî Augusti filii, cecidère grandines insolitæ, prodierunt & ante
 non visæ aviculæ in illis provinciis, disparis coloris in capite, & corpore
 tanquam cucullatæ sive ~~capitæ~~, uti ferunt, quando erigebant plumas,
 quæ tanto ardore in aëre inter se interdum certabant, ut ~~abconerant~~ furore
 simul decedentes per magnos greges manibus vulgi apprehenderentur vi-
 va. fuere & insolitæ aquarum inundationes inflato Rheno, aliisque flumi-
 nibus plerisque locis juxta Oceanum submersis, ac gelu insolitum & conti-
 nuum multos mortales extinguens, qui fluxu sanguinis per nares cœcreti fri-
 gore per ~~publia~~ itinera defecere. In Ecclesiâ oppidi Purmerani nocte Nati-
 vitatis Christi orta fulgurum atq; tonitruorum tempestate, aviculæ aliquot
 supervolantes alis suis extinxere luminaria, cum magno terrore ac clamo-
 re populi, & idiplum continuabatur certo cursu in aliis locis vicinis. Evo-
 mit & mare ingentia Cete diversis in locis, quorum aliqua visa longitudi-
 nis vicenam & quinque cubitorum. Etiam vivis in ora Rheni, quo mare in-
 fluit, visus piscis inftar colliculi, sive domus magnitudine, naatis longo tem-
 pore terrorem incutens, qui cum alto aestu adductus, & profundam vora-
 ginem nactus, retrocedentibus aquis, illic manit conclusus, donec per ma-
 guam

Apollini
 regnum
 manserunt

D

Prodigia
 sub Epi-
 scopis

capitata
 occacata

u
 Mæsticis
 quasi piscis

gnam inundationem liberatus, dispareret. Fuit interdum paratâ classe cum machinis à diversi generis tormentis impetitus, sed hoc comperto, cautè se novit abscondere in profundum, aliàs se ostendentes visibilem; erat uti præmissum est, inmanis, brevi tamen corpore, nõ oblongo, sed vasto, & perquam eminenti dorso nõdoso, croceo, lateribus cæruleis ac viridibus distinctis lineis, ventre subalbido, terga languinosa, capite vix prominente, sed foramine magno in fronte, per quod instat fumarum evaporantis flammæ ac flammæ, ~~nonnunquam~~ sursum emittebat liquorem fetidissimum, ut ut aliqui piscatores sive meru visi monstri, sive fetore infecti, interisse feruntur. Veniti etiam præter solitum impetuossimi stant, quæ omnia, sicuti reipsa cõpeditum fuit, provinciis malum omen portendebant, quæ continuis bellis, cædibus, flammis & rapinis quassabantur inter sæviente pestilentia. Sub hoc etiam Frederico revelatæ multorum Sanctorum in Ecclesia sancti Iohannis reliquiæ, uti ipsè suis affirmat scriptis, quæ ideo hic inferimus pro memoria postteritis. Ecclesiam autem ipsam in honorem omnipotentis Dei, ejusque matris Virginis, Iohannis Baptistæ, cognominique ejus Evangelistæ Andree, Laurentii, ac Catherinæ Martyrum accepimus consecratam.

Epistola scripta.

1 de

*Epistola re-
liquarum
quam Ber-
noldus Epi-
scopus apud
S. Iohannem
deposuit.*

*Epistola
S. Cypri-
ani & In-
fimo.*

Fredericus Marchio de Baden, Dei Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Trajectensis, universis & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos præsentis nostræ literæ pervenerint salutem & sinceram in Domino charitatem: Magno pax devotionis affectu accepimus; Quod recolendæ memoriæ, Reverendissimus in Christo pater Dominus Bernoldus vicissimus Episcopus Trajectensis prædecessor noster (prout in historicarum annalibus legitur) ad omnipotentis Dei, ejusque præcellæ genitricis semper Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum laudem & gloriam, atque sælicem suæ recordationis memoriam, inter alia sua laudabilia pietatis & virtutum opera, tres in civitate nostrâ Trajectensi magnificis impensis, fundavit Ecclesias, unam in Divi Petri Apostolorum Principis honorem; aliam quoque beati Iohannis Baptistæ præcursoris Domini titulo insignivit. Tertiam verò Conventualem in sancti Pauli Apostoli Doctoris genium memoriam sempiternam erexit, singulas variis donis, privilegiis, & libertatibus exornavit, quæque in dictâ Ecclesia sancti Iohannis corpora sanctorum Cypriani & Iustinae devotè recondidit, ubi hodierno tempore ineffabili venerantur honore. Postmodum verò dilecti nobis in Christo Decanus & Capitulum dictæ Ecclesie nostræ sancti Iohannis, divinâ inspiratione moti, chorum jam dictæ Ecclesie nostræ (ipsis ad reparandum & intertenendum derelictæ) quæ jam à suæ primævæ fundationis origine, & sælici transitu ad Deum dicti Domini Bernoldi Episcopi & fundatoris ultra quadringetos & quinquaginta annos erecta steterit) ob nimiam verustatem ac ruinæ prope minacem, non absque magnis impensis, Dei ejus sanctissimi præcursoris consilio adiutorio ampliare, & de novo erigere incipientes (cujus nos fundamenti primum lapidem per venerabilem Dominum Hermannum de Lochorst, Decanum Ecclesie nostræ sancti Salvatoris Trajectensis nostrum in spiritualibus generalem vicarium

*fumum
nonnunquam*

*n
m
le*

sacrum collocari fecimus) & Deo dante dicti Domini opus inceptum sagax
 ei studio debito effectui mancipare intendentes. Nunc die vicesimā secundā
 mensis Maii, sicuti veridicorum relatu didicimus, summum altare dicti cho-
 ri ex necessitate operis per eorum laboratores & artifices ad alium congru-
 entem locum transferre satagentes, in concavitate altaris quandam plum-
 beam cistulam inclusam invenerunt, sed ipsam ob venerandam eius anti-
 quitatem attingere verentes, per Reverendum Patrem Dominum, Dominum
 Jacobum Ridder, eadem gratiā Episcopum Ebronensem, in Pontificalibus
 Vicarium nostrum, adhibitis ad hoc ceremoniis & solemnitatibus consu-
 etis, in sacrum decenter collocari curarunt, minimè tamen tunc dictam
 cistulam aperientes, sed alterā die per dictum Reverendum Patrem Domi-
 num Episcopum Ebronensem, in venetandi ac Nobilium & spectabilium
 virorum Domini Jacobi de Appeltesren, Decani Ecclesiæ nostræ Trajecten-
 sis Henrici de Appeltesren, Domini de Persichem, Gerardi Domini de Oy-
 en, Henrici de Ghend, Iohannis de Rheno, de Iutfaes, olim Burgimagistro-
 rum civitatis nostræ Trajectensis, & aliorum plurimorum testium fide di-
 gnorum, & Notarii dictæ Ecclesiæ sancti Iohannis ad hoc vocatorum præ-
 sentis allatam aperiri fecerunt, inventientes, deposito dictæ cistulæ plumbeo
 cooperculo, aliam cistulam sive capsulam ligneam sericis ornatam, ac vitro
 tectam. Quo iterum remoto in medio dictæ capsulæ repertus fuit lapis ob-
 longus Porphireticus, cum quatuor cedulis pergamenicis antiquissimis
 characteribus latinis accuratissimè conscriptis, & sub dicto lapide jacuit
 pars panni serici purpurei ferè coloris: sub quibus panno & cedulis jacue-
 runt certæ reliquiæ. Verum propter supervenientem occupationem dicti
 Reverendi Patris Domini Episcopi, præfatam cistulam plumbeam cum di-
 ctâ capsulâ lignâ rursus ad sacrum & locum congruentem reponi fece-
 runt, eandem visitationem ad tempus magis opportunum differentes; ho-
 diè verò videlicet decimâ octavâ mensis Iunii, die Dominicâ, in octavis san-
 ctæ & individuae Trinitatis, horâ quartâ post vespèras, vel quasi Pontifica-
 tus sanctissimi in Christo Patris, ac Domini nostri Domini Leonis divinâ
 providentiâ Papæ decimi anno secundo, in venerandorum & celeberrimo-
 rum, venerabilium & præstantissimorum dominorū, dicti domini Herman-
 ni de Lochorst Vicarii nostri, Adriani de Trajecto Prepositi Salvatoris Tra-
 jectensis, & religiosorum patrum Corneli de Steekis vicarii generalis con-
 gregationum Hollandiæ, & Jacobi Calckar prioris conventus Trajectensis
 ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Professoris Theodrici Houwagen,
 beatæ Mariæ Antwerpiensis Ecclesiæ Canonici, Francisci de Hulst con-
 siliarii in altâ curiâ Principis Castellæ, ac Everardi de Loddenoert Iurisco-
 nsultorum in Curia Trajectensi causarum Advocati, & aliorum virorum Ec-
 clesiasticorum testium fidedignorum, nec non dicti Notarii præsentis di-
 ctam cistulam plumbeam in mensâ ad hoc deputatâ reverenter in sacristia
 dictæ Ecclesiæ repositam denuo per dictum Reverendum Patrem dominum
 Episcopum Ebronensem aperiente, & dictas cedulas debite visitantes, & pu-

Cistula
 plumbea
 inclusam
 altari
 etc.

Capsula
 lignea
 sericis
 ornatâ
 vitro
 tectâ
 in sacristia
 etc.

C

blicè ibidem lectas hujusmodi sub tenore.

Tenor prima cedula.

Reliquiæ sanctæ Mariæ Matris Domini, de sepulchro & de sindone Domini, de petra super quam Dominus sedit, Reliquiæ sancti Petri Apostoli, sancti Iacobi fratris Domini, sancti Philippi Apostoli, sanctorum Martyrum Stephani prothomartyris, S. Laurentii, Bonifacii Martyris, Anastasi Martyris, & sanctorum confessorum Martini Episcopi, Hilarii, Heriberti, ~~S. Hilarii~~ & Sanctarum virginum Margarete virginis, Affæ Martyris, xj. M.

Tenor secunde Cedula.

Et Sanctorum confessorum Martini Episcopi, Benedicti Abbatis, sancti Hilarii Episcopi, sancti Nicolai Liberti, de cruce Domini Dei, de vestimento sanctæ Mariæ, sancti Amandi, de Spongia, de sepulchro sancti Ioseph, aliarumque Martyrum xj. M.

Tenor tertia cedula.

Reliquiæ sanctæ Mariæ matris Domini, de sepulchro Domini, de sindone Domini, de petra super quam Dominus sedit, & sancti Petri Apostoli, sancti Iacobi Apostoli fratris Domini, sancti Bartholomei Apostoli, & sanctorum Martyrum Stephani Prothomartyris, S. Laurentii Martyris, S. Georgii Martyris, sancti Pancrati Martyris, S. Bonifacii Martyris, S. Alexandri Martyris, S. Stephani Papæ & Martyrum, Apoliti Martyris, S. Blasii Martyris, S. Tiburtii Martyris, S. Sixti Martyris, S. Urbani Martyris, S. Gorgonii Martyris, S. Quirini Martyris, S. Venantii martyris, S. Anastasi martyris, S. Egnatii martyris, sancti Siltiani martyris, sancti Amani martyris.

Tenor quarta cedula.

De cruce Domini, de vestimento Domini, de vestimento sanctæ Mariæ, Bartolomei Apostoli, de columna Domini, & sanctorum Martyrum Pancrati, Georgii, Alexandri, & sancti Stephani Papæ & martyris, & sanctorum confessorum Nicolai Episcopi, Liberti, & S. Virginum Agathæ, Margarete virginis, Iulianæ virginis, quibus cedulis debite perlectis & reliquiis in dictâ capsulâ existentibus inspectis. Idem Reverendus pater Dominus Episcopus Ebronensis dictarum reliquiarum visitator, de dictorum nostri Vicarii, & in Theologia ac in iure doctorum consilio, easdem reliquias extra loca, in quibus à senioribus & venerandis patribus reverenter olim collocatæ fuerant segregatæ, abstinuit, sed easdem more aliarum reliquiarum venerari & coli censuit, de nostræ auctoritatis ordinariæ licentiæ speciali. Quæ omnia & singula universitati vestræ insinuamus, notificamus & intimamus, dignum arbitantes, ut dicta nostra Ecclesia sancti Iohannis, quæ tam honorificè à dicto Domino Bernoldo Episcopo, prædecessore nostro, longis jam retroactis temporibus constructa & dotata dinoscitur, ac ipse Deus, qui in sanctis suis gloriosus est, honoretur, ad corpora sanctorum Cypriani & Iustine, & reliquiarum, nunc, ut præmittitur, adiventæ juxta præfatarum cedula- rum tenorem debitis frequentibus obsequiis. Omnibus verè penitentibus confessis & contritis, qui ad usum fabricæ dicti novi chori, seu ad ornamenta dictarum reliquiarum, quomodo manus porrexerint adiutores, quoties

s. philippi apostoli

in dicto altari

contur

toties

quotiescunque & quodocunque hoc fecerint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, ac beati Martini patroni omniumque Sanctorum meritis & intercessionibus confisi suffragiis quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus, Datum nostro sub sigillo ad causas presentibus appenso, anno à Nativitate Domini Millesimo quingentesimo quinto decimo, die verò decimà octavà mensis Iunii. Iohannes de Waell Notarius de mandato subscripsit.

Philippus Episcopus 57.

IAm Philippus quinquagesimus septimus in ordine Episcopus, rerum sicuti præmittitur, administratione fugebatur, fundamentum primum iactans in cupiditate, Praelatos Clerum, atque doctos in parvo precio habens, sed illos, qui adulari, aut spem questus proponere sive exercere per fas & nephas noverant, magno prosequeretur favore, quibus & magnam fidem attribuit, nimis credulus, in audiendo alios perdifficilis, patiebatur tamen se vinci ratione, sed citius quàm par erat, devinci ab anticariis. Primum Ecclesiarum libertates ac Iurisdictiones Archidiaconorum infringere ac usurpare tentavit, pro argumento capiens, quod de jure communi omnia deberentur Episcopo, non contentus his, quæ prædecessores Episcopi possedere, suavi pravi consilii, cum ipse similia non calleret, quibus in tantum detulit, ut licet vellet omnia scire videri, & ægrè ferret quod aliquis causam latinè verbo vel in scriptis defendens, illam vulgari, aut notà illi linguà, quo rem caperet, referret, in promptu respondere ad objecta, dicebat, se cum suis apud Trajectum communicaturum. Hoc medio absolvit plerosque, cumque multa de Romano Pontifice sibi promitteret, (egerat enim Legatum Romæ sub Iulio in præstanda obedientia nomine Caroli Principis) nescit abolitionem aliquorum, quod in sæculo deguerat, sed adoptionem ad dignitatem Episcopalem (quam certis indicijs diu ambierat, licet omnino spernere nec appetere plerisque persuaderet) cum potestate visitandi exempta monasteria impetravit, imponens nova officiis onera pro majore questu, subsidia in adventu novi Præfulis solvi solita nescit diminuit, sed adauxit, pauperum atque aliorum querelis de gravamine obauditis, non sine displicentiâ proborum, qui familiaritate illius fruebantur Instigatio tamen improborum aliquorum hominum, quorum præcipua erat auctoritas, prævaluit, in tantum, ut licet admonitus fuisset à Præfecto Montisfortis, atque aliis in publicâ mensâ, antequam rerum potiretur, quod illis non

Maria Episcopi generum Episcoporum

non crederet, sed ab eis tanquam infidis mercatoribus se absolveret, prout dicebat in animo statuisse, mutato tamen consilio, sive quod illi in sententiam ejus noverant condescendere, sive quod secreta per eos scrutaretur, tantum attribuit fidei, quod orta inter cives Campenses & Swollenses, oppida tum opulenta, tum ampla, ex petulantia potius, quam justa occasione, discordia super theloneo quodam ac navigatione Sala fluminis, sive aqua nigra, & Status Trajectani, prospicientes futura sociorum pericula una cum Episcopo Legatos mitterent ad intercipiendum scintillas bellorum, illique perorassent causam omnis controversia submittendam Episcopo & Gatribus pro equitate discutendam, & idcirco ad tempus cessandum ab hostilitate suggestionem mercatorum hujusmodi (uti aiunt) persuasum fuit Episcopo, permitteret utrosque inter se digladiari, qui minus sibi obedirent, viresque illorum hoc modo collidendas ex hoc nedam sibi obedientiam, sed magna multae atque opum affluentiam certo expectadam, non verentes proponere securam spem centum millium aureorum. Et sic impediatur, quominus querela haec per Status discuteretur, utrisque populis nihilominus finem anhelantibus, & ad amicitiam pronis. Cumque perferrent sub ludibrio quodam rem suspendi atque protelari, rursus concursum ad arma, rapinas, caedes, incendia. Et dum Episcopus jam edoctus de majore discrimine, & rem praeter votum succedere, discordias restinguere niteretur, rejicitur, nec per arma etiam socialia Burgundionum, nec aere, nec auctoritate futorem sedare potuit, quin omnia hinc inde ad extrema dissidia tenderent, Territorio Transfulano mutuis viribus hostiliter exciso, captis atque spoliatis oppidis, nobilibus per dolum abductis atque deletis, nec ulla ex parte temperatum a sanguine aut crudelitate, ita ut brevi ex florentissima Provincia, quod dolendum est, desertam undique prospiceres, sollicitatis exteris Dominis in defensores, quo majores strages commissa sunt. Quem errorem Episcopus ipse postea coram nobis in Dordraci atque Haga-Comitis existentibus, illorum instinctu condigisse palam confessus est, dum excusare niteretur hanc rebellionem, & ad Geltrium defectionem, quam contigisse erubescat, quia improspere ac negligenter magnum aliunde res alienum contractum circa tuitionem provinciae dissipaverat, commensationibus magis indulgens, quam armis; ita ut Status provinciae tenderet ad desperationem, & magna ex parte usque ad obitum ejus in servitute exterorum Principum permaneret, nondum ex omni parte liberata: in tantum, ut omni dominio atque commodo Transfulano spoliatus, territorio Trajectano contentus esse cogereretur, modo in Zelandiam, modo in Flandriam confugiens, quo longius abesset incommodis, & cladi suorum. Hujus tam pravi consilii auctores partim ante, partim post obitum ejus humanis excessere, Trajectani nihilominus in tranquillitate sibi paruerunt, quorum plerique de casu Transfulanorum, uti natura est, factiosorum, letari, alii commisereri notabantur. At Episcopus actorum poenitens, & sero de Remedio cogitans, auxiliis destitutus, carens viribus, & exhausto ariario, & debitis plurimis con-

quomodo
Status
Status mi
Status
Status

atra ad

quomodo
Status
Status

tractis

tractis involutus, in magnâ versabatur angustia, nec unde afflictis rebus
 opitularetur modum habuit. Nam Burgundi ob rem malè gestam retraxere
 matrum, amici, qui magnas opes in ejus beneficium cōsumptere, aversaban-
 tur, miles involutarius ob tardata stipendia promerita, minabatur defectio-
 nem, quæ Philippus assiduo gemitu alto recondens pectore spem vultu du-
 xit simulandam, si forsan mitior fortunæ aura quoque afflaret, per convivis
 ludos ac pocula tempus ducens, quo tantorum malorum oblivisceretur, sed
 quis resistet inclementiæ fati? Cum ex Senatu & optimatibus Trajectanis a-
 liqui saluandi forsân causâ confluisent Dorestatum, & vocati ab Episco-
 po interessent epulis, illeque post aliqua suspiria dolores intrinsecas aperu-
 isset excusando culpâ, quod per aliquos non sine magnâ suâ injuriâ in ipsa
 retorqueretur, tandem sepositis omnibus curis, ut animum exhilararet, œc-
 prum undique magnos exhaustis crateras, ita ut communis esset lætitia,
 communis, ut ita dicam, ebrietas, & alter ex alterius cumis gestibus jocun-
 daretur. Sequente mane Episcopus in hortum deambulans, aperto, uti sole-
 bat pectore, sub aura frigida sentit dolorem pectoris, qui de horâ in horam
 adaugebatur, ita ut incertum esset de suspitione pleuretis, an febris pestilen-
 tiæ, & sera quæsitâ remedia: convocato è Trajecto medico, nec quicquam
 sperante die tertiâ subsequente quæsitâ Eucharistiam, & post aliqua ex vo-
 luntrate ordinata, animam prius Deo reconciliatam atque commissam ex-
 halavit, non sine stupore atque tristitiâ multorum. Credebatur enim, si su-
 pervixisset, cum tempore incommoda omnia superaturus: Nam magnis in-
 mitebatur clientelis, quæ tamen in arduis distrahebantur, & in fine ipsum
 non dereliquissent. Corpus ejus licet à collegio Trajectano per nuncios ex-
 posceretur in Ecclesiam Dorestati impositum sepulturæ Davidis fratris, ter-
 tius per ordinem Episcoporum, qui extra Trajectam sunt tumulati. Statur-
 rat quidam Nicolaus Lavennus Præpositus Leydanus, ac Canonicus Eccle-
 siæ Trajectensis, quem David à puero choraulâ enutriverat, Videns Philip-
 pum fratrem id minus curare, eo consulto funus ob devotionem Trajectum
 suo ære solemnî pompâ deferre, inhibitus ab illo, ne tentaret, tanquam ipse
 bene sciret, qui oportet illum esset translatus. Et jam uterque quiescit
 carens honore funerali; Ex hoc tamen conquerchatur Philippum jam du-
 dum in animo concepisse Episcopatum. Causam evectiois ipsius Nicolai
 inter tristia libet inferere. Cum David præfesset Episcopus Ecclesiæ Morino-
 rum, ille puerum choraulam agebat, quem Episcopus die sacro, quem cinc-
 rum dicunt, ex sede retro aram vidit edentem tibiam pulli, accivit puerum,
 scrutatur, gnarus quid commedat? ille constanter fatetur sububescens,
 non quod carne ederet innocenter, sed quod jejunium violaret. At Episco-
 pus interrogat, quare die præcedente non consumpsisset? respondet Intrep-
 idè, heri inquit undique commessabatur, & devoravimus carnes ad saturita-
 tem, ac cum similia gaudia nobis rarò contingant, qui ut plurimum quoti-
 dianâ premimur fame sic satur reservavi mihi partem, ut hanc diem in fam-
 temporarem. Episcopus hoc faceto & indultivo responso pueri oblectatus,

quæ al.

simicis

hic variant, alij n. dno,
alij anno, legunt.Episcopus
sub die fr-
gida pectus
aperit, & in
morbum in-
cidit eo tempore
vixit.quando opus
fuit

quæbatur

Nicolaus
Lavennus
choraula

alii

illiusque simplici innocentia cepit eum in curam suam, iussitque eam bonis moribus institui, omniumque periculorum suorum dum esset Episcopus Traiectanæ Ecclesiæ expertus Comitem non ingratum, qui mortuum iure sepulchri honorare desiderabat. Erat Philippus statura mediocri, vultu persimilis Philippo Duci genitori, capillis ac ciliis nigris, latis humeris, lato pectore, cruribus ad decorem gracilibus, corpore bene complexo, ætatis 59. anno, qui diu supervivere potuisset cursu naturali, nisi adversa fors dies eius abbreviasset, pulcher in armis, oblectatus pulchris equis, nec minus permittente ætate, consortio puellari, cantu ac fidibus, picturæ ac linamentis per otium operam dans, utrumque callebat, & de sculpturis optime judicabat, pronus ad iram atque vindictam, malens timeri quam amari, iuxta meticulosus, parum deditus religioni, & minus observans clerici desiderabat tamen justitiam, si barbarici ritus permisissent. Præstabat industriam naturali & magnam experientiam rerum. Cum Philippo Rege Hispaniæ ac Galliarum, & filia eius desponsata Christiano Regi Dacia istius regna illustratus, Romæ & in Britanniam functus legationibus, in bellis parum fortunatus: statuerat magna in animo, nisi inopinata mors interceptisset. Hic e eventus rerum ut clarissima facta plerumque obscuro sine terminentur. Ejus consilio Leo Papa X. concessit provinciam Traiectensim indultum, ne ad primam citationem evocarentur. De Maximiliano atque Carolo Augg. multa polliceri potuisset, nisi per ignaviam Traiectanorum ommissa fuisset prosecutio, Sub eo intentissimus fuit ardor in vere, ita ut equites in armis, sed passim per vicos viri, mulieres ac pueri, item pecora interirent siti, & continuabatur multis mensibus, inauditum antea. Cepit etiam pullulari nefandissima perfidia Lutheranorum, quæ ferè totum orbem brevi tempore contaminavit, omni hæresi perniciosior, dissolvens sacra Evangelia, Sacram Scripturam, sacras leges, sustollens religionem atque omnem obedientiam, cum tamen sua prætextu Evangeliorum tutari velint, peiora quam Gothi, Turci aut Tartari in Romani Imperii extinctionem, & regnorum subversionem excogitarunt, in Christiani nominis odium machinantes tanto furore ac dulci veneno, ut etiam constanti pectora mutant, magnoque adscribendum miraculo, de tantâ omnis sexus facilitate, qui instar simiæ, quæ allecæ caligulis, quas ex arboribus conspiciunt homines induere, id ipsum effugendo, uti ferunt, irretita decipitur, sic etiam postpositis patrum rebus, qui feliciter vixerunt, & beatius obierunt, tam faciliter novæ fraudi sese obcecatos innectunt. Primum in religiosos ac sacras virgines, demum in Ecclesiasticos & universum clerum sævientes, etiam Deum ipsum contemnere, & immaculatae ejus genitrici detrahere, sacras imagines elidere studuerunt, Principibus sæculi tolerantibus, & magnâ ex parte applaudentibus, donec in seipso dente exasperari, heus nimis tardè conspexissent, qui ut saluti propriae consulerent, non zelo Dei, non religionis aut pietatis motu arma sumpsere, sed ut sua conservarent impulsu, ingente conflato exercitu per summa discrimina certare nutu Dei spiritus supra centies sexages hominum millia victores trucidavit.

*Forma Ph
hippi & P
P.*

*Indultum
Traiectanæ
à Leone de
simo Papa
Rom. ne ad
primam cit
ationem
evocentur.*

*Lutheran
perfidia pul
cherrima.*

*Austriis
implexig
gerantia.*

*Bellum vel
tumultum
comitum indicat.*

erucidarunt. Perseverat nihilominus detestabilis conspiratio, & instar hidræ Herculeæ multiplicatur, viresq; licet devicta & prostrata Antæo more resumit nec terretur exéplo, nec revocatur rationibus, & sub ancipiti pendet exitus, nisi divina clementia cooperetur in causam suam. At Friuli sub signis Ducis Gæltiæ militantes principio Episcopatus Philippi, cū manu valida gregaria, ductore quodā Selbachio, transgressi sinum, oppidum Medenblick invaserunt, Ecclesiam cum illo incendentes, demum Alckmariā occuparunt aliquamdiu, & impunè transeuntes in Gæltiam, expugnarunt Asprenam oppidum nulli ætati, nulli sexui parcentes, neque à sacerdotiis abstinerunt, & loca sacra usque ad summa altaria humano sanguine defedantes. Relatum fuit multos præcipuè inter illos fuisse Iudeos hanc crudelitatem exercentes cum Christiano militi hoc minus liceret, Nam virgines amplexas inflas, quibus sacerdos indutus Eucharistiam in manu tenens, & feroces animos ad misericordiam exhortabatur ob reverentiam ante pedes illius constat occisas, & earum sanguine sacras vestes commaculatas: Horret mens humana enormia facinora narrate, quæ illic contigerunt, nec tamen impunè, cū paulo post ab aliis Principibus commotis ob tantam tyrannidem magnā ex parte trucidati auctores, atque deleti sunt: Præfuit autem Ecclesiæ Philippus annis circiter novem, Sepultus Dorestadii apud fratrem suum Davidem.

Obijt Dorestadii a^o 1522 in die April. Et. a^o 59.

Friuli sinu
maru trans-
gressi Me-
denblickum
incendunt,
Alckmariā
occupant,
Asprenam
in Geldria
expugnant.

al.
invadentes

Commento
vanissimi
de Ludas.

Alij tribuunt Philippo annos viii
in Nicop. cod. hic lacuna est: subje-
quunturque hæc verba, annis vi
mens. XI. diebus xiiij.

Henricus Episcopus 58.

EO mortuo indicitis consiliis anno 1524. ut rebus afflictis celerius occurreretur, fulsæ magnæ preces, diuque permediatum quis utilis idoneusque inveniretur. Multorum judicio insedit de Germania superiore, quæ principibus & nobilitate pollet, aliquem quaerendum, & minimè ex ditione Principum Burgundiæ, cum illi moribus Germanicis se minus conformarent, qui gaudent libertate, Gallicam servitutem omnibus exosam sectantes, sine fide, sine fœdere oppressionem vicinorum meditantes, & id in odium Philippi, contra alii in odium Frederici respuere Germanos, tanquam superbos, sola ostentatione & verbis potentiam habentes, indigos ætis nervi belli, & idcirco avaros ac onerosos Provincialibus, nunquam satisfiabiles, despicientes cæteros; ceteri utrosque secludere tanquam inhabiles ad Rempublicam bene administrandam, latis in ore populi vivente Frederico, qui à superiore illo Germano deficient, nolent regi. Idipsum sub Philippo crebro vulgatum de Burgundionibus cogitandum de terrore, cujus potestas non esset suspecta, nec mores infesti & vita cognita; sub quo sine timore aut sollicitudine, sub pace & tranquillitate vivere liceret. Dum ista agerentur, à Burgundis Cardinalis Leodiensis ab Archiepiscopo Colonensi, Duce Clivensi, Comite Palatino, Henricus pater hujus coadjutor Ecclesiæ

ad vi diem mensis May.

Mores dis-
versos po-
terunt.

Germani
& Burgun-
di ad regem
dam aqua
inepti.

H h h. War-

Wangionum, Wormaciam dicunt, Præpositus Aquensis à Comite Provincia Hassorum, Lantgraviū dicunt, Bichelius Decanus Colonienſis, ab aliis Episcopus Monasterienſis frater Colonienſis Archiepiſcopi. At Geltrorum Princeps optionem propoſuit, ſive filium Ducis Lotharingorum nepotem, ſive alium ex Ducibus Lunenburgienſibus, vel quod ex gremio majoris Eccleſiæ aliquis notus eligeretur. Inter tot commendatos non modica ſuborta anxietas, multorum vota concurrerant, in Cardinalem Leodiensem, quia opulentus lapsis rebus succurrere poſſet, & magnis clientelis fulgens in ſummâ æſtimatione apud Rom. Pont. atque Cæſarem habitus: aliis contra ſeveritatem & potentiam illius formidantibus, & quod Cardinalis eſſet tribus jam Episcopatibus Præpoſitus, quo minus ad deſolatam Eccleſiam intenderet. frater Comitis Palatini præſentiâ incognitus, ſolâ famâ ex aliquorum relatu notus, & licet ex nobiliſſimâ domo oriundus, ſuperſeſſent ſeptem fratres, ut minus ſufficere videretur tanto oneri, occupatis autem impignoratis ſerè totius Provinciæ munitioibus. Propoſitum de Episcopo Monasterienſi multis placuit, quia provinciam cum Tranſſulaniſ jam oppreſſis haberet conterminam, valens facile conſcribere equitatus, & cum parvo labore ferre ſubſidia; obſtabat juramentum, quo Eccleſiæ ſuæ aſtringeretur, & quod aliam acceptare inconſultis ſuis proceribus nequiret, qui omnino obſtabant: allegebatur etiam quod Duci Geltriæ etiam eſſet inſenſus. De Bichelio Lotharingo, ſive Lunenburgienſi rarus ſermo, quia in hoc forſan diſpliceretur Burgundis, non deſuere ex Eccleſiis, qui in animo volutabant aliquem ex gremio eligendum, cum & Nobiles & docti, & juxta ætatem boniſque moribus præditi haberentur, & plerisque Eccleſiis utilius conſultum in promovendo mediocriſ conditionis, quam potentes aut illuſtres, ita ut aliqui de ſemetiſſis ſpem concipere, ambire, & in vota ſua alios ſollicitare non formidarent; Quod cum ex rumore à populo reſcitum eſſet, parum abſuit, quin ad motus & arma concurreretur. Nam ſuſpicio erat, quod eo modo aliquis potentior Episcopatum poſtea eſſet confeſſurus. Cecidère itaque ſuffragia in Cardinalem Leodiensem, ac fratrem Comitis

Henricus
Dux Bava-
ria, & Co-
mes Pala-
tinus, com-
muniſ ſuf-
fragiis de-
claratur E-
piſcopus SS.

Palatini ſub incerto auſpicio, & plurimis votis, cumque à ſcrutatoribus denunciareretur alterum prævalere multitudine, ne electio fieret per contentionem, & Provincia jam exhausta cædibus ac rapinis iterato exponeretur, acceſſere vota minora, & declaratus Henricus Dux Baviariæ, ac Comes Palatinus Episcopus abſens quinquageſimus octavus in ordine, vir certè non minus virtutibus ac moribus quam ſanguine illuſtris.

Henricusque Guilhelmus Heda Historiam suam contexit.

HISTORIA
VETERVM EPI-

SCOPORVM VLTRAIECTINÆ

SEDIS, & COMITVM HOLLANDIÆ,

EXPLICATA.

Chronico Iohannis de Beca Canonici Ultrajectini ab anno
nativitatis Christi usque ad annum 1345.

ET

Historia Guilhelmi Heda Præpositi Arnhemensis aucto-
ris nunquam editi, completa Appendicæ usque
ad annum Christi 1574.

AUCTORE

S. V. F. R. I. D. O. P. E. T. R. I.

Leovardiensi Frisio, I.V.C. & Frisiorum

Historico:

~~BERNARDO FURMERIO LEOVAR.~~

dietsi Frisio recensente, & notis illustrante.

Post Furmerianam editionem emendatior, &
notis historicis auctior reddita:
Opera & studio ARNOLDI BVCHELII
BATAVI J. C.



FRANEOVERÆ

Excudebat

ROMBERTVS DOYEMA.

MDCCXIII.

HISTORIA
VETTERIA M. EP. I.

SCOTIAE VETERIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE



FRANCISCA
SCOTIAE VETERIAE HOLLANDIAE

IOHANNIS DE BEKA
CANONICI ULTRAIECTINI

EPISTOLA DEDICATORIA

A D

IOHANNEM EPISCOPVM TRAIECTENSEM

ET

WILHELMVM DVCEM PALATINVM,

PRINCIPEM HOLLANDIAE



Everendis Patribus, & praclaris Principibus dominis, Iohanni Episcopo Sacrae Traiectensis Ecclesiae, ad Wilhelmo Duci Palatino, sive Principi Hollandensis Provinciae, Iohannes de Beka licet indignus, attamen clericus, pacem, gaudium & salutem. Chronographia praesentis annalem cupientes copulare historiam, Magnificientia vestra declaramus, quod haec gesta sanctorum Pontificum Traiectensium & magnanimorum

sanctae

compilare

Principum Hollandensium, ex diversis Historijs, Annalibus, Chronicis, Vnde petita sunt haec Historiae codicibus, privilegijs, dictaminibus & epistolis apud Egmundam studiose collegimus: in quibus iam per septennium, cum assidua quasi sollicitudine plerumque laborem explevimus, ne per ignaviam Chronographorum, memoria tantorum virorum obnoxia perpetim oblivioni subjaceret. Et quoniam gesta praefatorum Pontificum & Principum adeo sunt promiscua, quod aliquatenus segregari nequeant, salva Chronographiae sententia: Ideoque vobis Dominis meis praecordialibus praesentem Historiam de gestis utrorumque sub breviori leviorique stylo compilavimus: quam vestrae reverentiae pro quotidiana deductione transmittimus: quatenus ex ea discatis quam bonum & iucundum sit, vos, & vestrum populum habere pacem in unum. Vester etenim populus, ut patebit inferius, fuit unius nationis & dittonis, immediate subiectus Romanis Imperatoribus, antequam Hollandia bipertita fuit in Pontificatum & Principatum a Divis Francorum Regibus. Pontificatum & Principatum Quamobrem pacem alterutri observato, vestram amicitiam custodite, forenses hostes subjugate, & Exhortatio ad pacem,

A

177

WESTBURY M. EPISC.

SCOTLAND-VIRGINIA

SEBASTIANUS HOLLANDIA

JOHANNES VIRGINIA

SEBASTIANUS HOLLANDIA

JOHANNES VIRGINIA



WESTBURY M. EPISC.

SEBASTIANUS HOLLANDIA

IOHANNIS DE BEKA
CANONICI ULTRAIECTINI

EPISTOLA DEDICATORIA

A D

IOHANNEM EPISCOPVM TRAIECTENSEM

ET

WILHELMVM DVCEM PALATINVM,

PRINCIPEM HOLLANDIÆ



Everendis Patribus, & praeclaris Principibus
dominis, Iohanni Episcopo ~~Sacra~~ Traiectensis
Ecclesiae, ac Wilhelmo Duci Palatino, sive Prin-
cipi Hollandensis Provinciae, Iohannes de Beka
licet indignus, attamen clericus, pacem, gaudium
& salutem. Chronographia praesentis annalem
cupientes ~~copulare~~ *historiam*, Magnificenti-
a vestra declaramus, quod haec gesta sanctorum
Pontificum Traiectensium & magnanimatorum

sanctae

compilatae

Principum Hollandensium, ex diversis Historijs, Annalibus, Chronicis,
codicibus privilegij, dictaminibus & epistolis apud Egmundam studio-
se collegimus: in quibus iam per septennium, cum assidua quasi sollicitu-
dine plerumque laborem explevimus, ne per ignaviam Chronographo-
rum, memoria tantorum virorum obnoxia perpetim oblivioni subsace-
ret. Et quoniam gesta praefatorum Pontificum & Principum adeo sunt
promiscua, quod aliquatenus segregari nequeant, salva Chronographiae
sententia: Ideoque vobis Dominis meis praecordialibus praesentem Histo-
riam de gestis utrorumque sub breviori leviorique stylo compilavimus:
quam vestra reverentia pro quotidiani deductione transmittimus: qua-
tenus ex ea discatis quam bonum & iucundum sit, vos, & vestrum po-
pulum habere pacem in unum. Vester etenim populus, ut patebit infe-
rius, fuit unius nationis & ditionis, immediate subiectus Romanis Im-
peratoribus, antequam Hollandia bipertita fuit in Principatum & Pon-
tificatum a Divis Francorum Regibus. Quamobrem pacem alterutri
observato, vestram amicitiam custodite, forenses hostes subjugate, &

Vnde pe-
tita sit
hæc Hi-
storia.

Pontificatum & principatu

Exhorta-
tio ad pa-
cem,

A

1573

CHRONICA

poterit

Historia
us.

tam vos quam vestrum populum per concordiam inseparabilem aduni-
te. Praesertim cum Deo propitio nulla vobis nocere poterit inimicorum
adversitas, si inter vos abundaverit tranquilla pacis amicitia, de
quo multis in locis praesentis Chronographiae poteritis experiri certitu-
dinem, si diligenter huius historia velitis perscrutari indaginem. Nam,
teste Philosopho, gesta temporum praeteritorum certa sunt indicia praesentium & futurorum. Nunc igitur, quum ad executionem praesentis operis accedamus, verè dignum & iustum est, ut ab illo qui est alpha & omega Chronographia nostra stylum inchoare principaliter debeamus.

CHRONICI IOHANNIS DE BEKA

Prooemium.

ita Eusebius in Cr
a. 4. Octavianum
Cedr. a. 5106
Aug. 42

quoniam

A mudo
condito
ad Chri-
stum sunt
anni
5199.

Octavia-
nus Au-
gustus
Impera-
tor stre-
nuus.

Nero Imp
improbus.

narrat historia

Granius
Senator
Aquisgra-
ni condi-
tor.

Antonius
Tribunus
Traiecti
conditor

Igitur ab anno plasinationis Adæ primævi parentis quinquies m c xcix.
viii. Cal. Ianuarij nocte dici Dominica, natus est in Bethlehẽm Iudæ
Salvator mundi Dominus noster Iesus Christus, verus Deus & Homo,
de benedictâ virgine Mariâ: anno xlii. Cæsaris Octaviani, qui primus
fuit Imperator Augustus totius orbis. Et is Octavianus non immeritò Mo-
narcha dictus fuit, qui universum mundum Romano regno subegit, Post
cujus obitum flagitiosus Nero deturpare cepit Imperium, qui per inutiles
occupationes militare prætermisit exercitium. Plicabatur enim assidue fa-
genis aureis, extensis chordis sericis, toram urbem per maximum corusca-
re fecit incendium, post multa civilia bella, matrem, sororem, fratrem &
uxorem interemit gladio, Senecam Cordubensem præceptorem suum per
incisionem venarum in balneo suffocari iussit, & post Martyrium Petri &
Pauli Apostolorum primam persecutionem Christianis fecit. Hic verò, si-
cuti Romana narrant Annales, præcepit quosdam viros consulares, tyran-
nidem suam arguentes, aut absque causa trucidari, aut ab urbe sine lege pro-
scribi: Quorum duo viri fuerunt egregij, Granius videlicet & Anthonius,
Granius autem Senatoria nobilitate floruit, & Anthonius Tribunitiâ digni-
tate viguit, Granius quidem cum suis cõmilitonibus pertransiens Galliam,
devenit in Arduennam, ubi super aquas sulphureas ~~inter~~ vastam solitu-
dinem, palatium ædificasse legitur, unde & idem locus aqua Grani moder-
no tempore dicitur vulgò: Anthonius quidem transcendens Germaniam,
secessit in Hollandiam, ubi super alveum Rhemi fluminis munitionem con-
struxisse refertur, quæ pro memoria sui nominis Antonia longo tempore
dicebatur. Eandem utique patriam longæva posteritas Anthonij ducis po-
testative possedit: Quoadusque vulgus Slavorum seu Wiltorum urbem An-
toni-

coninam, ut inferius enarrabitur, expugnavit.

Denique post quadam annorum curricula, peccatis hominum exigentibus, multae barbarae nationes arripotenter egressae sunt à paludibus Mæotidis & ex Scandinavia, quae, permissione divina, totam Europam acerrimè flagellaverunt, insuper & in cruenta strage, regna plurima subjugarunt; utpote Gippides, Alani, Sarmatae, Vandali, Avari, qui & Huni, Slavi que & Wilti. Nam & Gippides expugnaverunt Italiam, Alani Austriam, Sarmatae Pannoniam, Vandali Africam, Gorhi Cathaloniam, Avari que & Huni Galliam, Slavi qui & Wilti totam Hollandiam. Hic agrestis Wiltorum

Gentes barbae Europae per flagella sunt.

qui

populus post everisionem urbis Antoninae castrum munitissimum fabricavit, quod ex ejusdem ditae gentis cognominatione Wiltenburch nomen accepit. Demum verò post longa tempora, Wilti cum Frisonibus conspiraverunt Rheni gurgitem transire, ac in manu forti totam Galliam expugnare.

Wiltensburgh à Slavis compositum esse sa Antonina.

XLIII.

percipiens

Valentinianus autem, ut Romam canit Historia, *XLVII.* à Iulio Caesare Augustus, tumultum tam insulae plebis festina relatione *percipiens*, coadunavit etiam valentem exercitum, acceleravit que rebellantem sibi disturbare populum: Et ecce Romanus imperator rebelle vulgus victoriosè subegit, classem magnam apprehendens, Rheni fluentia transcendit, castrum Wiltorum evertit, Phrysiam sibi primò subjecit, & exinde cum triumphali laude rediens, aliquantis annis gloriosius imperavit.

Valentinianus Imp. Wiltos atque Frisos cepit.

De hinc autem ad aliquos annos Imperante Heraclio Caesare, Dagobertus rex Orientalis Franciae totam Hollandiam suae ditioni transponens castrum excellentis fabricae reaedificari fecit: quod latina lingua Trajectum nuncupari iussit. Nam & omnis negotiatio mercatorum trajiciebatur per Tetonium castellum Trajectensis, quae per Rhenum vehebatur ex fluvio salumaris: infra cujus emunitatem primordialis Ecclesia constructa fuit in honorem Sancti Thomae venerabilis Apostoli, in qua sancti Sacerdotes plerumque labores expleverunt pro conversione Frisingensis populi. Sed labor hic omnino supervacuus erat, *quoniam* praedurae cervicis Frisones fidem Catholicam à suis finibus exterminare cupientes, dilapidaverunt primae fundationis Ecclesiam, & exinde diis incursionibus totam infestaverunt Hollandiam.

Dagobertus Rex Francorum auctor Tetonis.

quoniam

Est autem Hollandia, prout apparet in tractatu de proprietatibus rerum libro xv. quaedam provincia modica, sita juxta ostia Rheni, ubi mare intrat: Brabantiae contigua à meridie: vicina Frisiae ab Oriente: Oceano Britannico conjuncta ab Aquilone: Inferiori Galliae Belgicae propinqua atque Flandriae ab Occidente. Est autem terra palustris & aquosa: *terra* admodum insulari undique maris brachiis atque Rheni fluminis circumfusa, habens lacus & stagna multa, & pascua valde bona, & ideo armentis, pecudibus & jumentis est referta. Ejus gleba in locis plurimis est valde frugifera, & in pluitibus memorosa, multas *et* utiles habens venationes, in plurimis est butuminosa, ex qua foditur materia apta ad ignium nutrimenta; & est terra divitiis, quae transeunt per mare & flumina, plurimum opulenta: cujus civitas capitalis

Hollandiae situs atque ingenuitas.

Trajectum inferius metropolis Hollandiae.

et habiles

Trajectum inferius nuncupatur in latino, **Utrecht** vero dicitur sermone Germanico. Nam ad Germaniam pertinet, quo ad situm, quo ad mores, quo ad dominium, quo ad linguam: cuius gens elegans est corpore, robusta viribus, audax animo, venusta facie, honesta moribus, devota Deo, fida hominibus, & pacifica: minus prae dis intendens & rapibus, quam aliae nationes Germanicae. Huc usque liber de Proprietatibus rerum. Dicitur autem Hollandia, quasi terra silvestris secundum idiomata teutonice, nunc quidem & ipsa provincia vocatur Hollandia per vocabulum syncopatum.

autem

X Francorum
O Romanorum

Carolingi
diviserunt
Hollandiam
in Episcopatum
& Comitatum.

n.s. Anglorum

Principes igitur Francorum, qui Carolingi dicti sunt, gubernantes longo tempore regnum & imperium, diviserunt totam Hollandiam, ut infra dicitur, in bipartitum dominium, videlicet in Episcopatum & Comitatum: Nam & Carolus Martellus dux & major domus Francorum contulit ad Ecclesiam Trajectensem primam donationem, & Carolus Calvus Rex, & postmodum Imperator Romanorum tradidit ad Comitatum Hollandiae primitivam ditionem. Ut ergo tam Episcopatus Trajectensis, quam etiam Comitatus Hollandiae primordiale initium cognoscamus, profecto convenit, quod ex gestis amborum principale proponamus exordium.

CATALOGVS EPISCOPORVM TRAIECTENSIVM & COMITVM HOLLANDIAE.

S. Willebrordus

Episcopus primus.

In n.s. ad. & hinc
Frisones legitur

Saxones inferiores sunt
Frisonas.

ad

regulari

North-Humberorum

Sicut Anglicana promit Historia, Saxones inferiores, qui vulgo dicuntur Frisones, cum innumera classe Britannicam expugnaverunt Insulam, quos Papa Gregorius doctor egregius, per Augustinum & Mellitum, ut narrat Dialogus, revocavit ad Baptismi gratiam, ex quibus quidem inferioris Frisiae Saxonibus, Divino comitante praesagio, progenitus est quidam ingenuus puer, nomine Willebrordus, qui per patrem suum Wilgifum traditus est Harpenis Ecclesiae religiosi fratribus imbuendus: ubi & idem juvenis clericali characterе tonsuratus est, & usque vigesimum annum sub veteri disciplina superexcellenter instructus est: denique gloriosus atque dulcorem ardentem exquirens, beatum Egbertum Northimborum Archiepiscopum, tanquam summae devotionis magistrum, subsecutus est in Hyberniam, ut ibidem absque temporali sollicitudine vitam exerceat heremiticam: a quo quidem Egberto praesatus Willebrordus sacros Ordines susceperit creditur, & sub ejus magisterio frequentur usque 30. aetatis annum extitisse legitur. Demum beatus Egbertus, ut Ecclesiastica narrat Historia

storie, condiscipulum suum Wigbertum destinavit in Germaniam, ut ibidem infideli populo veritatem predicaret Evangelicam. Sed idem Wigbertus obstante diabolica fraudis astutia, cum barbarici moris rigido populo plerumque disputans, parum profecit, & infecto negotio verius Angliam transfretavit.

Anno Domini **DXC.** beatus Egbertus non desistens à bonæ voluntatis inchoato proposito, quin virum Apostolicæ gratiæ præfatum Willebrordum præbyterum cum ~~pa~~ sodalibus iterato delegaret in Germaniam ad prædicandum populo infideli fidem Catholicam; ~~feruntur enim hujus beati Willebrordi~~ consocij principales & fideles in verbo Domini cooperatores, sanctus videlicet ~~Suibertus~~ Willeboldus, & Livinus in Orientali Francia postmodum Episcopi, Wineboldus Abbas, duo ~~EWaldi~~ præbyteri & martyres, Weteafrius & Marcellinus præbyteri & confessores, ac Adelbertus Levita, qui pro Christo dimisit Regale patrimonium, & cum beato Willebrordo peregrinum intravit exilium. Et quoniam hi sancti Doctores propagati fuerunt in Angliâ de stirpe Saxonica, ideoque convenienter prædicare poterunt Evangelium in lingua Germanicâ.

*Anno 1000
Egbertus
Willebrordus
cum novem
sociis in Ger-
maniam
missis.*

XI fuerunt
hi

Anno Domini **DXCIII.** Pipinus victoriosus Dux Francorum coadunavit inmensum exercitum plebis & militiæ, direxitque validam expeditionem contra Radbodum regem Frisæ. Radbodus autem rex cum innumeris Frisonibus eidem Duci potenter obstitit; veruntamen, Deo disponente, victus succubuit. Quapropter Pipinus Dux Willebrordum præbyterum cum discipulis suis destinavit ad Frisiam, ut suâ prædicatione Radbodum Regem revocaret ad Baptismi gratiam. Morabatur autem Radbodus Rex apud insulam Fostenslandiæ, quæ valde solennis erat propter superstitionem sectam Idolatriæ: ubi sacerdos Dei Willebrordus prophana delubra Iovis destruxit, & tres homines sarana pompis abrenunciantes baptizavit: Radbodus vero Rex injuriam Dei sui ferociter ulcisci disponens, jugulari iussit unum de collegio sancti sacerdotis percatum sortilegij, qui continuâ prece Deum exorare solebat, pro consequendâ palmâ Martirii. Willebrordus ergo perpendens, quod Radbodus Rex nequaquam ab idolorum cultura desisteret, & quod in lucrandis animabus parum proficeret, decrevit Orientalis Franciæ partes adire, & novellæ conversionis catechumenos in fide Catholica roborare. Igitur electus Deo sacerdos magnam congregationem præbyterorum eligens ad castrum Trajectente pervenit, quod in potestate Francorum Orientalium eo tempore fuit: ubi prope ruinam primordialis Ecclesiæ sancti Thomæ, sacrum ædificavit in honorem sanctæ crucis oratorium, in quo renativi fontis primò consecravit baptisterium, ut Christi fideles ob defensionem castelli Trajectensis securum illuc haberent accessum, ad suscipiendum sacrum Baptismatis Sacramentum.

Willebrordus & socii ad Germaniam oriundi.

An. Christi 893. Pipinus Francorum Dux pugnat in R. bodum Frisæ regem.

Jupiter in Fostenslandiæ cultus.

Castrium Trajectense differt à Vitteubium.

m.s. Castellani

DXCVI

Anno Domini **DXCVI.** Pipinus Dux illustris attendens in beato Willebrordo magnam euangelizandi constantiam, exorando tandem obtinuit supplicationem assiduam, quatenus ipse vir Dei ad Romanam urbem accederet,

deret, & à summo Pontifice benedictionem Episcopalem susciperet. Sotgius autem Papa nominis hujus primus, Angelicâ præmonitus visione, juxta petitionem Pipini Ducis, Dominicum sacerdotem condigne suscepit, & eundem in Ecclesiâ sancti Petri cum superhumerali pallio solemniter Archiepiscopum ordinavit, quem & per aliquanti temporis spacium secum detinuit, nomenque novum illi, scilicet Clemens, imposuit. Itaque beatus Clemens adeptâ jam Apostolicâ benedictionis autoritate, reversus est ad Germaniam, ac in fundo Basilicæ sancti Thomæ prope castrum Trajectense Canonicorum cœnobialium construxit Ecclesiam, in quâ cathedralem sedem stabiliri jussit: Nam & eandem per primitivam benedictionem suâ manu propriâ consecravit.

*Dillebrer-
dus creatus
Arch. epis-
copus à Ser-
gio Papa,
dist. u. est
Clemens.*

*Constitut
cathedram
suam prope
castrum Tra-
jectense.*

*Commenda-
tia Ecclesie
Trajectens.*

Hæc utique sancta Trajectensis ecclesia meritò regia plantatio dicta est, quæ multis Regalibus prædiis ac Imperialibus privilegiis adornata est, in quâ plures sacrosancti Patres pristinis florere temporibus, qui tam in morte, quam in vita multis miraculorum clarere virtutibus. In hac quidem Ecclesiâ largè præbendari sunt venerandæ dignitatis Canonici, qui in horis nocturnis, sive diurnis continue non tacebunt laudare nomen Domini: In hac insuper Ecclesiâ multa sanctorum corpora de diversis sanctuariis & reliquis venerantur, in quâ nihilominus duorum præpotentium imperatorum confepulta viscera recunduntur.

Anno Domini 717. Carolus Martellus Dux & major domus Francorum, post obitum patris Pipini ducis primam donationem Ecclesiæ Trajectensi tribuens, contra Radbodum regem de novo rebellantem crudelè bellum egit, quem etiam occisis plerisque Frisonibus potentissimè subjugavit. Hic igitur Carolus dictus Martellus Radbodum devictum iterato recepit ad veniam, pro eo, quod absque dolo promississet acceptare baptismi gratiam. Eodem anno Vulfranus Archiepiscopus Senoniensis per divinum oraculum admonitus est ad Frisiam tendere, & beato Clementi pro convertendis Frisonibus diligenter assistere, per cujus denique prædicationem idem Rex in fide Catholica diligenter edoctus est, & ad fontem baptisterij, simulatâ tamen devotione perductus est. Cum autem idem Tyrannus untra pedem lavacro baptismatis intingeret, ut Christianæ fidei sacram professionem faceret, instigante diabolo, requisivit, ubinam major pars vel numerus Frisonicæ gentis esset, an in cœlesti regione, an in gehennali damnatione? sanctus quidem Episcopus constanter asseruit, omnes Frisones incurrisse perpetuam damnationis sententiam, qui dudum minimè susceperunt facti fontis renativam gratiam. At idem Rex hoc audiens abstrahendo pedem à baptisterio, dixit, Malo cum antecessoribus meis paganis apud inferos habere contubernium plurimorum, quam cum paucis Christianis tuis possidere regnum cœlorum. Itaque Radbodus Rex ludificatus est à diabolo, qui per miserabilem mortem ab hinc die tertiâ migravit à seculo, post cujus interitum beatus Clemens liberè permixtus est ubilibet in Frisia patenter Evangelium prædicare, catechuminos baptizare, Neophytos confirmare, sacros

*Contrarium
docet vita
Sturperi,
et adnales
Frise B.F.*

pluribus

Ordines

Ordines celebrare, ac in pagis singulis Ecclesias seu basilicas dedicare.

Nequaquam & miracula sanctissimi Præsulis præterite volumus, quæ & in libris antiquis de sanctitate sua scripta cognovimus. Contigit enim una diebus omnes de comitiva sua cruciari nimis ardore sitis intolerabilis,

Miraculo
S. Villo-
bradi.

cum & ipse visitaret quasdam secus litus maris Ecclesias suæ diocesis. Vnum eum defecit in utribus, & aqua recens non fuit in illis partibus: Al-

ni fluvius ergo pater filiorum necessitati compatiens, præcepit uni Secretario tabernaculum extendere, & præmodicam in eo cisternam fodere: Quo fa-

cto divus Pontifex tabernaculum solus intrans, orationem devotè fudit, & continuo salinatica terra dulcis aquæ copiam affluenter eduxit ita, quod om-

nes sitientes abundanter haurirent aquas fontis, & præ sanctitate beati viri magnificarent omnipotentiam creatoris. Eadem verò cisterna nunc in

Territorio de *Heyligelo* patenter ostenditur, quæ ab inquilinis illic inhabitantibus moderno tempore puteus sancti Willebrordi dicitur. Accidit ite-

dem sanctum Clementem visitare gentilem populum suæ diocesis in *Walachria*, ubi simulacrum Mercurij colebatur in magnâ reverentiâ, cuius statuam idem sanctus Antistes ex templo confregit, & prophanum idolum de-

Marciano
in Valachria
cultus, & a
S. Villobradi
destructus.

dignanter abiecit, & ecce, custos ejusdem idoli beatum Antistitem mucrone percussit in summitate capitis, ut injuriam Dei sui placaret sanguine

sancti Præsulis, sed idem grassator ultione divinâ mox abreptus est à diabolo, & in *sanabili* morte die tertiâ decessit à seculo: confessor autem in-

miserabili

clutus divinâ protegente gratiâ, sanus omnino permanit, ac in pagis singulis Evangelium pacis constantissimè prædicavit.

Anno Domini MCC, XXXVII, Clemens VII, Idus Novembris felicem Creatori reddidit animam, postquam annos XL. dignè gubernasset Ecclesiam.

Cujus sacrum corpus ad *externacense* translatum est cœnobium, Ordinis beati Benedicti Treverensis diocesis, quod ipse pridem de patrimonio discipulorum suorum sumptuosè adornavit ædificiis: ubi meritis sancti Confessoris assidue fiunt miracula, quæ perlucidè conscripta sunt in ipsius Historia. Hic Præsul egregius eo vivente destinavit discipulos in terminos

Anno Chr:
737. S. Villobradi
morsus,
cum sanctus
anno 490.

Epsteinacense

sua Diocesis, ad Evangelizandum infideli populo doctrinam æternæ beatitudinis, unde & beatus Adelbertus delegatus fuit in Kenemariam, ubi etiam in fide Catholica novellæ conversationis roboravit Ecclesiam, qui post plurimorum gentiliùm conversionem, & laudabilem vitæ suæ consummationem 7. Calendas Julij felici fine requievit in Domino, sepultus apud Egmundam honore congruo, cujus oratorium usque in hodiernum diem multimodis clarè virtutibus, ac in magnis reverentiis continue veneratur à devotis Christianis. Is Confessor eximius inter omnes sancti Clementis consodales Leviticæ dignitatis extitisse legitur, & ideo primus Trajectensis Archidiaconus fuisse creditur. Sanctus verò Werensfridus sacerdos præclarus versus Batavam ad prædicandum missus, Ecclesiam de Westersherdt egregie rexerit, & exemplo bonæ vitæ plurimos Deo populos acquisivit, qui 7. Calendas Septembris requievit in Christo, tumulatus in Helisto, alias in Elit,

tanti

adhuc vivens

S. Adelbertus
conversus
in Kenemariam
et Egmundam
sepultus, clarus
et miraculis.

Christifidelibus

S. Werensfridus

XIX
In p. s.
desunt
ubi

ubi beatus Clemens dudum ecclesiam laboriosè construxit quàm in hono-
 rem sancti Salvatoris dedicavit. Duo quidem *S. Ewaldi* presbyteri Nabiam
 introeuntes Christum prædicando confessi sunt, qui abinde ascendentes in
 Saxoniam v. Nonarum Octobris glorioso Martyrio coronati sunt: Sanctus
 verò Suigbertus beati Clementis in verbo Domini fidelis Coepiscopus post
 plurimorum gentiliùm conversionem in Domino requievit. Willebaldus
 equidem Orientalem Franciam adiens *Heistatensis* Episcopus effectus est,
 & *Villoboldus* ejus frater Heydelamentis Abbas ordinatus est: quorum
 germana fuit beata Walburga, virgo virtutibus insignis & miraculis præcla-
 ra. Livinus autem ibidem adeptus est Pontificiũ, postquam in longinquis
 terris egregiè prædicasset Euangelium. Beatus utique Marcellinus post hæc
 in longitudinem dierum supervixit, & usque ad tempus beati Gregorij po-
 pulis trans Iselam habitantibus eleganter Euangelium prædicavit.

Eystatensis
Wineboldus

S. Suigber-
tus.

S. Villobol-
duc.

S. Valbur-
ga.

S. Livinus.

S. Marce-
linus.

S. Bonifacius Episcopus 2.

Tempore quo sanctus Clemens Episcopus Trajectensis dignè exiit
 Ecclesiam, sacerdos quidam Winfridus nomine, natione clarus ab
 Angliã venit in Germaniam, ut prophanum idolatriæ cultum abole-
 ret, ac rudem populum documentis Evangelicis informaret. Quæ
 ex tunc beatus Clemens cum omni veneratione suscipiens obnixius orave-
 rat, quatenus fidelis cooperatore ejus in Evangelicâ prædicatione fieret. Win-
 fridus ergo precibus reverendi Pontificis acquiescens xliij. annos in sancta
 Trajectensi mansit Ecclesiã, convertendo populũ à barbara gentilitatis ido-
 latriã. Demum idem Winfridus animadvertens messem multam, operarios
 autem paucos apud ultetioram esse Germaniam, valedicens Clementi, se-
 cessit apud Maguntiam, ubi verbum æternæ beatitudinis prædicare cepit,
 & Francos cum Thuringis ab infidelitatis errore, Deo prosperante conver-
 tit. Et quoniam Maguntinensis antistes illis diebus obdormivit in Domi-
 no, ideoque Carolus Dux primates cum Prelatis coadunavit in sancta Sy-
 nodo, postulans ut Winfridus ~~con~~ sacerdos orbate sedi præficeretur Episco-
 pus eo, quod in conversione paganorum prædicator esset inclutus. Igitur
 idem Winfridus Maguntinensis urbis pastor electus pro Pontificali benedi-
 ctione Romam ascendit, quem ex tunc Papa Gregorius hujus nominis se-
 cundus condignè suscepit, tradens eidem Archiepiscopalem benedictionẽ
 cum superhumerali pallio, imponensque sibi nomen Bonifacius, ex favore
 specialissimo. Bonifacius igitur Pontificali fulsus honore, reversus est ad
 Maguntiam, & in finibus suæ diocesis diligenter extirpavit Idolatriam, ita
 quod paganorum multitudo maxima jam prophanam sectam resuraret, &
 Catholicæ fidei documentis salutariibus adhereret.

Winfridus
dictus Boni-
facius.

Carolus
dux.

Winfridus
Archiepis-
copus Ma-
guntinensis

Aliquant-

Aliquantis elapsis diebus Bonifacius dolenter intelligens sanctum Cle-
mentem ab huius incolatu seculi transmigrasse, & Ecclesiam Trajectensem
pastorali regimine viduatam, congregavit sanctam Synodum quorundam
Episcoporum, in qua Fullonem venerabilem sacerdotem Maguntinensem
ordinavit Episcopum, nec mora quin & idem Bonifacius consentiente Ca-
rolomanno duce, navigando Trajectum advenit, & desolatam in Dei nomi-
ne Ecclesiam gubernandam accepit, ne populus per predicationem suam
dudum conversus ad idolatriæ sectam rediret, sed potius in Dei timore con-
stantissimè permaneret. Hic igitur Præsul egregius Divini nominis obse-
quium ampliare volens, condidit infra civitatem Trajectensem cœnobita-
lium Canonorum ecclesiam, oratorio sancti Salvatoris primordiali vici-
nam & coniguam. Hæc quidem ecclesia diversis titulis privilegiata legi-
tur, quoniam vulgariter antiquum Monasterium pro tanto forte dicitur,
quoniam ecclesia Trajectensis abundè renovata fuit, sed hæc in edificio ver-
teris structuræ permanens hactenus irrenovata duravit. Quidam tamen as-
serunt eandem ecclesiam à sancto Clemente primo superædificatam esse, &
lxxx. Canonicos in ipsa præbendatos fuisse, de quibus idem Clemens xl. re-
sumpsisset, quos in ecclesia sancti Martini confessoris transplantasset. Si au-
tem hoc ita fuit, veritati non contradicimus. Veruntamen nullam exinde
certitudinem ex privilegiis vel Historiis aliquatenus indagare potuimus,
Præsul igitur Bonifacius Trajectensem condignè regens ecclesiam, tanquam
fidelis servus, & prudens in lucrandis animabus pervigil fuit, & de conver-
sis paganis duplicatum talentum suo Domino reportavit.

Bonifacius
sibi ex Syno-
di sententia
substituit
Fullonem.

Fullonem

Bonifacius
succedens
S. V. Liebro-
do, adificat
Trajecti an-
tiquum mo-
nasterium.

His diebus dissensio quædam exorta est inter Ecclesiam Coloniensem &
Trajectensem. Postquam enim Bonifacius Archiepiscopus Trajectensis,
iubente Zachariâ Papâ, Pipinum Ducem Suessionis unxisset in Regem Fran-
corum, quem Clemens quidem baptizaverat in regno Germanorum, Ar-
chiepiscopus Coloniensis asseruit castrum cum ecclesiâ Trajectensi dona-
tione Dagoberti Regis ad Metropolitanum suum spectare, & contra præ-
fatus Trajectensis Archiepiscopus affirmavit Ecclesiam suam ad sedem A-
postolicam sine medio pertinere, quapropter & Bonifacius præsentis episto-
læ consultationem scribi fecit, quam sanctissimo Patri Domino Stephano
Papæ destinavit. Diligendo Domino Apostolatus privilegio Stephano Pa-
pæ, Bonifacius exiguis Communitatis Germaniæ Catholicæ & Apostolicæ
Ecclesiæ optabilem in Christi charitate salutem. Tempore Sergij Apostoli-
cæ sedis Pontificis, venit ad limina Apostolorum presbyter quidam mix-
æ abstinentiæ & sanctitatis genere Saxo, nomine Willebrordus, & alio nomi-
ne Clemens vocatus, quem præfatus Papa Episcopum ordinavit, & ad præ-
dicandum paganam gentem Frisonum transiit in littoribus Oceani Oc-
cidui, qui per quinquaginta annos prædicans præfata gentem Frisonum
magna ex parte convertit ad fidem Christianam, delubra destruxit, & Eccle-
sias construxit, & sedem Episcopalem in honorem Martini sancti & Basili-
cæ in honore sanctæ Crucis in loco & castello, quod dicitur Trajectum ex-
struxit.

Dissensio
inter seclera
Coloniensem
& Trajecti-
ensem.

Epistola Bo-
nificij ad
Stephanum
Papam con-
sultiva.

1 prædico

in M. S. missus

paganam gentem in M. S.

quadragesima in meo M. S.

sancti Martini

collocavit M. S.

truxit, ubi prædicans usque ad debilem senectutem mansit, & sibi coepi-
 scopum ad ministerium implendum constituit, & finitis longeva vite die-
 bus in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolo-
 manus commendavit mihi sedem illam ad constituendum & ordinandum
 Episcopum: quod & feci: Nunc autem Colonienſis Episcopus eandem se-
 dem præfati Episcopi Clementis à Sergio Papa ordinati sibi usurpat, & ad
 se pertinere dicit, propter fundamentum quoddam destructæ à paganis Ec-
 clesie, quam Willebrordus dirutam usque ad solum in castello Trajecto
 reperit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honorem
 sancti Martini consecravit, & refert quod ab antiquo Rege Francorum Da-
 goberto castellam Trajectensem cum destructa ecclesia ad Colonienſem pa-
 rochiam donatum ea conditione fuisset, ut Episcopus Colonienſis gentem
 Frisonum converteret, & eorum prædicator esset, quod ipse non fecit, non
 prædicavit, non convertit Frisones ad fidem Christi, sed pagana permansit
 gens Frisonum, usque quod reverendus Pontifex Romana sedis Sergius su-
 prædictum servum Dei Episcopum Willebrordum ad prædicandum dictæ
 genti transmisit, qui illam gentem ut præfatus sum, ad fidem Christi con-
 vertit, & modo vult Colonienſis Episcopus sedi supradicti prædicatoris Wil-
 lebrordi contradicere, ut non sit Episcopalis sedes subjecta Romano Pon-
 tifici, prædicans genti Frisonum. Cui respondebam, ut credidi, quod ma-
 gis & potius fieri præceptum Apostolicæ sedis, & ordinatio Sergij Papæ,
 & legatio venerandi prædicatoris Willebrordi, & ut fiat sedis Episcopalis
 subjecta Romano Pontifici, prædicans genti Frisonum, quia magna pars
 gentis illius adhuc pagana est, quoniam destructæ ecclesie fundamenta
 diruta, & à paganis conculcata, & per negligentiam Episcopi derelicta: sed
 ipse non consentit, sed modo paternitatis vestræ iudicium insinuare mihi
 dignemini, & si hoc iustum sit, respondeatis; & si vobis placet, quod illi
 Colonienſi Episcopo reddiderim, vestra autoritate roborate, sic enim vos
 potestis, si vobis placet adjuvare, si de scrinio ecclesie vestræ explicare ju-
 beatis, & inde transmittere quicquid præfato Episcopo Willebrordo ordi-
 nato sanctus Sergius præcepit & conscripsit, ut ex autoritate sanctitatis
 vestræ contradicentes convincere & superare valeam. Quod autem aliter iustius
 sanctitati vestræ videatur, consilium paternitatis vestræ mihi insinuare di-
 gnemini, ut sequar. Hanc igitur consultationis epistolam Bonifacius ad Ro-
 manam curiam transmisit, qui modico de hinc elapso tempore, negotio
 nondum expleto, vitam cum Martyrio consumavit.

S. Gregorius Episcopus 3.

A Nno Domini MCC L I. Bonifacius inspiratione divina perpendens
 solum instare Martyrium ordinavit Gregorium venerabilem virum
 Traje-

Et

Et
al. contrahere

- A debeat

quam

responsum

A ut præceptum Sergij Papæ
 & sedes illa stabilis permaneat.

Trajectensem Episcopum: Ipse verò cum Eobano coepiscopo Wintrango, Waltero ac Adelhario Præbyteris, Haymanno, Stirbaldo & Bosone Levitis, Valkaro, Gundero, Hildero & Bertulfo Monachis, ac circiter 30 summa religionis viris honestis Hevi alveum transcendens ad infidelem Frisia populam navigando devenit; ubi fixis tentoriis aliquantisper recreationi se dedit: denique veritatis præco constanter annunciare cepit Evangelium pacis, ut plerique Frisones relicta perfidia se subjecerint jugo Christianæ legis. Sed humani generis hostis antiquus totis nisibus in contrarium obstans, suscitavit adversus sanctos prædicatores, quosdam cruentos satellites, malentes potius occumbere, quam diabolici ritus paternas traditiones omittere. Sanctus autem Episcopus insanientis vulgi minas omnino parvipendens exhortantibus discipulis codicem constanter aperuit, & verbum æternæ salutis insultanti populo prædicare non distulit. Carnifices verò sicut aspidem furdæ, paternis montis aures suas pertinaciter obturantes, cum lanceis & gladiis in athletas Dei pertinaciter irruerunt, quos omnes diversis plagis afficientes sub die Nonarum Junij cruentissime trucidarunt. Sancti quidem Martyres, numero liij, perstiterunt adversus paganorum insultus immobiles, benedictionem pro persecutione præstantes, atque semetipsos ultroneos ad Martyrium offerentes, qui in vico Doecum pro Christi nomine pariter intererunt, ac in præclaro cœli palatio cum palma victoriæ gloriolæ laureati sunt: nec mora quin prophani Frisones festinaverunt exinde codicem sancti Præsulis particulatim scindere, & Christianam fidem de sinibus suis prorsus abicere: sed virtus divina sacrum codicem de manibus tot gentium conservavit illaceratum; in quo conscriptum fuit æternæ vitæ salutæ documentum. His itaque gestis cruenti carnifices de strage sacrorum Martyrum exultantes reversi sunt ad propria, ut epulando diem festum agerent in magnâ lætitiâ, & ecce miraculum inauditum. Quoniam omnes panes eorundem grassatorum conversi sunt in lapides, qui pro memoria sanctorum Martyrum hodierno tempore servantur apud Frisones. Quidam verò Christi fideles collectis xiiij. corporibus prædictorum Martyrum transiverunt Hevi alveum repentino navigio inhumantes eadem in ecclesiâ sancti Salvatoris Trajectensis honore congruo; corpus autem sancti Bonifacii prætiosi Martyris per miracula divinitus ostensa, translatum est ad Fuldense Monasterium ordinis beati Benedicti Maguntinensis diocesis, quod ipse pridem infra solitudinem Buchomiz super Fuldam eleganter exeruxit ad perennem laudem sui nominis: ubinam & idem gloriosus Martyr diversis claret virtutibus, & in magnâ reverentiâ frequentatur à devotis Christi fidelibus. Hic electus Deo Pontifex ecclesiæ Trajectensis sedis Archiepiscopus fuit, quam à transitu sancti Clementis xyj. annis studiosè rexit. Post ejus necem ecclesiâ Trajectensis rudis & adhuc tenera Metropolitana dignitate caruit: quoniam adversus ecclesiam Coloniensem magnis opibus abundantem de cætero stare non potuit. Tota nihilominus ecclesiæ Diocesis post modicum tempus ex feritate Danorum tantundem peno-

Bonifacius
in Frisia
proficiscens
ad
Martyrium

Bonifacius
cum sa. fo.
cys Doecum
in ecclesia
sua.

Panes mig-
rantur in la-
pides.

Corpus Bon-
ifacii Ful-
dam trans-
latum.

secundus m.s.

Trajectensis

CHRONICA

depopulata fuit, & terra non habens agri colonum aliquanto tempore spinas & tribulos germinavit, quapropter Episcopi Trajectenses urgente magna necessitate, Romanam curiam pro Archiepiscopali benedictione visitare nequcentes, susceperunt à viciniore Metropolitano simplicem benedictionem, sicut Abbates, sine mitra pontificali longo tempore celebrantes.

Nequaquam & hoc taciturnitate præteriri debet qualiter Deus acerbam ultionem de prætiosa morte suorum militum suscitavit. Widekindus enim Princeps ulterioris Frisæ cum innumeris bellatoribus Lavicam pertransiens comitatus de Oestergou & Westergou in vastam solitudinem redegit, ac omnes indigenas eorundem comitatum in ultionem sanctorum Martyrum Deo vindice trucidavit.

Cum beatus Bonifacius Archiepiscopus diversas perlustraret urbes ad dilatandum cultum divini nominis, contigit ut deveniret ad Monasterium puellarum prope Treverinam ripam Mosellæ fluminis. Quem ex tunc Adulæ venerabilis Abbatissa cum ingenti devotione collegit in hospitio, sperans spiritualem ædificationem audire de tanti patris alloquio, dum autem idem Episcopus ad mensam accederet, ut cum ancillis Christi communem refectioem reciperet, ecce quidam ingenuus puer xv. annorum, nomine Gregorius, secundum claustralem ritum expetiit ab Episcopo benedictionem coram discumbentibus, Homiliam ordinatè legens, finemque suæ lectionis ordine consueto claudens. Beatus igitur Bonifacius eandem Homiliam incepit exinde repetere, & circumsedentium animos ad contemplativum vitæ dulcorem adeo ferventer incendere, ut idem puer Gregorius relictis statim omnibus, sequeretur eundem Episcopum, qui diebus illis iter arripuit ad convertendum Turungiarum populum. Eidem igitur Episcopo jam dictus puer usque ad maturam ætatem irrevocabiler adhæsit, ac ipsius fidelis copater in verbo veritatis ubique fuit: Demum verò, ut prædicitur, beatus Bonifacius infidelis Frisæ pagos adiens, & Martyrij palmam cum summa devotione desiderans, substituit Gregorium Trajectensi Ecclesiæ succedentem Episcopum, quem veraciter agnovit virum sanctum, dignum & idoneum: Quanta verò charitatis & benevolentia jam dictus Pontifex in Episcopatu suo vixit, Tractatus de vitâ siue conversatione suâ, lucidissimè manifestat: hic idem Episcopus destinavit Livinum, Marcellinum ac Williboldum ad partes Transisellanas prædicare sanctum Evangelium, ubi post plurimorum conversionem idem Livinus apud Oudenseel migravit ad Dominum.

His temporibus, scilicet Anno Domini dcc lxiij, stellæ subito visæ sunt quasi de cælo cecidisse, ita quod plerique nimium perterriti, putabant mundi terminum imminere.

Beatus quidem Gregorius Christi confessor eximius grandævæ senectutis, paralytico morbo diu deditus, Clero valedicens, à populo delatus est ante sancti Salvatoris ecclesiam, ibique sacra communione suscepta viij. Calendis Septembris felicem creatori reddidit animam. Is confessor inclitus eccle.

Martyrum M.S.

Widekindus princeps ulterioris Frisæ mortem sanctorum misissetur

Qua occasione S. Gregorius in notuerit S. Bonifacius.

M.S. cum oratione consueta

M.S. compar vel cooperator

Levinus, vide notus qui et in M.S. Lywinus

vixit

Partentum

Mor & S. pulcrum S. Gregorij.

et

Æclesiasticæ sepulture traditus, illic honorificè requiescit, qui Traiectense Pontificium cum diligenti studio longo tempore gubernavit.

Aelbricus Episcopus 4.

Venerabilis pater Aelbricus de partibus Eboracensibus diocesis ex Anglia fuit oriundus, qui pro laudabili conversatione sua Traiectensis ecclesiæ Canonicus est electus. Hic Aelbricus veterascente beato Gregorio, totius Episcopatus fidelis dispensator deputatus, condigne clericum rexit, & populum, quem & idem Gregorius post se venturum prophetavit Episcopum. Is Aelbricus beatum Ludgerum de hinc Monasteriensem antistitem transmisit ad partes Frisia, ut ibidem prædicando sectam aboleret idolatriæ.

His diebus, scilicet anno dcc lxxxij. quidam homo reperit arcam lapideam in urbe Constantinopolitana, ac in ea virum jacentem cum hac ^{sepul-} ^{mirabilis} ^{scriptura} ~~sc~~ ^{Christus} nascetur ex Maria Virgine, & credo in eum. O sol iterum me videbis sub Constantino & Herene Imperatoribus.

Aelbricus autem xij. Calendas Septembris in pace migravit ad Dominum, postquam aliquantis annis Traiectense rexisset Episcopium, quare ad præfatam ecclesiam deductus est, & prædecessori suo confepultus est. ^{atum}

Theodardus Episcopus 5.

Post discessum reverendi Patris Aelbrici, Theodardus quintus Traiectensis Episcopus introinatus est, qui Frisonicæ gentis prædicator fuit inclutus.

His temporibus, scilicet anno Domini dcc lxxxv. Widekindus dux prædictus cum Frisonibus adversus Carolum Regem rebellare cepit, quem idem Rex occisis plurimis cum victorialis laude potentissimè subjugavit. Theodardus verò Pontifex in pace abcessit à seculo, qui ad præfatam ecclesiam super adlatus fuit, ubi cum reverendis Patribus honorificè requiescit.

Harmackarus Episcop. 6.

Sepulto Theodardo pio Pontifice, quidam Harmackarus sextus Traiectensis electus est Episcopus, vir devotus, maturus, & prædicator egregius.

Anni Chr. 285. Vide Lindur Saxonum dux una cum Frisgo Carolo Magno rebellat & vincitur.

M. S. LXXXIII.

B 3 His

Anno Do-
m. Caro-
lus Mag-
nus Romam
profecit
Liono Pa-
pa corona-
tur & pro-
clamatur
Imperator
Romanorum

Talium in
Christo ex
lucis
phantoma

alind

His diebus, scilicet anno Domini dccc. quidam Romanorum civium ceperant Leonem Papam in processione Letaniae majoris accusantes ipsum minus iuste crimine falsitatis. Pro hac ergo sedenda discordia Carolus cognomento Magnus, Rex & Patrius praeruptas Alpes transcendit, & Romanam urbem decenter advenit: cum autem idem Rex civitati iam appropinquaret, Senatus Populusque Romanus cum Sanctorum reliquiis ipsi caravatum occurrerunt: quem & intra Basilicam sancti Petri cum solemnibus gaudiis deduxerunt: Et ecce Leo, Papa praefatus ipsa die nativitate Domini coronam auream capiti regis superimposuit, ac universus populus eidem regi praeconium laudis applausit. In hunc modum cecinit, Carolo Augusto à Deo coronato magno, & pacifico Romanorum Imperatori vita, salus & victoria. Erubescant igitur hi, qui apocrypha fingunt gesta, dicentes huic aut quempiam huius nominis Carolum Romanam urbem arripotentem obsedisse, & eandem devictis Romanis cum Frisonibus expugnasse.

Harmackarus autem Episcopus consummatis dierum suorum curriculum, v. Calendas Septembris Creatori suo reddidit animam, postquam aliquanto tempore Traiectensem laboriosè rexisset Ecclesiam, de quo nusquam adinvenitur in Chronicis vel gestis, nisi quod idem tumultus est cum reverendis Patribus antedictis.

Rixfridus Episcopus 7.

Post obitum Harmackari praesulis Rixfridus septimus Traiectensium cathedralis est Episcopus, vir divinus, pius, humilis & excellens clericus.

Stephanus
Papa Lu-
dovicum
duxit Impe-
ratori Rhe-
ni.

Hermingardim
Hermingarde

Carolus
dux Lud-
wici ex In-
ditha filius.

His temporibus, scilicet Anno Domini dccc. xv. Stephanus Papa descendens ad Franciam, solemniter Imperialem benedictionem in civitate Remensi, super Ludovicum Regem, ac Hermingardin suam conthoralem, ex qua iam dictus Imperator duos filios genuit, Lotharium videlicet & Ludovicum. Demum Hermingardi defuncta praenominatus Caesar, duxit in uxorem Judith, filiam Welfanis Ducis Bavariae, propriam consanguineam, & cognatam. Propter hoc etiam illicitum matrimonium S. Fredericus Episcopus perpessus est Martyrium, ex eadem enim Judith idem Imperator genuit Carolum Calvum, virum egregium, qui consequenter adeptus est Regnum & Imperium, à quo primus Comes Hollandiae Feudali jure Principatum accepit, quem sua longa posteritas ad haec tempora gubernavit.

Rixfridus vero Pontifex multum annosus, Deo charus, febre quassatus, iii. Nonarum Octobris discessit ab hac vita, tumultus cum anterioribus Episcopis in Ecclesia supradicta.

S. Fredericus

S. Fredericus Episcopus 8.

Fredericus patriæ hujus puer ingenuus, in ætate tenerâ per matrē suam
 nobilem Trajectum adductus est, ac in domo Domini cum hostiis &
 muneribus divinæ militiæ mancipatus est. Rixfridus autem Episcopus
 eundem puerum velut adoptivum filium, tam in moribus, quàm in ar-
 tibus eleganter instruxerat, præmeditans inspiratione divinâ, quod in Epis-
 copatu sibi succederet. A juvenilibus quidem annis idem puer ad eò lauda-
 biliter conversatus est in domo Domini, ut ad omnes sacros Ordines dignè
 promoveretur per manum ejusdem Episcopi. Demum oheunte Rixfrido
 Pontifice, Ludovicus Imperator cum illicitâ conthorali suâ descendit ad in-
 feniores Almanniæ partes cis Rheni fluvium, mandans ecclesiæ Trajectensi,
 quatenus dilectus sibi Fredericus eligeretur in Episcopum: cui mox per pa-
 storalem baculum seu anulum ~~inveitura~~ Episcopatus dedit, ac eundem
 licet invitum, in præsentia suâ consecrati iussit. Peractâ denique benedi-
 ctione, solemnè Cæsar imperavit festivam celebrari curiam, cunctisque di-
 scumbentibus, magnam ferulorum ostendit opulentiam: crastinâ verò, ex
 hinc, exortâ luce, cum solare jubar matutinum illustraret Hemisphærium,
 Imperator placabilibus verbis in hunc modum Fredericum allocutus est E-
 piscopum: Elegit te, charissime fili, clerus Trajectensis in Pastorem pro-
 vidum, ut tuâ sacrâ prædicatione debeas ubique prophanum castigare po-
 pulum: Est autem Walachria tuæ diocesis Insula multum infamis, ubi, pro-
 dolor, concumbere dicitur non solum frater sorori, verum etiam filius suæ
 propriæ generici. Quapropter te ~~juramus~~ propter omnipotentem domi-
 num, quatenus tales abominandos homines synodali correctione punire
 non formides, aut certe si opus fuerit ~~excrete~~ non omittas. Fredericus at-
 tem Episcopus his auditis, ingemuit, ac eidem Imperatori tale responsum
 edidit: Magno quidem juramento me perstrinxit vestra Majestas, Cæsar Au-
 guste, propterea, dicat o to, Magnificentiæ vestra, à quâ parte corporis piscis
 manducandus inchoari debet? Imperator autem admirando super tali quæ-
 stione, sic respondit: Estimo quod piscis à capite primo comedendus est, in
 quo præ cæteris membris medullæ plus est: Cui sanctus ait Episcopus, op-
 timè judicasti. Imperator inelyte; quamobrem vos, qui Princeps estis, sive
 caput populi, primò redarguam, autequam ad caudam Walachtiensis vulgi
 deveniam: est enim vobis uxor contra decreta Canonum, & statuta Ponti-
 ficum, Judith Ducis Bavarie filia, quæ vestræ Majestatis carnalis est consan-
 guinea: de ejus verito thoro vos admoneo per condignam penitentiam
 abstinere, alioquin annuncio vobis inevitabile damnum vel periculum e-
 venire: Dicit enim Apostolus, Fornicatores & adulteros judicabit Deus.
 Hæc & his similia dum sacer Antistes constantè asseruit, & sermonè suavitè
 multis sanctorum autoritatibus explicitè concluderet, Imperator ingemi-
 scens,

inveitura

a vobis

Fornicatio
horribilis &
Valachtiæ

conjuramus te per

excommunicare

Illiusmodi
Imperato-
ris contu-
gium ubi-
ne & qua-
viter ad E-
piscopa-
præsentiam

asseruit

icens,

scens postulavit veniam: promittens illicitam à se repudiare faminam, & beatus Antistes ex tunc valedicens Augusto, magnifice cathedratus est in Traiecto, ubi præcipuam in orationibus, elemosinis & jeuniis curam egit, ac annosas templi sive caltri ruinas providissime reparavit.

Non multo dehinc elapso tempore, sacer Episcopus stante, sub solano rarem suam Walachia paribus applicuit, pro correctione contaminata plebis sacram Synodum celebrare statuit. Quidam enim prædicatione sancti Præsulis verè compuncti susceperunt poenitentiam; quidam nihilominus obstinati cordis arma comprehendentes, minabantur eidem inferre contumeliam. Quapropter abcedente sancto Pontifice, barbara gentes prædictam invaserunt insulam, Eggardum Comitem cum multitudine Francorum perimentes, multasque feminas abinde captivas cum spoliis diversæ suppellectilis abspportantes. Sanctus autem Episcopus exinde suam diocelin undecunque perlustrans, pervenit ad Frisiam, ubi de sancta Trinitate percepit Arrianam inolare perfidiam, quam & ipse cum magno laboris studio profusus extinxit; Beato Oulfo sancti Salvatoris Concanonico Stauriensem ecclesiam commisit, & ex tunc omnibus bene peractis, Trajectum saluberrimè transfretavit.

ab inde

S. Oulfo
episcopi Stauri-
ensis Ec-
clesiæ pa-
stor Arria-
nam sectam
in Frisia ex-
stirps.

Ludovicus autem Imperator hoc attendens, verebatur ulterius illic permanere cum bannitâ suâ faminâ, quæ multis vicibus sanctum antistitem corrumpere nitebatur per oblata munera, sed vitæ Dei blandis suggestionibus nequaquam emolliiri potuit, sed illicitum matrimonium contractum omnibus modis divoritari studuit, qui & Imperatori de paternâ pietatis affectu placabilem direxit epistolam, antequam fulminaret in eum excommunicationis sententiam: quamobrem & Imperatrix intigante diabolo, concepit invidiæ zelum, adversus sanctum Episcopum, præmeditans qualiter ipsi inferre posset mortis interitum. Quæ tandem duos malæ voluntatis vernaculos conduxit, quos in mortem sancti Pontificis conjurare fecit. At illi Trajectum euntes, simulaverunt se familiares Imperatoris esse, & Episcopo civitatis necessariam legationem detulisse.

Eudobus Im-
peratrix in
fidem ut ve-
ret S. Fre-
derici.

7 Sacerdotalibus

Beatus autem Fredericus attendens inspiratione divinâ sibi Martyrium imminere, iussit eosdem legatos ad finem missæ paulisper expectare: qui post lectum Evangelium in Ecclesiâ sancti Salvatoris sermonem fecit ad populum, prædixitque par allegoriam suam jam instare Martyrium. Expleto divino Ministerio, sacer Antistes adhuc ornatus sacrarium sancti Ioannis Evangelistæ, subintravit, ibique pro constantia passionis devotas preces ad Dominum fudit, iubens legatos ad præsentiam suam accedere, & familiarem suum clericum post altare sancti Salvatoris aliquantisper abcedere, & ecce Præsul admittens ait carnificibus: vestram nunc adimplete legationem, quam apertè præscivi, priusquam ad hanc devenistis civitatem, ac illi continuo trahentes cultros ex manicis, irruerunt in sacrosanctum Episcopum, dicentes hæc verba irrisoria dedignantem alterutram. Nunc Imperatrix à te desideratam habet ultionem, cui multis vicibus crudelem intulisti persecu-
tionem.

tionem. Quibus exinde sanctus respondit Episcopus: Charissimi postquam
 Domina vestra commissam adimplevistis imperium, nunc exinde cursu ce-
 leri maturate diffugium, nec mora, quin & iidem carnifices concito gradu
 Rhenum transfretarunt, ac Imperatrici cruentæ, de nece sancti Martyris
 nova gaudia detulerunt. Interea Præsul Almisius convocato clerico suo,
 dixit: Fili, tucidatus sum, propter veritatem, mansuetudinem & iusticiam:
 convoca sine morâ sanctam Traiectensem ecclesiam, ut corpusculum meum
 Catholicis inhumetur exequiis, & spiritus redeat ad Dominum in æternis
 gaudiis: Clericus autem his auditis, concitavit ejulatu magno cunctum po-
 pulum, qui comprehensis armis cucurrerunt ad moribundum Episcopū,
 quibus flebiliter circumstantibus, electus Dei Martyr, prophetando sic ait:
 Fratres & filij charissimi, si qua pars mihi sit in coslo cum sanctis Martyri-
 bus pro vestra salutis incolumitate, devotis orabo supplicationibus, verum
 tamen propter Imperatricis istic cōmanentis manifestum adulterium (proh
 dolot) totum istud evertetur Episcopium: & his dictis, Martyr inclutus data
 benedictione subteraneam cryptam ejusdem Ecclesiæ contanter intrans in
 sarcophago se locavit, atque Psalmodias exequiarum personaliter in hunc
 modum incepit: Placebo Domino in regione vivorum. Martyrisatus est au-
 tem hic Episcopus anno Domini MCCXXXVII. xv. Calendas Augusti, qui
 miraculis ibi claret ad hunc & gloriam Iesu Christi.

a

civ

S. Frederi-
 cus casus
 anno Chr-
 838. 15.
 Cal. Aug.

Pontifices igitur tam Germaniæ quàm Galliæ percipientes innocentem
 necem sancti Martyris, conspiraverunt omnes contra tyrannidem Impera-
 toris, & suæ nefandæ conjugis Gregorius autem Papa his auditis, descendit
 ad Franciam, transmittens Ludovicum Cæsarem Sueffionis ad claustralem
 ad Franciam, transmittens Ludovicum Cæsarem Sueffionis ad claustralem
 penitentiam, Iesse autem Ambianensis Episcopus Imperatrici velamen im-
 posuit, quæ ad penitendum sub Monastica disciplina Tricunus transfudit.
 Principes Francorum Lotarium primogenitum Ludovici Cæsaris Impera-
 torem elegerunt, & de communi consensu super thronum Majestatis hono-
 rificè collocarunt. Notandum est, quod à passione sancti Bonifacii præsu-
 lis, usque ad Martyrium sacrosancti hujus Præsulis, dilapsi sunt anni lxxxvj,
 in quibus apud sanctam Traiectensem ecclesiam sex egregij florerunt Epi-
 scopi, quorum gesta Chronographorum ignavia prætermisit, & minus di-
 stinctè post venturis nationibus annotavit.

Hic erro-
 tur summo-
 pore, quod
 corrigendum
 ex anali-
 libris Fran-
 corum. V. l.
 de annales
 Frisia B. F.

Si auferat
 annos 80. ab
 anni 838.
 reliquæ erunt
 anni 757.
 quo S. Bo-
 nifacius
 Martyris
 subierit.

in M. S. Treves

Alfricus Episcopus 9.

Post passionem sancti Frederici Martyris aliqualis erat altereatio tam
 Clericorum populi, quinam dignus esset possidere cathedram Pon-
 tificis Almisii: quidam enim elegerunt Præpositum *Caltricem* no-
 mine virum opulentum ad culmen Ecclesiastici regiminis, ceteri vero
 postu-

craft

C

postu-

postulaverunt Alfricum Germanum sancti Frederici Martyris, sed ex arbitrio totius Ecclesie jam dictus prepositus per beatum Odolphum sancti Salvatoris Canonicum destitutus est, & Alfricus in throno fratris sui laudabiliter collocatus est.

Tortosa. His diebus in Brixia civitate quadam Italica, tribus diebus & noctibus sanguis de celo pluit, & eo tempore secundum prophetiam sancti Frederici inaudita calamitas invalescere cepit. Nam Dani, Suevi, sive Normanni coaptata classe armigerorum *innumerabili* multitudinem diversas provincias sibi subjugarunt, ac in sancta *Christi civitate* stragem cruentissimam commiserunt.

Alfricus autem pius & virtuosus Episcopus xvij. Calendas Decembris in pace defunctus est, & in Ecclesia Sancti Salvatoris penes Germanum suum honorifice tumulatus est.

Ludgerus Episcopus 10.

T decimo
Defuncto quidem Alfrico Pontifice, Ludgerus Trajectensis electus est Episcopus, vir devotus, religiosus, & Doctor inelytus. His temporibus, scilicet anno Domini mccc lv. Lotharius Imperator tyrannidem Danorum expugnate nequens, & soli Deo militare desiderans, de consensu Principum terrae Ludovico primogenito suo dedit Imperium, ac in Prumiensi cenobio sacrae religionis suscepit habitum, ubi sub monastica disciplina sacram professionem fecit, sed ad paucos annos in poenitentia supervixit: pro cuius anima plerumque decertaverunt angeli cum demonibus, ita quod corpus distrahi videbatur a cunctis circumstantibus.

Monachi quidem devotas preces extemplo fuderunt, quibus malignos spiritus a cadavere profugarunt.

Ludgerus autem Episcopus ix. Calendas Maij dignam creatori reddidit animam, postquam aliquato tempore rexisset ecclesiam sanctam Trajectensem. Hic ad praefatam ecclesiam similiter allatus est, atque duobus aliis Episcopis confepultus est.

Hungerus Episcopus 11.

Annus Chr. 856 Dani & Normanni Hollandiam classe invadunt.
Post obitum Ludgeri Praesulis, Hungerus xj. Trajectensis electus est Episcopus, vir regularis, pius, prudens & pacificus: his diebus, scilicet anno Domini mccc lvj. Dani cum Nordmannis classem suam Hollandiae partibus applicarunt: ubi cladem inauditam cum Tyrannide crud-

T cum innumerabili Chystram tate

plurimum

π ad Deum

Lotharius Imperator Monachum indante in Prumia Monasterio Anno Ch. 855, ubi 29. Sept. moritur.

crudelissimâ commiserunt, destruentes Dorestadium vicum nominatissi-
mum totius patriæ, in quo lv. parochiales ecclesiæ fuisse dicuntur. Demum
iisdem Dani vallaverunt urbem Trajectensem per circuitum devastantes ci-
ves sagittis & fundibulis per assultum creberrimum, donec tandem egre-
giam civitatem rebellanti manu caperent, nihilominus & castri præsidium
armipotentè invaderent, & ecce cruenti prædones universum populum, &
rotum penè Clerum (proh dolor) occiderunt: Quinimo turres, antemura-
liâ, portas & propugnacula civitatis & castri devastarunt, ita quod Hunge-
rus Antistes solus cum paucis Canonicis anxie diffugerit, & ad præsentiam
Lotharii regis in Prümensi Monasterio se receperit: Lotharius verò motus
misericordiâ bonitatis regie contulit Canonicis Trajectensis Ecclesiæ Mo-
nasterium montis Odiliae, quatenus ibidem ab incursione Danorum quiete
residerent, & divini nominis cultum devotissimè celebrarent.

His itaque gestis, Dani cum Nordmannis omnes Hollandos nimis acri-
ter affligentes, devenerunt ad Kenemariam; ubi sancti Confessoris Ad-
berti dilapidaverunt Ecclesiam, beatum Ieronem Presbyterum in Noertich,
ut traditur, capite truncantes, & castrum munitissimum Aurindubij quon-
dam Regis prope Voerburch, prope Delfe destruentes. Hollandenses au-
tem prædiderunt contra confestim arma bellica, committentes in diver-
sis pagis multa prælia, sed Dani, Deo permittente, prævalentes Thierbol-
dum & Gerolsum egregios Equites cum infinitis Hollandinis cruentè ne-
caverunt, ac mulieres cum parvulis captas ad exteras partes & provincias
abduxerunt.

Anno Domini MCCCLXV. Carolus agnominatus Calvus Rex Francorū,
& consequenter Imp. Romanorum filius Ludovici Pij, filij Caroli Magni
tunc apud vicum Pladellæ residens, ac Hollandiam omnino esse desolatam
percipiens, tradidit ad instantiam Haghenonis, nobili viro Theodorico
fratri Walgeri Principis ecclesiam Egmondensem & Kinhem à Suittgardes
Schona utque Fortenpaga per piginam specialis privilegij roboratam ima-
gine regalis annuli, item idem Theodoricus & sua posteritas eandem ditic-
nem feudali jure possiderent, ac atroces Danos de finibus Romanorum re-
gæ potentissimè profugarunt, Ludovicus autem Rex & frater jam dicti Ca-
roli contulit etiam eidem Theodorico Comitibus Heminae reginae
Forestum Wassa comitatu suo contiguum, pro eo quod vir esset valde fa-
mosus, & in cunctis gestis militaris exercitij collaudandus: Hic igitur Tho-
doricus primus Hollandiæ Comes, arma gerens aurea cum Leoninâ rubi-
cundi coloris imagine, sicut quidam tradunt, de regali protapia Principum
Francigeritarum oriundus fuit, qui jurisdictionis suæ terminos contra Da-
norum incursionem egregiè rexit, habens in uxorem matronam nobilem,
nomine Ghemam, ex quâ genuit filium, nomine Theodoricum, juvenem
multis probitatibus insignitum.

Item Theodoricus jam senior, ex magno devotionis affectu construxit li-
gneum in Egmondâ cœnobium, in quo sanctimoniales Ordinis sancti Be-

assultum.
bellanti Chr. Belg.

funditus.

Prümense monasterium

homines Hollandiæ

Lij
Id factum a 878.
putat Scriverius.

Anno Chr.
883.
Diploma
vide infra
in Annalib.
Egmondensium
canobij cap
6. ex cuius
epocha ap-
paret non
Calvis, sed
Carolus
simplicem
esse dona-
tionis au-
tori, quia
datum anno
Chr. 923.
Vide anna-
les Frisa
B. E.

depopulatam

Fortraba

regni Romani

wassa

Theodori-
cus Comes
Hollandiæ.

Errores
trasi hic
narrantur
vide anna-
les Frisa
B. E.

Ancelae

Worthe

Waghe

*Beati
quanto citius*

nedicti primitus instituit; quibus de suis facultatibus vitæ necessaria copiose tradidit. Ex eodem vero collegio, quædam puella divinitus inspirata Theodonicum Comitem ter admonuit sarcophagum Benedicti confessoris Adelberti quartories aperire, & sanctas reliquias ad Monasterium puellarum transferre, & ecce quamprimum Clerus sepulchrum ejusdem Almislui patris aperuit, pallium sanctissimi corporis integrum ab omni labe corruptionis apparuit; crux etiam aurea super pectus ejusdem ibidem inventa est; quæ contra varias ægrotudines medicina salutis est: fons insuper limpidi liquoris sub ipsius tumba confestim exsiluit, qui usque in præsentem diem copiosius emanat.

XI

*Anno Chr.
866. Hung
rus moritur*

Anno Domini 866. secundo Calendas Januarij Hungerus Episcopus obdormivit in Domino, postquam cum Alfrico & Ludgero annis xxviii, Trajectensi præfuisse Episcopo, qui per Danorum austeritatem à propria sede propulsus fuit, quapropter modernos latet quorsum idem Pontifex requiescit.

Odilbaldus Episcopus 12.

de vastaverunt

*Dani graff
santur per
Galliam.*

Defuncto quidem Hungero Pontifice, Dominus Odilbaldus xij, Trajectensis electus est Episcopus, vir sanctus, pius, justus & benevolus. His temporibus, scilicet anno Domini 866 Dani cum Nordmannis dissipaverunt totam Galliam, sed & anno sequenti dissipaverunt totam Arduyennam.

*Godefridus
Normanus
Frisiam de
salem redēgit
in servitūtem.*

Ac

Carolus autem Imperator dictus Grossus, cum Lombardis & Germanis adversus eosdem grassatores crudele bellum habuit, sed peccatis Christianorum obstantibus minimè prævalere potuit. Novissimè vero Godefridus Nordmannorum Rex ad interloquendum de pace productus est, & hæc sequenti conditione Christianus effectus est, ut Ghisela Lotharij Regis filia sibi traderetur in uxorem, insuper & Frisiensis provincia sibi daretur in dotem, quod ita factum est, & idem Godefridus Rex exinde Frisones sibi rebellantes redēgit in vile servitutis improprium, ita quod omnes circa cololum circumscriptum bajularent laqueum, ut unumquemque sine mora suspenderet, qui contra Majestatem suam aliquo modo rebellare præsumeret, sed ecce jam dictus Godefridus Rex post quadam annorum curricula cum infinitis Danis in Batua Deo vindicante peremptus est, & sanguis multorum Christi fidelium sufficienter ultus est.

Chron. Magni. J. J. J. J. J.

899

Anno Domini 899. quarto Idus Decembris beatus Odilbaldus migravit à seculo, dignam Creatori reddens animam, postquam annis xxxiii Trajectensem rexisset Ecclesiam, hunc Odilbaldum Regino Pruminensis Abbas in Chronica sua sanctum virum fuisse dixit, qui Trajecti tumulatus cum reverendis Patribus honorifice requiescit.

Egil.

Egilboldus Episcopus 13.

Post discessum Odilbaldi beati Pontificis Egilboldus xiii. in Episcopatum successit, qui ~~tunc~~ Pontificiam parvo tempore gubernavit.

Lamen

Circiter hæc tempora pridie Nonarum Octobris requievit in Christo Theodoricus primus Comes Hollandiæ, ac Dominus magnæ partis ulterioris Frisæ, qui Princeps impertentus fuit, ac limites suos contra Danorum insultus potestativè rexit. Ghera verò Comitissa iii. Idus Ianuarii decessit à seculo, tumulata penes matrem in Egmondensi cœnobio, quod & ipsi de lignis tunc primitus extruxerunt, in quo religionem sanctimonialium Deo devotè famulantium collocarunt.

Mors Theodoricus primus Comitissa Hollandiæ incerta.

Ligni materia

Cùm Theodoricus primus Comes defunctus esset, Theodoricus filius eius unigenitus, secundus Hollandiæ Comes hæreditariè sublimatus est, ducens in uxorem Hildegondim (ut traditur) filiam Ludovici Regis Franciæ, de qua genuit Arnulphum Comitem, & Egberrum, Trevirensis Archiepiscopum, ac Arlindim puellam venustatis eximie. Is Theodoricus post obitum patris cum Frisonibus discordare cepit, quos tamè triumphali gladio dirioni suæ subegit, quapropter idem Comes ædificavit lapideum in Egmondâ Monasterium, & amotis monialibus, plantavit ibidem de Religione sancti Benedicti Monachorum collegium, qui continuo Deo devotum obsequium impenderunt, & cùm opus esset, duris Frisonum insultibus obliterent.

Theodoricus secundus Comes Hollandiæ.

creditor

Frisij subeguntur.

Hic ergo Comes Egmondensem ecclesiam largis dotando possessionibus, obtulit historiam tripartitam, & textum quatuor Evangelistarum auro fulvo præciosisque lapidibus intectum: Nihilominus Hildegondis Comitissa consimiliter obtulit eidem Ecclesiæ de liberali munificentia superaltare totum aureum, cum multimodis gemmis incomparabilis præcii valde fulgidum; de cuius cacumine lapis, ut fertur, hostiarius furtive sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radiis emicantibus illustrabat. Hoc etiam tempore sanctus Ieron per diocesanum Episcopum, & Comitem Theodoricum cum miraculis in Egmondam translatus est, qui pridem à Danis in Noerich, ut prædicitur, Martyrii palmam consecutus est.

Donationes in Ecclesiâ Egmondensem.

circum-foctum

vide Indic. SS. Belgij Molani.

Egilboldus Episcopus Traiectensem Ecclesiam saltem ad decem menses regens, vii. Calendas Octobris in Domino feliciter obdormivit, qui in eadem ecclesiâ tumulatus similiter requiescit.

Egilboldus mors & sepultura. Anno Chr. 901. 25. Sept.

Radbodus Episcopus 14.

Defuncto quidem Egilboldo Pontifice, Dominus Radbodus, urgente Rege Francorum Arnulfo xiii. Traiectensis invitè consecratus est Episcopus,

A° 901

C i piscopus,

piscopus, vir veraciter sanctus, doctus, pius, & multum ingenius, fuit enim Radbodus Rex Frisæ prædictus ipse maternus attavus, & Guntarius Archiepiscopus Colonienſis eius avunculus. Interpretatur enim hoc nomen Radbodus in idiomate Germanico, idem quod concilij nuncius in Latino. Fuit enim hic Episcopus magni concilij angelus, in palatio Caroli Regis educatus, & per Nannonem Philosophum in septem artibus excellenter imbutus, qui flores eximios tam de Willebrordo, quàm de Bonifacio composuit, ac integrum officium de translatione beati Martini consimiliter edidit. Hic antistes cum Trajectensis Pontificij sacrae religionis suscepisset habitum, vacavit indefinenter orationibus, elemosinis, & abstinentiis usque ad vitæ suæ terminum. Nam cum sui convivales vina potarent infra mensem, ipse solus limpidam occultè bibit aquam: Quod Guinerus quidam attendens, supplicavit eidem Episcopo, quatenus sibi gustare liceret de suo poculo; sed beato viro non consentiente, jam dictus Guinerus Episcopalem schyphum clam accepit, & magnum haustum ex eo sumpsit, & ecce stupendum miraculum. Nam & eadem aqua mutata est in vinum optimum; quæ de causâ tentator exemplo imploravit veniam, & beatus Episcopus ex hoc prodigio non sibi, sed Deo dedit gloriam, is Præsul egregius Daventriæ sedere confuluit, quoniam civitas Trajectensis per Danorum austeritatem omnino desolata fuit. Accidit autem, ut Episcopus una dierum Trajectum adiret, & ibidem loca Sanctorum cum devotione visiteret: Dani verò potenter occurrentes, obstiterunt, in contrarium prohibentes ulteriorem sibi transitum, quos sacer Episcopus paternaliter admonuit fidem Catholicam devotè suscipere, & à crudeli Christianorum strage pie desistere: at illi tortores eò magis commoti sunt, ac acerbam necem sancto viro comminati sunt: Præsul autem Almisti perditionis filios ex tunc excecando maledixit, quos fulmineus ignis mox de cælo descendens, miserabili morte vivos absumpsit. Christiani quidem hoc viso miraculo, constanter in armis ruerunt, & residuam Danorum catervam à Trajecto cum victoriâ profugarunt. Iste sanctus Episcopus prophetico sermone clauit, quoniam multa futura secretariis suis edidit. Venerabilis enim Baldricus bonæ indolis juvenis, quodam tempore duos clericos suæ patriæ deduxit ad præsentiam ejusdem Episcopi, postulans ut ab ipso promoverentur ad ordinem sacerdotij; beatus verò Pontifex ore jocundo subridens, ait, Fili præcordialis anno mediæ tertio me defuncto præsentis ecclesiæ Pastor eris; hos clericos propriis manibus ad sacerdotij gradum promovebis, & tam aulam quàm urbem Trajectensem ad statum pristinum reparabis. Demum idem Radbodus apud Trentam valida pulsatus aegritudine decubuit, cui Mater misericordiae Virgo Maria cum splendore radioti luminis apparuit. Agnem & Teclam concomitantes virgines habens, & in hunc modum venerando Pontifici loquens: Per dilectè fili, ne formides me videre præsentem, qui in magnâ devotione salutasti sæpè absentem, securus esto, quoniam hanc infirmitatem evades, verum tamen in præsentem vitam non diu manebis, & ecce splendor

aduscatus

Nanno Phi
lophus
Præceptor
Baldrici.

Guinmarus

Guinmarus

Aqua mu
tatur in
vinum.

Trajecto

confuluit

Radbodus
Daventriæ
residet, &
Dani Tra
jecto ajeit

hos

tu

Viso Rad
bodi.

quam

dor

dor inmensa claritas evanuit, & fragrantia redolentis odoris invaluit. Beatus igitur Pontifex ab eadem convalescens ægritudine, quibusdam familiaribus suis secretificaverat cuiusmodi pulchritudinis & effigiei Regina cœli virgo Maria fuit, qui dehinc anno Domini MCCCXVII. Trentam exiens, ac in Oßmerlheim sive Tomersum lecto decumbens hanc antiphonam: Ecce læti laude, legit, in quâ tertio Calendas Decembris sceleriter ab seculo transmigravit. Hic sacer Episcopus in gravi Danorum persecutione XVII. annis Trajectensem gratiosè rexit Ecclesiam, qui per Clerum & populum honorificè tumularus requiescit apud Daventriam, ubi tanti Confessoris intercessione Deus indigentibus beneficia largitur, & frequenter multa miracula cum virtutibus operatur.

certificaverat

sine languore

Laude digna: m. chron. in honorem S. Martini

R. ad hunc Daventria moritur & sepelitur an. no Chr. 977. die 29. Nee verb.

Baldricus Episcopus 15.

Scuti Longobardorum narrat historia, Henricus Romanorum Rex post obitum Radbodi Confessoris decrevit ex magna devotione Brunonem filium suum clericali caractere redimere, ac eundem super cathedram præfati Confessoris collocare. Sed quoniam idem Rex audivit atroces Danos civitatem Trajectensem expugnasse, nihilominus & totum Episcopatum omnino depopulatum esse, ideoque gloriosus Rex promovit eundem filium suum ad militarem dignitatem, ut Danorum austeritati potenter obstitere, ac ipsam Episcopium armis bellicis victoriosè resciceret. Igitur secundum beati Radbodi vaticinium Baldricus xv. Trajectensis Episcopus est electus, filius, ut quidam tradunt, Rixfridi Comitis Clivensis, qui Princeps erat egregius.

Luitprando Ricini lib. 4. cap. 7. de reb. per Europam gestis.

His temporibus in civitate Ianuensi fons sanguinis exsurgit. Eisdem diebus vulgus Danorum succubuit, quapropter Baldricus Episcopus effugatis Danis civitatem suam turritis mœnibus struxit, excelsis propugnaculis munivit, incensas Ecclesias refecit, ac aulam cum cæteris ædificiis obrutis honestissimè reparavit.

Baldricus filius Rixfridi Comitis Clivensis.

exsurgit.

Hic Episcopus anno Domini MCCCXVI. transcendens Alpes, devenit in Italiam, ubi pro quibusdam utilitatibus Ecclesiæ, Regis Ottonis exquisivit præsentiam. Demum idem Antistes valedicens Regi, corpora sanctorum Martyrum, Pontiani, Benigni, & Agnetis secum transtulit, ac eadem in Ecclesiâ Trajectensi cum ingenti devotione reposuit, insuper & idem Episcopus corpora sanctorum Werenfridi, Lebuini, Pleghelmi, Wironis, Orgeri, Odulphi ac Radbodi per mysticam revelationem adinvenit, de quibus sanctis Patronis Trajectensem ecclesiam gloriosus adornavit. Anno Domini MCCCXVII. Baldricus felicis recordationis Episcopus, VI. Idus Januarij grandævus migravit ad Dominum, postquam annos lix in magnâ laude Traje-

b. cha. m. Imperatoris

Anno Chr. 977. die 8. Januarij Baldricus moritur.

Trajectensem rexisset Ecclesiam, qui ad majorem Ecclesiam ~~minime~~ honorificè deVectus est, ubi sumptuosè exequiis cum prædictis sanctis Patribus inhumatus est.

prædictis

Folcmarus Episcopus 16.

*Anno Chr.
928 mori-
tur Theo-
doricus se-
cundus Co-
mes Hollan-
dia, die 6.
Maj.*

Defuncto Domino Baldrico Folcmarus xvj. ordinatus est Episcopus, vir bonæ voluntatis, & bonus Catholicus. His diebus, scilicet anno Domini mccc lxxvij. 7. Nonarū Majj requievit in Domino Theodoricus Secundus Comes Hollandiæ, sepultus apud patrem intra Monasterium Egmondense, hic Theodoricus cum patre suo Comitatum annis c & xxvij. gloriosè rexit, & crudelès Danos de finibus suis potenter abegit, Hildegondis autem sua conthoralis 3. Idus Aprilis obiit in Christo, sepulta penes antedictum Monasterium cum marito.

*Arnulphus
Comes Hol-
landiæ ter-
tius.*

Post obitum Theodorici, Comitum Arnulphus tertius Comes Hollandiæ effectus, duxit in uxorem Lutghardin, filiam magnopotenti Imperatoris Theophani Græcorum, & sororem Theophanæ Imperatricis Romanorum, ex qua genuit Theodoricum succedentem Comitem, insuper & Sifidum, sive Sicconem præsidem, qui Comitatu quinq; saltem annis præfuit, & cum Frisienti vulgo jube bellum habuit. His temporibus, scilicet anno mccc xo. iij. Idus Decembris Folcmarus Episcopus defunctus est, ac in Ecclesia Trajectensi tumulatus est, postquam 13 annis Trajectensem Ecclesiam rexisset.

*Anno Chr.
999, die 11
Decembris.
Folcmarus
moriatur.*

Baldevinus Episcopus 17.

Defuncto Folcmaro Præfule, Baldevinus xvij. substitutus est Episcopus, vir gloriosus, probus & inclytus.

His diebus, scilicet anno Domini mccc xciiij. Calendis Octobris campestre bellum indictum est in planicie pratorum de Winchel apud pagum West-frisiæ, ubi decenter advenerunt electi pugiles de principatu totius Hollandiæ, qui secundum relationem antiquorum, ardore sitis intolerabilis illic multum afflicti fuerant, quia modicam aquam, & eandem salmaticam ad potandum invenerunt. Arnulphus verò pius Comes oratione præmissâ locum sibi divinitus inspiratum indicavit, ubi fosso puteo recentis aquæ copia magna fuit. Interea Frisones ad arma convolantes advenerunt ad prælium, ut virtute magna disturbarent Hollandiensem exercitum: qui quidem Arnulphus cum tubis petstrepentibus, vexillis corruscantibus, & arma-

Winchel

+ salsam

Eccontza

& armatis præliatoribus armipotenter occurrit, & cum eisdem Frisonibus acre bellum egit. Demum post stragem multorum pugilum aggravatum est prælium adversus eundem Comitem, qui ibidem, Deo permittente, pro Republicâ peremptus est, imò martyrisatus est, & exhinc apud Egmondense Monasterium luctuosus exequiis suis progenitoribus consepultus est. Nostri quoque temporibus de eodem divo Comite quoddam insigne prodigium accidit, quod in præsentî Chronographiâ Christi fidelibus annotare non piguit. In cœnâ namque Domini dum ad Egmondensem ecclesiam diversæ nationes catervatim advenérant, ut secundum antiquam consuetudinem generalis absolutionis gratiam ab Abbate perciperent, quædam rima de sarcophago præfati Comitis ex antiquâ vetustate rupta fuit, de quâ virgula fumi velut ex aromatibus myrrhæ & thuris ad mensuram duorum cubitorum de super exhalavit. Lutgardis verò sua conthoralis, 2. Idus Maij requievit in Christo, tumulata apud maritum in Monasterio supradicto.

Arnulphus
Comes Holl.
3. occiditur
in Vinckel,
cum bellum
in Frisia
movisset nõ
necessarium.

pridie

Theodorica
tertia Co-
me: Hollan-
diæ quarta

Anno Chr.
994 Bal-
dinus Epi-
scopus mo-
ratur 10.
Maij.

Post excidium Arnulfi Pij Principis Theodoricus hujus nominis tertius, effectus est quartus Comes Hollandiæ, ducens in uxorem Othildin filiam magnifici Ducis Saxoniz, de qua duos filios genuit, videlicet Theodoricum succedentem Comitem Hollandiæ, & Florentium Orientalis Frisiæ Comitem. Hoc tempore quædam statua stabat in Apulia, scripturam hanc insculptam habens. [Calendis Maij in ortu solis habeo caput aureum] Sarcophagus autem ibidem captus, suffodiens, capitalem umbram perpendiculariter extensam a statuâ infra prædictam diem & horam, infinitum thesaurum repperit, quem pro redemptione suâ confestim exhibuit. His diebus, scilicet anno Domini MCCCXXIII, Baldinus Episcopus ad quatuor annos ecclesiæ Trajectensis Pastor eximitus vj. Idus Maij requievit in Christo, tumulatus cum prædictis Pontificibus in Trajecto.

Aufridus Episcopus 18.

Defuncto Baldevino Pontifice Aufridus, qui pridem de seculari Comite clericus attonsus est, nunc ab ecclesiâ Trajectensi xvij. Episcopus electus est. Hic Aufridus inspirante Deo multa prædia patrimonij sui donavit ad usum sanctæ Trajectensis ecclesiæ.

Aufridus
dedit Ec-
clesiam Tra-
iectensem.

antea potestatiue

Quæ omnia potestate possedit in Comitatu Teysterbantiz, qui dehinc anno Domini 1005 tanquam filius castigatus, & dilectus Deo suorum oculorû lumen amisit. Venerabile collegium Ordinis Benedicti super montem sanctum in honore sanctæ Dei genetricis Mariæ construxit, in quo sacræ religionis habitum suscepit, & ad vitæ suæ terminum devotissime perduravit. Idem autem Episcopus anno Domini 1008. v. Nonarum Maij feliciter obdormivit in Domino, postquam xiiij. annis Trajectensi præfuisse Episcopus.

Anno Chr.
1008. Au-
fridus Epi-
scopus mor-
atur die 5.
Maij.

D

pio.

α

pio. Sepulchrum autem tanti Patris si quis ex devotione requirit, quispiam de Canonicis majoris ecclesie vel monachis sancti Pauli forsitan indicabit.

Adelboldus Episcopus 19.

Post dormitionem sancti Patris Aufridi, quidam Adelboldus xix. electus est Episcopus, qui Cæsaris Henrici Proconsul fuit eximius. Hic Adelboldus anno Domini 1015 Traiectensem ecclesiam veteris structuræ destruxit, novæ fabricæ fundamenta jecit, quam cum Ecclesiâ Tylensi paucis annis decentissimè consumavit.

Cometa
bellum por-
tendans.

// primum

Theodori-
cus Bavo
Comes à
Comite Hol-
landiæ sub-
agitur.

vel

Bellum E-
piscopi cõ-
tra Comite
Hollandiæ.

wykindus
swederus &
vulgares Annal.

coadunavit

A VIII

Anno Domini 1017. Cometa grandis in modum trabis iugiter apparuit, & eodem anno gravis belli tumultus inter Episcopum Traiectensem & Comitem Hollandiæ hæc de causa invaluit: Quidam enim Comes Theodoricus Bavo beneficiatus fuit juxta Bodegraven ab Adelboldo Pontifice, qui Theodoricum Comitem Hollandiæ non quievit infestare quotidiano certamine. Hollandiensis verò Comes contra copiosum exercitum aggregans Theodoricum Bavonem victoriosè subegit, & eundem à possessionibus suis violenter ejecit. Adelboldus autem Episcopus hoc ægrè ferens, collectis immensis bellatoribus, decrevit vasallum suum pristinae ditioni restituere, & adversus Hollandiæ Comitem crudele bellum committere. Ignur anno Domini 1018. v. Idus Iunij prædictus Episcopus cum vexillis fulgurantibus, & tubis stridentibus ad locum certaminis decenter advenit: & contra Theodoricum Hollandiensis Comes cum vexillis fulgidis & cornibus horrifonis à papilionibus suis exiens in pratis virentibus arripotenter occurrit, Nec mora quin Traiectenses & Hollandenses populi perniciousè invicem irruerunt pro coronâ victoriæ laboriosè decertantes, & cruentam stragem ab utraq; parte crudelissimè committentes. Denique post aliquantulum temporis robor Episcopalis exercitus quam plurimum aterritum est in occisione magnanimatorum Principum, qui in eodem duro certamine corruerunt, videlicet Wygerus advocatus Ecclesie, Vilingus & Godezo Comites, Lazo, Algerus & Suasserus milites, cum aliis tyronibus multis & plurimis armigeris laude dignis: Adelboldus autem Episcopus nimirum hoc gravi dolens infortunio collegit ex templò recentem armigerorum numerum, ut crudele bellum iterato committeret adversus Hollandiæ populum. Nihilominus & antenominatus Comes Theodoricus cum Siccone fratre suo coadunavit indefessum exercitum, ut jam secundo dimicaret contra prælibatum Episcopum. Itaque die xix. subsequente, qui est iiii. Calendarum Augusti eodem anno præfati Principes itidem convenerunt ad prælium, committentes alterutrum magnæ depopulationis excidium, ceciderunt enim iterum ex parte Pontificis Adelboldi strenui rebellanti manu necitati, videlicet Folcaxus Præbyter, Bartoldus Diaconus, Ioannes & Gostfridus

fridus Comites, Hiddo, Halmaricus, Vœlcellinus, Hubertus ac Hildeboldus, milites, Zifridus & Hênimanus proceres cum plerisque scutariis animosis & diversis armigeris approbatis.

*Wyl
plurimis*

Theodoricus igitur Comes ex hac duplici victoria, non tamen sine gravi dispendio suorum obtentâ quamplurimum animatus, proposuit recenter eodem anno pro vindictâ patris sui debellare Frisones, ubinam & Imperator Henricus cum Gotsfrido duce Mosellanorum destinavit expeditos equites. Cum autem Hollandiensis & Frisensis populus in unum occurrentes, in campetri bello pro victoriali laude contenderent, ecce vox quâdam ab Hemisphærio superioris ætheris horribiliter insonuit: fugite, fugite, & cōfestim Hollandiensis populus ex formidine terrisonæ vocis diffugiens, pro magnâ parte cæsus est, & Gotsfridus Dux ibidem apprehensus ab hostibus vinculatus est. Hæc utique strages Hollandensi populo provisione divinâ contigit, ut Theodoricus Comes in semetipso disceret, quod unus & idem Deus qui humiliat & exaltat.

Anno Domini 1023. Trajectensis ecclesia per Adelboldum Pontificem magnopere superstructa fuit, ad cuius dedicationem Henricus Imperator cum 12. Episcopis Trajectum advenit, qui eandem Ecclesiam vj. Calendas Julij mensis, unanimi benedictione consecraverunt, & cum magnâ solemnitate honorificè dedicarunt. Anno Domini 1027 v. Calendas Decembris Adelboldus Episcopus migravit ad Dominum, postquam annis xviii. Trajectense rexisset Episcopium, qui sepultus requiescit infra tectum ecclesie Trajectensis, quam ipse decenter ædificavit in honore sancti Martini ferrenissimi Confessoris.

Bernulphus Episcop. 20.

Cum Adelboldus Episcopus defunctus esset, & quotidianus tumultus in electione novi pastoris contentiosè foret, Conradus Rex Trajectum descendit ad supprimendam discordiam, adducens secum Ghisellam uxorem suam decentissimam. Sed quoniam eadem Regina diebus illis erat gravida, quinimo puerperio proxima, ideoque jam dictus Rex locavit eandem in pago de Oesterbeke apud quendam Præsbyterum, cui Bernulphus proptii nominis erat vocabulum. Rex autem ad urbem Trajectensem cōfestim se transtulit, & Capitulum ad unionem pacis informare studuit: Demum invalescente discordiâ graviore totum Capitulum compromisit in arbitrio Regis præsentare virum discretum ac idoneum, qui dignus esset gubernare tantum Episcopium. Interea Regina nobilis elegantis formæ parturit infantem, transmittens Regi nova gaudia per Bernulphum sacerdotem, & ecce Rex pro desiderata legatione, nimirum exultans tradi-

dit eidem presbytero Trajectense Pontificium.

Consimiliter tradidit & investituram per anulum & pastoralem baculum. Bernulphus itaque xx ordinatus Episcopus cum Principibus Hollandiæ pacem fecit, & idem Theodoricus Comes eo tempore terram promissionis peregrè visitavit. His temporibus, scilicet anno Domini 1039. vi. Calendas Ianuarij obiit magnanimus Comes Theodoricus Ierosolimitæ tumulatus penes proavum in Egmunda, qui cunctis diebus vitæ suæ bella gessit, ac Hollandiam xxxiiij. annis potentissimè gubernavit: Othildis autem Comitissa post obitum sui conjugis ad Saxoniam reversa est, quæ vij. Calendas Iulij moriens ibidem honorificè tumulata est.

XLVI
hinc putet a Felix
causus fuerat a 993.

fructus

Theodorici
Comes
Hollandiæ
quintus.

Conrado in
Imperium
succedit ge-
ner eius
Henricus.

Eximia venustatis
amoris

Imperator
videt ac re-
det soler-
tiam aman-
tium.

deinde

Post obitum Theodorici Ierosolimitæ Theodoricus filius ejus primogenitus Comes quintus effectus est, qui modico tamen tempore Comitatu *fructus est.* Eodem anno Conradi Cæsaris viscera in Trajecto morientis recondita sunt in ecclesiâ majori: & Henricus gener ejusdem Imperatoris ibidem electus sublimatus est in throno regali. *Hic* Henricus quodam brutali tempore Slavos expugnare decrevit, qui cum expeditione magnâ versus Orientalem plagam sua castra locavit: Habuit autem idem Imperator in Comitatu sororem sanctimoniam, quam Canonicus quidam adamavit zelo nimæ dilectionis, quam & blandâ suggestione tandem ad hoc induxerat, ut circa caliginosam noctis umbram ipsum in *annorum* amplexu susciperet: illis igitur in furtivo cubili clam obdormientibus, per maxima nix inopinatè cecidit: & auroræ jubar tetram hemispherij caliginem jam effugaverat: quapropter idem Canonicus quamplurimum anxius est, qualiter tute tentorium suum accederet, ne primitiale vestigium culpam suam aliquo modo proderet. Tractato denique repentino consilio præfata sanctimonialis eundem Canonicum in humeris bajulavit ad suum tentorium, ut in eundo & redeundo saltem unius folius possit apparere calcaneum. Eadem autem horâ stimulantibus curis bellicis solus Imperator pervigil fuit, qui peregrinum hoc spectaculum è fenestrâ tabernaculi sui procul intuens, pie subrisit. Demum exorto jam sole Cæsar Augustus flagitavit eundem Canonicum, quatenus ad missam Diaconatus expleret officium, quod idem Canonicus remordente conscientia modis omnibus abnuit: qui blandimentis ac minis ad hoc emolliri non potuit: cernens itaque Cæsar ejusdem Canonici timoratum conscientiam, remisit ex bono corde conceptam pertinaciam. Accidit autem ut Decania similiter & Abbatia diebus illis vacaret Imperiali Camera; & idem Cæsar advocans ipsum Canonicum cum sorore cepit loqui per enigmata secretæ parabolæ; Amantissime frater, esto deinceps vir maturus, & ecce tibi hanc vacantem decaniam conferimus, tuam exorando benevolentiam, quatenus nunquam sanctimoniam præsumas equitare foeminam: *deinde* sorori suæ dixit; Eximia soror, sis abinde matrona continens, & ecce tibi vacantem hanc Abbatiam sive curam anellarum Christi conferimus per præsentem anulum, præcipientes, ne permittas unquam equitare te Canonicum: quibus ita dictis, ambo se matrona contu-

contuentes, erubuerunt: qui per hanc leuem correctionem informati, peccati culpam, perpetuam per continentiam emendarunt. His temporibus, scilicet anno Domini M^o XLVIIJ, Theodoricus Hollandiæ Comes exercitum aduersariorum suorum per Dordracum transire cobibuit, qui ibidem Idibus Maij necidatus ab inimicis, occubuit: hic Theodoricus non habuit uxorem & liberos, qui per spacium IX. annorum rexit Hollandiæ terminos: cuius exanime corpus apud Egmondam deVectum est, quod ibidem lugubribus exequiis inhumatum est.

Theodoricus
Comitis in-
teritus,

9

Occiso Theodorico Comite, Barones siue proceres susceperunt Florentium Germanum præfati Theodorici in Comitem Hollandiæ, qui prius Comes fuit & Dominus ulterioris Frisiæ. Hic Florentius duxit in uxore Geertudim filiam Hermanni Ducis Saxonum, ex qua genuit Theodoricum & Florentium, in super & Machteldim puellam, venustatis eximie, quam post obitum patris duxit in uxorem Philippus, Rex Franciæ. Eisdem temporibus Bernulphus Episcopus ad perennem laudis suæ memoriam ædificavit in Traiecto duas collegiatas ecclesias, unam in honore sancti Petri venerabilis Apostoli, ac aliam in honore sancti Ioannis Baptista præcursoris Domini, Medietatem verd collegij sancti Salvatoris Traiectensis transplantavit in Davantriam, ubi pro reverentia Beati Leuini Canonorum extruxit ecclesiam. Abbatiam autem reverendi Patris Anfridi de monte sacro Traiectum transtulit, ubi conventualem ecclesiam in honore Sancti Pauli condidit: Hic reverendus Antistes anno Domini M^o LIII, xiiij, Calendas Augusti migravit ad Dominum, postquam annis xxvii, Traiectense in pace gubernasset Episcopatum, qui Traiectum condignè conVectus est, & ibidem in Ecclesia Principis Apostolorum honorificè tumulatus est.

Florentius
Comes Hol-
landiæ seu
tum.

almifilius confessor domini et
pontifex

Ecclesia S.
Petri & S.
Iohannis a-
dificans ut
Traiecti &
Bernulphus.

Wilhelmus Episcopus 21.

Defuncto Bernulpho Pontifice, Wilhelmus xxi. Traiectensis effectus est Episcopus, vir totus belliger & magnanimus. His diebus, scilicet anno Domini M^o LXI. Florentius Comes Hollandiæ Princeps imperterritus ob vindictam fratris sui contra superiores Comites expeditione validam eduxit, quos omnes occisis plurimis cum triumphali laude subegit. Contigit autem ut idem Comes nimis confusus in virtute suæ fortitudinis obdormiret lassus in Hammet^{is} meridiano tempore sub ramis umbrosæ salicis, & ecce fugitivi pugiles, quos idem Comes paulo prius in bello devicerat inopinatè supervenerunt, qui eundem cum multis armigeris condormientibus xiiii. Calendas Iulij necidarunt. Is Florentius Comitatum ulterioris Frisiæ xxii. annis rexit, & principatum totius Hollandiæ post obitum fratris sui xliij. annis cum potentia gubernavit, qui ad Egmondense

Florentij
Comitis ex-
peditio cad-
mas.

necidarunt

D 3 dense

dense Monasterium honestè deductus est, & ibidem cum fratre luctuosè exequiis inhumatus est.

*Gertrudis
Comitis vi.
dua.*

Gertrudis quidem Comitissa transacto biennio post mortem sui conjugis nupsit Roberto juniori filio Baldyini Comitis Flandriæ, qui ex parte Theodorici Domicelli junioris adhuc ætatis suscepit gubernationem Comitatus Hollandiæ. Wilhelmus autem Trajectensis Episcopus attendens Hollandiam sine defensore desolatam esse, ac eandem ditionem in manibus pueri seu extranei Principis devenisse, impetravit ab Henrico Romanorum Rege Comitatum Hollandiensem, & Abbatiam Egmondensem, proponens adiutorio Goëfridi Ducis Gibbosi pusillum infantem ab Hollandiâ potenter expellere.

*Wilhelmus
Episcopus
pusilli Hol-
landiam ex-
sequere
conatur.*

Igitur anno Domini MLXXI. Goëfridus Dux Lotharingiæ cum Wilhelmo Pontifice decenter in signis variis & tubis stridulis Hollandiam intravit: & contra Robertus Comes in vexillis fulgidis & cornibus horrifonis armipotenter occurrit; & ecce commisso gravi prælio Robertus Comes terga

*Prælium
inter Episcopum &
Flandrum
se Holan-
dian.*

vertens à bello profugatus est, & Hollandiensis populus ex magnâ parte confestim occisus est. Robertus autem cum privignis & uxore Gandavum adveniens, subarravit omnes Flandriæ nobiles in ipsius adiutorium, proponens adversus Arnoldum Comitem pro suo patrimonio festinanter inito prælium. Arnoldus verò Comes auxiliante Rege Francorum Philippo, ag-

*Bellum in-
ter Comites
Flandriæ.*

gregavit contra valentes armigeros 5000, ut in virtute magnâ disturbaret adversantes sibi cuneos: & ecce, conferto jam bello penes montem Cassij Philippus Rex profligatus est, Arnoldus Comes interemptus est, & Robertus Friso Comes Flandriæ potentet effectus est. Interea Goëfridus Dux ditioni suæ transponens Orientalem seu ulteriorem Frisiâ bellicâ manu sub-

*Goëfridus
Gibbostus
ulteriorem
Frisiâ ac-
cupat.*

egit: & Wilhelmus Episcopus contra Domicellum Hollandiæ frequenter observans excubias in Itelmondâ castrum munitissimum fabricavit: Demum idem Dux ad iij. annos Hollandiam regens anno Domini MLXXV. per quendam Giselbertum super latrinam lætaliter sauciatus ad Trajectum duci se iussit: ubi v. Calendas Martij vitæ spiritum exhalavit.

*Castrum
Itelmonda
conditur,
& Goëfri-
dus occidi-
tur.*

Eodem etiam anno Wilhelmus Episcopus v. Calendas Maij requievit in Domino, postquam annis xxj. Trajectensi præfuisset Episcopo. Hic Trajectum consumiliter allatus est, ac in Ecclesiâ majori reverendis Pontificibus consepultus est.

*Wilhelmus
Episcopus
moritur.*

*m chz. Magno
negligens*

*A sermone p[re]fati Theodorici
Comitis Hollandiæ*

Conradus Episcop. 22.

XXII

*Frisia ul-
terior donat-
ur Episco-
po Ultraie-
sine.*

Post obitum Wilhelmi Præsulis quidam Conradus electus est Episcopus, qui Henrici quarti Cæsaris erat Nutritius, hic Conradus impetravit ab Henrico V. Romanorum Rege Dominationem Orientalis Frisiæ, quam

que, quam Marchiones violenter abstulerunt à principibus Hollandiæ. Idè ergo Conradus idem Castrum Iselmonde contra Domicellum Hollandiæ firmissimis propugnaculis extruxit, ac id ipsam suo fideli satellicio munivit.

Anno Domini M lxxvj. Theodoricus Domicellus juvenilis ætatis flore verrens decrevit auxilio Roberti virrici sui Conradum Episcopum in prædicto castro circumvenire, & primam hæreditatem suam compotenter recuperare: Conradus autem Episcopus horum omnium præscius commilitones & burgenes suos secretà legatione præmonuit, & ab eis sub die determinatâ manuale expetiit juvamen. Nec mora, quin ad edictum Conradi Pontificis copiosus aggregatus est exercitus, cum vexillis fulgurantibus & tubis perstreptentibus. Hollandienses econtrâ eum Flandorum balistariis, Trajectensibus audaciter occurserunt in signis choruscantibus & buccinis frementibus, & ecce dies illa, dies iræ, quoniam electi pugiles ceciderunt ab exercitu partis utriusque. Denique post oblongum confictum conruerunt ex parte Trajectensis Episcopi, hi viri propugnatores acerrimi, videlicet Garlacus Comes Zutphaniæ ultimus, Lambertus Davantriæ præpositus, Volmarus sancti Bonifacii Presbyter, Werenboldus & Ghiselbertus milites cum aliis multis armigeris audacibus, scutariis & burgensibus approbatis, quorum amissione totus Episcopalis exercitus nimium disturbatus est, & reliquus populus ad naves inordinatè discurrens pro magnâ parte submersus est. Episcopus ergo Conradus cernens horrorem crudelissimi belli vehementer ingruere, & ruinam populi sui violenter invalescere turres antedicti præsidij communire studuit, & antemuralia ballistariis defendere distulit: sed Hollandini per crebros ictus manganarum propugnacula castri conquassarunt, & Flandri nihilominus castrenses à cacumine murorum sagittis & fundibus abfigerunt, ita ut Conradus Episcopus demum necessitate coactus in deditionem suam transfret, & Hollandiam cum castro Domicello Theodorico liberè resignaret. His itaque gestis idem Theodoricus Conrado Pontifici condignè exhibuit honorificentiam: quem cum aliis captivis à prisonè solutis, remisit ad civitatem propriam. Theodoricus igitur Domicellus cura triumphali victoriâ reversus ad Comitatum Hollandiæ, duxit in uxorem Othildin, filiam præpotentis Ducis Saxonie, de qua genuit Florentium succedentem Comitem, & Machtildim venustissimam domicellam. His temporibus, scilicet anno Domini mcxv. Theodoricus Comes v. Calendas Decembris Creatori reddidit animam, postquam annis xxx. bellicose rexisset Hollandiam, & uxor Othildis xiiij. Calendas Decembris requievit in Christo, tumulara pedes maritum in Monasterio supradicto.

Defuncto Theodorico Comite, Florentius filius ejus unicus Hollandiæ Comes effectus, duxit in uxorem Perronellam Lotharij Cæsaris sororem: ex qua genuit Theodoricum, Florentium, Simonem, ac Hadewigiam virginem. Sic Florentius dictus Crassus, statura fuit egregius, plurimumque paci-

paternam
cum potentia

Theodoricus Hollandiæ pupillus patris sui ab Episcopo arrepta manu recuperavit & vixit.

Iselmonda Castrum cum Episcopo deditur Comiti Hollandiæ

Othildis Ducis Saxonie filia nupta Theodorico Hollandiæ Comiti.

Mors Comitis M. lxxvj.

M. xcv.

sepultus in Egmundensi monasterio

octavus

Hadewegim

Florentius Crassus Comes Hollandiæ Petronella eius uxor.

proficius

*Conradus
Episcopus
con. r. us
Ecclesiam
B. Maria.*

pacificus, largus, elemosynarius, cunctis *proficius*, nemini nocivus, qui progenitores suos in divitiis excessit, & virtutibus superavit. His diebus Conradus Episcopus ad felicem recordationis suae memoriam superaedificare proposuit in occidentali parte civitatis suae Canonice ecclesiam, qui fundum adeo lutosum ibidem repperit, quod bases pilatorum itabilire non potuit: Fuit autem in latomorum contortio quidam Friso, Pleberus nomine, qui eandem Ecclesiam sub iudicio mortis fundare promisit, veruntamen immoderatum inde salarium exegit, quapropter Episcopus largis *encomiis* a filio praefati Frisonis archanum magisterium didicit, & inchoatam ecclesiam in honore sanctae Dei genetricis magnopere condidit, quam obrem idem Friso concepit invidiae zelum adversus Episcopum, praemeditans qualiter eidem posset inferre mortis interitum. *Demum* anno Domini M. xcix. dum Episcopus Conradus post missarum solemniam solus in domo recumberet, & privatas orationes cum devotione legeret, praefatus Friso, vili iam oportunitate, cultrum eduxit, & reverendum Pontificem instigante diabolo irucidavit. Hic Pontifex annis xxiiij. regens Episcopatum, viij. Calendas Maij lamentabiliter occisus est, qui in eadem Ecclesia perpetuae virginis Mariae celeberrime tumulatus est.

encanyis

*Pleberus
Friso
Conradum
Episcopus
in
versis
et
quod
arcani
eius
a
filio
didi-
cisset.
Anno
Chr.
1099.*

Burchardus Episcop. 23.

Post interitum Conradi Pontificis, Burchardus xxiiij. substitutus est Episcopus, vir devotus, pius, & pacificus.

*Hildebrandus
Cardinalis
Episcopus
Simonis
con-
vincit
Dio-
nysem
in
iudicio.*

His temporibus quidam Hildebrandus Cardinalis & Apostolicae sedis legatus devenit in Galliam, ut ibidem aboleret Simoniam perfidiam. Cum autem ipse Cardinalis adversus diffamatum Episcopum processisset, & idem Episcopus, testes ipsum accusantes, pretio subarrasset, dixit idem legatus, cesset humanum iudicium, producatur ecce divinum oraculum, cum certum sit quod Episcopalis gratia dosnum sit spiritus sancti, *et* in emptione Pontifex non sit consors Simonis Magi, igitur absque formidine die, gloria, Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Simoniacus igitur absque formidine, gloria Patri, & Filio distincte protulit, veruntamen, Spiritui Sancto nequaquam pronunciare potuit, sed postquam idem ab Episcopatu destitutus fuit totum versiculum sine obstaculo legit. Anno Domini M. cxij. Burchardus Episcopus xv. Calendas Iunij requievit in Domino, postquam xiiij. annis praefuisset Episcopio, qui in Ecclesia Trajectensi apud priores Pontifices reconditus est; ac eodem anno Rodolphus major propositus a suis adversariis consimiliter interemptus est.

pontificij

*Burchardus
Episcopus
mortuus
anno
Ch. 1112*

*Rodolphus
propositus
interficius*

Godce

Godeboldus Episcop. 24.

Defuncto Burchardo Præsule, Godeboldus xxiiij. cathedratus est Episcopus, vir mansuetus, prudens & religionis amator præcipuus.

Nam & hic anno Domini mc xxj. superædificavit in palustri solitudine de Oestbroeck cœnobium Monachorum & monialium in honore beatæ Mariæ perpetuæ virginis, & sancti Laurentij prætiosi Martyris, quod Monasterium propter arctam religionis observantiam dicebatur olim carcer ordinis. Ibidem enim congregatio maxima fuit, & rigor Monastica disciplina secundum ~~ritum~~ sancti Benedicti, districtissimè pullulavit. Hic ~~autem~~ Episcopus regulares Canonicos habitantes Middelburgi apud Walachriam propter inordinatam eorum conversationem expulit, & religiosos Monachos ordinis Præmonstratensis de Cœnobio S. Michaëlis Antverpiensis illic attulit. His etiam temporibus Remis generale concilium celebratum est, ubi de multis utilitatibus ecclesiæ diffinirum. Godeboldus autem Episcopus debus illis ægrotans oportunitatem absentia suæ per vicinos coepiscopos Domino Papæ literariorè conscripsit, quinimo sanctitatem summi Pontificis humiliter exoravit, quatenus pro reverentiâ sanctæ Trajectensis Ecclesiæ sibi suisque successoribus indulgeret usum Pontificalis infule; quo prædecessores sui frustra ~~sunt~~ longo tempore. Alexander autem Apostolicus nominis hujus tertius prædilecti sui Godeboldi Præsulis desideratam epistolam gratanter accepit, & pro mutuæ dilectionis affectu supplicationem suam clementer admisit. Causa verò sufficienter exprimitur in vitâ sancti Bonifacij, quare Trajectenses Episcopi non fuerunt hæcenus infulati. Anno Domini ~~mc xxj.~~ Florentius Comes Hollandiæ, confrater ecclesiæ Trajectensis vj. Nonarum Martij migravit ad Cœlestem patriam, postquam annis xxx. cum magnâ tranquillitate rexisset Hollandiam: qui prope progenitores suos in Egmondensi Monasterio tumulatus fuit; ubi sub petra marmoris satis honorificè requiescit. Petronella verò Comitissa post mortem mariti sui Monasterium puellarum ordinis sancti Benedicti devotè condidit, ob honorem beatæ Mariæ semper virginis & Sancti Laurentij Victorioli Martyris in alodio castri sui, quod Reinsburch appellatur, quæ dehinc 10. kalendas Junij mensis in Christo quiescens ibidem sumptuosis exequijs sepelitur.

Post obitum ergo Florentij Crassi Theodoricus filius ejus ix. Hollandiæ Comes effectus, duxit in uxorem Sophiam filiam Ottonis de Rhynegge Comititis Palatini, de qua genuit Florentium succedentem Hollandiæ Principem, Ottonem de Benthem Comitem, Baldevinum Pontificem, Theodoricum Antistitem, peregrinum Præsidem, Sophiam Abbatissam, Hadevigim sanctimoniam, & Petronellam pulcherrimam Domicellam. His diebus,

Anno Chr.
1121. M.
nasterii in
Oestbroeck
conditum,
quod carcer
Ordinis dicitur
fuit.

regulam

Concilium
Rhemense.

Godeboldus
Episcopus
Archiepiscopus
episcopalem infulem à
Pontifice
impetravit.

fuerant

Anno Chr.
1124. Flo-
rentius Cras-
sus Comes
Hollandiæ
mortuus.

1124. M.
A. Dni quo supra M. S.
M. C. CXXI

Petronella
condidit mo-
nasterium
in Rhems-
burch.

Theodoricus
factus Co-
mes Hollan-
diæ.

1125. Henricus V. mortuus.

Lotharius Caesar electus Theodorici Comiti Hollandie Comitatus de Oestergou & Westergou assignat.

Horrenda siccitas.

1125. Godelboldus Episcopus moritur in Oestbroeck.

pradie

scilicet anno Domini m^c xxv, Henricus Imperator apud Traiectum aegrotans decessit à valle præsentis miseræ, cujus intestina rec ondata sunt in medio chori in ipsius Ecclesiæ, eodem tumulo solemniter loci quo pridem inhumata sunt viscera Conradi Cæsaris ejus avavi gloriosi; & Lotharius Dux egregius, avunculus Theodorici Comitis Hollandiæ per Principes illic electus est, qui de hinc in throno regio laudabiliter exaltatus est, Hic Lotharius abstulit Comitatus de Oestergou & Westergou ab ecclesiâ Trajectensi, quos secundum antiqua privilegia concorporavit Comitatu Hollandiæ. Eisdem etiam temporibus astivalis siccitas in Franciâ tantum effervuit, ut desiccatis fontibus, puteis & cisternis, fluminibus, lacubus, flammeus ignis per rimas terræ intraverat, qui nullatenus ad biennium extinguî poterat. Anno Domini m^c xxviii. Godelboldus Episcopus morbo gravatus in Oestbroeck habitum sacræ religionis suscepit, postquam Trajectensem ecclesiâ annis xv. in pace rexisset: qui deinde Idus Novembris defunctus est ac in eodem Monasterio satis honorificè tumulatus est.

Andræas Episcopus 25.

Defuncto Godelboldo Pontifice, Dominus Andræas natus de Kuick, xxv. electus est Episcopus, vir discretus, honestus, pius & pacificus. His diebus Theodoricus Comes proavum suum in Hamerti occisum ulcisci desiderans, Heremanno de Kuick ubique terrarum hostiles tetendit insidias, ita quod nullo pacificatore mediante Treugarum obtinere posset inducias. Andræas autem Episcopus per continuam interpellationem demum interceptam antiquam altercationis invidiam, & per hunc modum in utramque partem firmam laboravit amicitiam, ut Heremannus pro anima Florentij Comitis Monasterium construeret, & etiam per competentes prædiorum possessiones dotare permetteret. Igitur eodem anno fundatum est Monasterium in insulâ Beatæ Mariæ Virginis, & illati sunt ibidem Monachi de laudino Præmonstratensis Ordinis, qui sub Monastica disciplina Deo devotè servirent, & pro anima Florentij sanctis precibus exorarent.

Theodoricus Comes Hollandiæ, ultor proavis sui Florentij.

Episcopus mediator.

Monasterium in insulâ B. Virginis.

Expedicio Comitum in Frisic.

1137. Ut M.S. + h. annal. vulgares.

bellum civiliter fratres Hollandiæ Comitum.

agnati

Anno Domini m^c xxxiii. cum jam hyems brumali rigore foret horrida, & tota Frisia glaciali ponte pervia, Theodoricus Comes cum plerisque beliatoribus in tubis tumulis & vexillis rutilis Frisiam intravit: cotta verò vulgus Frisæ cum clavatis lanceis & peracutis venabulis viriliter occurrit. Demum uno & eodem die bis inchoato prælio multi Frisones interempti sunt, & Hollandiæ milites cum innumeratis captivis victoriosè reversi sunt.

Eisdem temporibus Florentius dictus Niger adversus fratrem suum Theodoricum rebellare disponens secessit ad Frisones, quorum auxilio luccendit Alcmariensem ecclesiâ, & exinde per totum annum vicinam infestavit

Kens.

Kenemariam: cui similiter adjuncti sunt vulgares rustici novæ potestatis cupidi naturaliter. Qui eundem Florentium exustis antiquorum Comitum habitaculis usque Harlem cum expeditione potentissima deduxerunt, & exemplo circa noctis umbram versus Frisiam repedarunt. Theodoricus igitur Comes, associatis sibi quibusdam armigeris confestim irruit super omnes Frisorum complices, de quibus pro suo beneplacito singillatim accepit obfides: Lotharius verò Imperator amborum fratrum avunculus hujus discordiæ sinistram famam intelligens, quendam suorum Principum ad Hollandiam transmisit, qui redi vivam pacem inter adversantes fratres benevole reformavit: denique tali sopitâ discordiâ, Florentius secundam contentionem recenter concepit, pro quâ sub brevi tempore peremptus est.

— Godefridus namque de Arnbergh, ac Heremannus de Kuyc famosi Comites & dilecti fratres neptim habuerunt Helvigim, ex Alcide sorore sua, & Arnoldo de Rochem procreatam, quam idem Heremannus tanquam avunculus post obitum utriusque parentis accepit in tutelam: ministeriales verò jam dictæ juvenulæ Florentij probitatem intuentes, decreverunt omnes eidem Homagium exhibere, ac ipsam puellam suo matrimonio copulare: sed Heremannus auxilio Godefridi Comitis & Andreæ Pontificis contractum matrimonium consentire tenuit, ac eidem Florentio pro posse suo vitiliter opposuit. Trajectenses autem tum timore Lotharij Cæsaris, tum amore Theodorici Comitis, ipsi Florentio civitatis ingressum & egressum indulserunt, cui similiter opportunum auxilium multis vicibus asportarunt, ita ut idem Florentius Episcopale præsidium in contumeliam Andreæ Pontificis potenter incenderet, & villam Leckesmonde violenter exureret. Heremannus verò his actis excogitavit ipsum Florentium per insidias clam apprehendere, cui per patentis inimicitias nequivit aliquo modo resistere, qui penes suburbana civitatis per diversas latebras abscondens armigeros in opaco noctis conticinio præstolabatur Florentium egressum ad assuetas venationes cum suo juvenili sodalicio. Igitur cum auroræ jubar rusticantem fulgorem terris infunderet, & brumale gelu superficiem terræ cõstringeret, Florentius junctis sibi decem proceribus falconistis gloriose civitatem exivit, ac eo nesciente laqueum insidiantium mox incidit. Ille festinanter laxatis frenis ad civitatem redire cupiens in Absteden corruit unâ cum dextrario, quem insequentes hostes consequenter occiderunt in livore nimio. Lotharius autem Imperator mortem nepotis sui dolenter accipiens, Heremannum de Kuyc dictantis sententiâ Principum, dignitate nominis sui privavit, qui pridem ubique terrarum Comes appellatus fuit. Theodoricus verò Comes ut vindicaret mortem fratris sui, terram de Kuyc potenter intrans, everfis castris, & exustis villis eandem ditionem in solitudinem redegit, ac Heremannum ad exteras partes & provincias effugavit: novissime quidem post obitum Lotharij Cæsaris Heremannus Theodorico Comiti præstans homagium ad sua reversus est, & Andreæ in Pontificio suo condigne constitutus est: eodem anno Fulcoldus quidem miles complex ut dicitur,

Lotharius
Cæsar pa-
cem inter
fratres fa-
cit.

de

Florentij
bellum aie-
rum contra
Comitem
de Kuyc ob-
noptem a-
lius quanto
amabat.

se

At

Florentius
a insidiis
interfectus.

Heremannus
de Kuyc Co-
mitis nomen
amittit, sed
postea in
gratiam re-
cipitur.

*palefredo**parafredus equus magnus
hvel cataphractus**Fundatio
Beronensis
Monasterij**Ecclesia
Stauriensis
reformatur.**1172.
1197. Epi
scopus An
dreas mori
tur.*

citur in necem Florentij juvenis, effugiens una die rum insidias Theodorici Comitis transnavavit cum palefredo suo torrentem Mosæ fluminis, qui nimitum de mortis evasione gaudens, ædificare cœpit de castro suo quod Berone dicitur conventualem Ecclesiam, tam pro recôciliatione, quàm pro gratiarum actione, ubinam adducti sunt religiosi viri Præmonstratenfis Ordinis, qui pridem transplantati fuerant in Insulâ Beatæ Mariæ Virginis. Eodem anno Præsul Andreas amovit xij. Præbyteros Stauriensis ecclesiæ propter eorum demeritum, adducens ibidem ab Oestbroeck utriusque sexus conventuale Collegium, qui Trajectense Pontificum ad xj. annos honestè regens, anno Domini m c xxxviii. ix. Kalendas Julij requievit in Christo, sepultus cum reverendis Pontificibus in Trajecto.

Herebertus Episcop. 26.

Post obitum Andreæ Pontificis, Herebertus xxvj. substitutus est Episcopus, vir constans, & in Ecclesiasticâ disciplinâ multum fervidus. Hic de Beron ortus Romanam curiam pro quibusdam causis necessariis adiit, ac in reversione gravem seditionem in Trenta reperit: Op-

*a
Gruninga
tumultus a
Trentinis.*

pidani namque Gruningiæ tumultuantes in alterutrum muniverunt ecclesiam Beatæ Walburgis, in modum castri cum excelis propugnaculis decertantē ex eâ sagittis, saxis & fundibulis. Episcopus igitur pro tali tumultu Gruningiam festinanter adiens, seditiosos viros ab eadem Ecclesiâ cum tormentis absterruit, quos omnes sub Sacramento jurisjurandi voveri compulit, ne deinceps domum Dei, domum belli facerent, aut ipsum oppidum munimento muri cingerent. Sed idem Episcopus in damnabile gravamentum Episcopatus, geminos fratres suos exaltare desiderans, dedit in feudum uni Præfecturam Gruningiæ, & alteri Castellatum Coverdiæ. Nam antea Pontifices, aut per seipos, aut per suos villicos eadem Dominia judicaverunt, ac in eis nemine molestante, cuncta liberè dispensarunt.

*Nota, Gruningam hoc tempore Threntia parit, muro circum non fuisse, & ad sedem Episcopi Traiectensis permissis.**Otto Comes
Palatinus
Trentiam
vastat.*

Eisdem diebus Otto Palatinus Comes de Rynegge Castellanus in Berthem, sororius Theodorici Comitis Hollandiæ Trentam devastare studuit, nec ipsi quispiam ex parte Pontificis obstare potuit. Episcopus autem contra paucis aggregatis equitibus, quos Hugo de Boter fortissimus Teutonorum ducitare præsumpsit, eidem Palatino penes Hemischem in fremitu vociferantium, & sonitu buccinantium occurrit, & cum eodem Palatino campestre bellum egit, sed plurimis ex parte Palatini peremptis, & multis infra sylvarum latibula fugatis, Otto de Biekle Comes occisus est, & Otto Palatinus ex hinc in dedittonem transiens, Trajectum transmissus in captivitate jucundissimâ reseruat. Igitur Theodoricus Comes audiens præcordialem sororium suum in pri-

*Bigle**Capitur, et
Traiectum
miseratur
in custodia.**sione*

sione detentum, & ipsius exercitum ab Episcopo & Hægonone Borcher esse su-
peratum, robur totius potestatis suæ contraxit, milites stipendarios edu-
xit, civitatem obsidione cinxit, papiliones in gyrum erexit, & manganas ad
urbis interitum terribiliter adaptavit. Cùm autem ad ^{affuetam} civitatis præ-
parata forent omnia, & erecta starent instrumenta valde terribilia, quibus
idem Comes muros infringeret, mansiones contereret, & flammigerum ro-
gum hinc & inde dispergeret; Episcopus autem contra tantum exercitum
non habens rebellandi copiam, sed potius imminentem necessariorum in-
digentiam, excogitavit ut pastor bonus corpus & animam pro suis ovibus
audacter exponeret, & civitatem suam à duris insultibus instanter eriperet.
Quapropter universo clero convocato, similiter & populo beatus Præsul,
sermonem utrique faciens, præcepit per excommunicationis & decollatio-
nis sententiam laicali populo, quod ipso die portas urbis exire non præsu-
merent, sed jugiter pro defensione civitatis cacumina murorum ascenderet.
Qui statim cum omni clero spiritualem armaturam induit, valvas urbis
cum vexillis cruce signatis exiit, & tam seipsum, quàm suos imminente mar-
tino constantè exposuit. Igitur universus clerus, secundum sui gradus
ordinem præcessit in albis; quem idem antistes novissimè sequebatur in pon-
tificibus ornamentis, fulmineum ignem gerens in manibus, ut ipsum Co-
mitem anathematizaret cum suis complicibus, & ecce tumultus ingens or-
rietur in castris Forensibus. Nam & Hollandienses visis vexillis & viris can-
didis æstimaverunt ipsam machinari bellum cum armatis civibus. Nec mo-
ra, quin Theodoricus Comes imperaret contra, tubis horridis clangere,
cornibus metallicis perire, rutilantia signa tollere, & episcopali cuneo
certatim occurrere. Hollandienses autem populus, pro committendo præ-
lio proximotenus accedentes, inspexerunt Clerum inermem pacem po-
tius, quàm discordiam exquirentem, qui nimirum admirari caperunt con-
stantem animum ejusdem Pontificis manus suas unanimiter continentes ab
effusione sanguinis: Theodoricus itaque Comes his agnitis in se reversus
erubuit, & de proposito malæ voluntatis compunctus ingemuit, qui sta-
tim abiciens pilum fraxineum, galerum splendidum, Leonineum clypeum
& peramentum aureum, discalciatus flexis genibus expetivit veniam, orans
ne fulminaret in eum excommunicationis sententiam. Episcopus autem
pœnitentem Comitem gratanter exiit, quem cum osculo pacis in recon-
siliationem accepit. Denique prædicti Principes inspirante Deo, fideles a-
mici facti sunt, & cunctis diebus vitæ suæ perpetuæ dilectionis vinculo
connodati sunt. Nam & idem Pontifex extunc Ottonem Palatinum a more
Theodoricæ Comitissæ à prisonè relaxavit, & ipse Palatinus castrum suum de
Bentheim beato Martino tradens, in feudum ab ipso recepit: modico qui-
dem dehinc elapso tempore dictus Palatinus vix miræ venustatis ab Herc-
manno Comite de Stalick indigna morte peremptus est, & Otto de Hol-
landiæ filius sororis suæ Comitatum de Bentheim hæreditariè suscipiens,
castellanius effectus est.

Theodori-
cus Hollan-
diæ Comes
Traiectum
obsides

assultum

Episcopi
ducia de no-
po diviana

episcopum

nimirum

Theodori-
cus Comas,
religiosis
cedis.

Episcopo
reconciliationem
tur.

Castrum de
Bentheim
si feudum
sive Vires
vicina.

Anno Chr. 1130. Comes Theodoricus visitavit Hierosolymam Romam deservit. Papa oriturum offert.

Anno Domini MC XXXVIIJ. Theodoricus Comes Hollandia Hierosolymam peregrè proficiscens, ac anno sequenti versus Italiam revertens, Domini Papæ præsentiam adiit, ubi sub annuali tributo 4 solidorum sterlingorum beato Petro tam Egmondense Monasterium, quam Rensborgense nobium obtulit, quod sui progenitores à fundamentis superædificaverunt, & regalibus prædiis multum honorificè dotaverunt. Dominus autem Innocentius Papa nominis hujus secundus extunc eadem venerabilia loca cum suis possessionibus habitis, & habendis in proprietate ecclesiæ Romanæ suscepit, & ea cum speciali libertatis & exemptionis privilegio communivit. Hardbertus Episcopus executor hujus gratiæ veniens ad Egmondam Apostolicum privilegium in eadem Ecclesiæ legi fecit, & quantum in eo fuit per patentes suas literas roboravit.

Incendium Vitruvii.

Anno Domini MC XLVIJ. civitas Trajectensis inextinguibili conuscabat incendio, & plures ecclesiæ, videlicet beatorum Martini, Petri & Pauli & Joannis eodem crematæ sunt incendio. Templum autem sancti Salvatoris eventu mirabili permansit inustum, & altare beati Stephani prothomartyris ubique servabatur illesum.

bile

B.

fauilla tenus

Est autem capella primordialis contigua templo sancti Salvatoris ædificata tempore Clementis in honore sanctæ Crucis, quam edax flamma cum omnibus infra contentis flammatus exussit, veruntamen imago sancti Salvatoris protus incombusta permansit. Hanc igitur sacrosanctam imaginem clerus & populus devotionis honorificentia condignè susceperunt, quam ad vicinam ecclesiam cum hymnis & psalmodiis transportarunt. Hardbertus autem Episcopus anno Domini MC L. IIIJ. Idus Novembris migravit ad Christum, postquam annis XIJ. Trajectensem rexisset Episcopatus; hic tumulatus in ecclesia Trajectensi requiescit, qui dudum Comitatus Oostergoniæ & Westergoniæ de manu Conradi Regis reaccepit.

Anno Chr. 1150. moritur Episcopus Hardbertus donatus Oostergonia & Westergonia Comitibus à Conrado Rege.

Hermanus Episcopus 27.

Defuncto quidem Hardberto, sicut prædicitur, Episcopo gravis discordia suborta fuit in Capitulo, principales namque vasalli Trajectensis ecclesiæ, videlicet Theodoricus Hollandia, Henricus Geldria, & Theodoricus Clivix magnifici Comites, Hermannum de Horn præpositum sancti Gereonis Coloniensis petierunt in Episcopum promoveri; Cives autem Trajectenses & Daventrienses cum agricolonis exoraverunt Fredericum de Hamel in Pontificem exaltari, sed violenta pars Nobilium partem suppressit civium, & Theodoricus Hollandia Comes rebellanti manu Hermannum duxit in possessionem Episcopii, subiciens ipsi potestatem omnis adversantis populi. Demum transacto biennio Cardinalis quidam

Discordia ab electione Episcopi.

Hocue. Leon. Belg.

*Heremanns
confirmatus
a Car-
dinali &
Rege.*

quidam à latere Papæ delegatus citavit utriusque electionis patres ad Lec-
dium: ubi prætatus Heremannus per eundem Cardinalem & Regem Con-
radum adeptus fuit Pontificium.

Hic Heremannus fuit homo levis animi, in cuius præsentia sæpe conti-
gebat stages homicidij, nam & Burgenses non potuit ab intestinis bellis
prohibere, & ministeriales nequivit à consuetâ rebellione refrenare.

Anno Domini mc liij. xj. Kalendas Aprilis circulus magnus late plenam
lunam ambiens, coruscus ut arcus pluvialis apparuit circa mediam nocte,
ac à luna quatuor radij splendoris ejusdem in modum crucis extendeban-
tur ad circulum. Stellæ nihilominus tam in circulis, quam in radiis illu-
xerunt. Terræmotus ingens ad xv. annos fuit, qui Tripolim, Damascum,
& Antiochiam omninò destruxit. Porro civitas Cathanensis penitus est e-
versa, in quâ multitudo maxima promiscui sexus hominum ad xx. millia
suffocata est.

*Offensa
caus.*

L

Anno Domini mc lv. Frisones de Drechten finitimos Hollandiæ pagos
cum rapinis crudeliter invaserunt villam de Zanden, exurentes & abinde
prædam diversæ supellestilis asportantes, milites autem de Harlem aceri-
mi bellatores cum villanis de Opdorpillis viriliter occurserunt, & occisis
nongantis Frisonibus, ad H. Memensem præsidium honestissimè redierunt.

*1155. Fri-
sones de
Drechten
Hollandiâ
vastant.*

Anno Domini mc lvj. Præsul Heremannus obiit in Domino, postquam
vj. annis Trajectensi præfuisset Episcopo: qui vj. Kalendas Aprilis defun-
ctus est, & in ecclesiâ Trajectensi similiter inhumatus est.

*1156. Epi-
scopus Her-
mannus
merito.*

Godefridus Episcopus 28.

Post obitum Heremanni Præsulis Fredericus Imperator Trajectum de-
scendit, & discordem electionem Capituli sapienter interceptit: per
cujus instantiam Godefridus de Renen major præpositus, xxvij. ele-
ctus est Episcopus: vir multum gloriosus & magnanimus. His die-
bus, scilicet anno Domini mc lxij. nonas Augusti Theodoricus Comes in
pace quievit, qui Comitatum Hollandiæ xxxvij. annis valde strenuè guber-
navit. Hic Egmondæ tumulatus est infra templum Monasterij, qui paulò
priùs impetraverat exemptionis privilegium. Sophia verò veneranda Co-
mitissa in orationibus, elemosynis & jejuniis indefessa veraciter fuit sancta,
per quam Deus operatus est miracula etiam in ipsius vitâ. Nam & hæc di-
vina matrona viam peregrinationis ad Sanctum Iacobum semel arripuit,
& per casum infortunij clam latrones incidit, qui eandem tota vi nitaban-
tur occidere, & elenodia sua violenter abstrahere. Sed hi prædones Deo
indicante meritis beati Iacobi stabant immobiles nihil adversitatis sibi quo-
modo libet inferre valentes, ac eandem virtute divinâ, munitam attingere
formi-

*1163. Theo-
doricus Comes
vixit.*

*Sophia uxor
sini D. Iacobum
visitat.*

formidantes, quo viso miraculo prædicti nequam demum gementes postu-
laverunt ab ea veniam: pro quorum absolutione benedicta matrona exor-
ravit omnipotentis Dei misericordiam. Hæc Deo dilecta femina jam ter-
tiò Ierosolymis profecta est, quæ ibidem vj. Kalendas Octobris in Domino
feliciter obdormiens, ad hospitale Teutonicorum in Ierosolymâ tumula-
ta est.

*Tertia pere-
grinatione
Ierosolymam
morsur.*

*Florentius
vergius Co-
m. Hollandi-
æ 10.*

*Adæ Hen-
rici Regis Sco-
tici filius,
uxor Flo-
rentii.*

Defuncto Theodorico Comite, Florentius Filius ejus x. Comes effectus,
duxit in uxorem Adam filiam Henrici præpotentis Regis Scotorum; de qua
genuit Theodicum succedentem Comitem Hollandiæ, Wilhelmum Com-
item Orientalis Frisiæ, Florentium Præpositum Trajectensis ecclesiæ, Ro-
bertum Præsidem Kenemariæ, Beatricem, Elisabeth, Adelheidin & Marga-
ritam Comitissam Cliviæ.

*1163. Tren-
dones. sumptus
quantur ob
Præfecturâ
Groningæ
nam adve-
sus Episco-
pum.*

His temporibus, scilicet anno Domini. mc lxiij. Trentones tumultuari-
ceperunt adversus Episcopum pro Præfecturâ Groningæ, confociantes sibi
cives Trajectenses, cum plerisque vasallis ecclesiæ: Assuruit enim idem
Episcopus, quod Præfectura sibi liberè vacaret, pro eo, quod Lifridus Præ-
fectus nunc defunctus filium superstitem non haberet. Nepotes tamen e-
jusdem Lifridi de filio suo primogenito, Præfecturam ipsam ambiens,
feudales effecti sunt homines Henrici Comitis Geldriæ, ut eo suffragante
potius obstare possent insulibus Episcopi Trajectensis: cujus demum au-
xilio prædicti juvenes, ministeriales & cives Episcopum cum suis militi-
bus circumvallatum in turri proculdubio captivassent, ni consilio Theo-
doric Comitis de Clivo maturius evasisset. Comes autem Geldriæ civi-
bus & ministerialibus castellanos multis incursionibus laceffivit: quos cum
balistis & fundibus quotidianis assulibus nimis acriter infestavit, adeo
quod tam hyemalem, quàm æstivalem domum exureret, & magenas ad tur-
ris everfionem erigeret. Episcopus igitur plurimum auxiliatus, & à cunctis
auxiliatoribus penè destitutus, supplici prece constanter admonuit domi-
num Florentium Comitem Hollandiæ, quatenus opportunus auxiliator sibi
forer in necessitate talis angustæ. Nec mora, quia & idem Comes colle-
ctis hinc inde bellatoribus plus quam oportuit Episcopo magnus auxilia-
tor extitit: Civitatem verò tam Episcopus quàm Comes eximius crebris in-
festaverunt insultibus. Quæ Comes Geldriæ similiter & Theodoricus de
Batenburch inclutus defenferunt cum electis equitibus. Invaluit enim
hæc discordia ferè per annum, quæ tandem jussu Frederici Cæsaris per Rei-
noldum Archiepiscopum Colonensem sopita est, & Episcopus acceptis
trecentis marchis, Præfecturam Groningæ nepotibus Lifridi cum novis
privilegiis recognovit.

hominij

exterius

*Quam
interius*

*Præfectura
Groningæ
Lifridi
nepotibus
addicta.*

*1165. Con-
tentio inter
Episcopum
& Comitem
ob Frisiam do-
minatione.*

Anno Domini. mc lxy. contentio gravis exorta fuit inter Godefridum
Trajectensem Episcopium, & Florentium Hollandiæ Comitem, quidam
enim Imperatorum & Regum, utpote Carolus & Lotharius tradiderunt
Orientalem Frisiam usque rivulum Lavice principibus Hollandiæ. Quidam
nihilominus Regum & Imperatorum, videlicet Henricus & Conradus cõ-
sulc-

autem

etiam

tulerunt eandem patriam Pontificibus Trajectensis ecclesie. Quapropter idem Florentius terram ipsam ex integro possidere volens, Godefridum Episcopum profugare decrevit, quem nuper ab inimicis suis potentissime liberavit. Episcopus itaque nunc à cunctis auxiliatoribus destitutus, implo-

Fredericus Imperator pacem com-
pans inter
Episcopum
& Comitē.

ravit opem Frederici Caesaris quatenus ipsum eriperet de persecutione magnipotentis Comitis: Imperator autem anxiam necessitatem Godefridi Pontificis attendens, Trajectum extemplo descendens, peramicabilem compositionem inter discordes Principes redivinam amicitiam reformavit. Anno Domini mc lxxvj. Frisones cum infinitis præliatoribus vadum Ockenword transeuntes, deveniunt Alcmariam, ut abinde transirent ad prædandam vicinam Kenemariam. Et ecce, commisso jam duro certamine circiter lxxx. viri pugnantes ex Alcmariâ crudeliter interempti sunt, qui pro transitoria vitâ, vitam æternam mercati sunt. Si enim pugnare pro patriâ virtutis est, mori pro patriâ felicitatis est. Frisones hæc adeptâ victoriâ, totum oppidum concremarunt, solam quidem ecclesiam incomburstam de communi consensu seu beneplacito reliquerunt, ita quod nongenti Frisones sufficienter essent ultri, qui pridem à miliibus de Harlem, ut prædicitur, sunt occisi.

1166. Frisones insurgunt contra Comitem Hollandiæ.

Anno Domini mc lxxviii. cum jam tota Frisia glaciâ esset pervia, Florentius Comes cum ingenti copiâ præpotentis exercitus in villam Schen adveniens, deliberationem habuit, & rebellantem Frisiam expugnare proposuit. Inque ipsâ verò deliberationis morâ, quidam animosi milites equos asceadentes, dissuadente Comite, villam Schagen incenderunt, de qua spolia diversa suppellectilis abundantius asportarunt.

1168. Florentius Comes expeditioem parat in Frisiam.

Schoerle

Frisones autem latenter in insidiis positi domorum suarum parvipenderunt incendia, similiter & rerum suarum copiosa spolia, dummodo solos hostes suos occulte concluderent, & eorum reditum potenter interciperent. Cùm igitur prædicti milites de prædationibus occuparentur, ac omnes fugitivos in locis palustribus disparim sequerentur, ecce Frisones de latibus insidiarum ex arundinetis utrobique surrexerunt, præfatis militibus viam redeundi festinanter anticipantes: & cum eis in magna prærogativâ grave prælium committentes; Denam accrescentibus Frisonum copiis, quidam milites medium hostium viriliter irruentes ad præsentiam Comitis cum angustia sunt reversi: ceteri verò rebellanti manu semetipsos ulciscentes, eruentissime sunt occisi: Videlicet, Simon de Antverpiâ juvenis incomparabilis pulchritudinis, Wilhelmus de Vorholt, Baldvinus de Harlem, Gerardus Dapifer, Florentius Roscher, Allardus de Egmondâ, Bruno de Castrichem, Gerardus juvenis de Monstre, ac Everardus de Noertich, quorum corpora de hinc Egmondâ delata sunt, quæ inde lamentis amarissimis consepulta sunt.

Seratage-
ma Frisio-
rum in po-
nendu ius-
du.

grave

Hollandi
succubunt

Anno verò sequenti Frisones in die sancti Hypoliti, quæ solemnis est apud eos, iterato populosam expeditionem eduxerunt, ut pagum Alcmariæ iterato destruerent, Quum verò milites preparanti manu cum inquilinis

1169. Frisii iterato Alcmariæ pagum averti re-
pellunt.

preparati

F Ken-

Kenemaria, tam per terram, quam per aquam eisdem audaciter occursum, qui xxx, fortissimos Frisones cum impetu terribiliter occiderunt: quibus peremtis reliquum vulgus absque graviore damno diffugit ad Frisiam, quoniam Hollandia milites equorum insequentium eo tempore magnam habuerant inopiam. Flandrienses & Sagittarij, qui Comiti pro stipendiis ministrarunt, eadem die cum suis complicibus satis tardius ad conflictum affuerunt. Annis tamen paucis abinde delapsis, Florentius Comes cum expeditione valida Frisiam intrans, villam ~~Victal~~ cum Nyendorp incendit, Telsaliam cum Wiringia subegit. Quatuor millia marcatum argenti, conditione pacis accepit, & exinde sepulchrum sanctae Sophiae matris suae Ierosolymis visitavit.

winkel

Pax argento redimitur, & Comes hiasosolyman proficiscitur.

170. Inundatio vehemens.

Fulmen & tonitruum natali Domini.

Annu praecox.

173. Hostia sacra furto sublata

Inundatio insolens.

Hildebrandus Abbas S. Pauli penitentiam suadet.

Incendium subitum Traiecti.

Episcopus habita Synodo supplicatones su-

num

Anno Domini m c lxx. validissima ventorum intemperies in Autumno truculentius inhorruit, ita quod inundatio maris usque muros urbis Traiectensis impetuose defluxit; & marinus piscis, qui vulgo Bollie dicitur, prope moenia civitatis captus fuisse sagenis asseritur. Anno vero sequenti nocte natalis Domini crebra fulgura micuerunt, cunctisque nimirum obstupentibus tonitrua satis horrida resonaverunt. Anno quidem insequenti frondes & gramina praesolito veris tempore germinarunt, & volatilia circa purificationem beatae Mariae Virginis ova cubantes, pullos in his partibus produxerunt.

Anno Domini m c lxxij. vivificum corpus Domini de duobus ecclesiis in Traiecto videlicet Beatae Mariae minoris, & sancti Iacobi majoris furto sublatum fuerat, sed nec reus aliquo scrutinio reperiri poterat. Quinto dehinc Idus Maij facta est repente gravissima plaga diluvij, quae totam superficiem terrae vehementer operiens, domus cum arboribus violenter secum abduxit in torrente profluvij, ita quod plerique praedentes putarent novum cathaclysmum imminere, ac unumquemque mundum aquis inundantibus secundario deperire, quod si tam diuturnum quam impetuosum fuisset ipsum diluvium, proculdubio civitas Traiectensis non substitisset ad tempus modicum: post triduum vero misericordia Dei diminsvit aquas, quae paulatim defluentes ad alveum suum reversae sunt, & omnes circumstantes villae de tam dirae calamitatis periculo liberatae sunt. Hildebrandus vero venerabilis Abbas sancti Pauli Traiectensis in ascensione Domini proxima, sermone ad populum faciens instanter admonuit quatenus tota civitas orationibus, elemosynis & jejuniis super negligentiam divini corporis, divinam indignationem placarent, alioquin in proximo civitati plaga gravior immineret: & ecce propheta tanti Patris veritate non caruit. Nam & eodem die circa vesperam horrendum incendium accidit, quod beatae Mariae praefatam absumsit ecclesiam, nihilominus & partem civitatis maximam. Quamobrem Godefridus Episcopus iram Dei pertimescens convocata generali Synodo cunctis fidelibus suae Diocesis jejunium indixit, quinimo feria quarta post Pentecosten nudis incedens pedibus diversa sanctorum loca cum lantaniis devotissime visitavit. Hic insuper Episcopus pro sempiternae suae laudis

dis memoria ^{super}edificavit beato Martino quatuor ^{fontes}, videlicet Horst ^{Munitio} contra Comitatum Geldriae, Vullenho contra Dominatum Frisiae, Montforde adversus Comitatum Hollandiae, & Woerden adversus rebellionem propriae civitatis, ut ex eis impetum inimicorum ab omni parte restringeret, & diversis raptoribus facilem Episcopatus ingressum interdiceret: Qui cum annis xxij, Trajectensem rexisset dignè ecclesiã, anno Domini mc lxxvij, vj. Calendas Iunii Creatori reddidit animam. Is Episcopus penes antecessores suos in ecclesiã majori decenter inhumatus est; nam & ipse pro virtutibus operibus hodierno die non immeritò collaudandus est.

castra
4 contra
boster sedis
Ultrasibi-
na ab Epi-
scopo con-
dita.

1177. Epi-
scopus mo-
ritus.

Baldevinus secundus Episcopus 29.

POST obitum Godefridi, ^{Præfati} Baldevinus nominis hujus secundus ad sanctam Mariam Trajectensem, ac in Aldenzeel præpositus xxix, introitus est Episcopus: vir mansuetus, & adeo castus, ut in fine vitæ suæ virgo credatur esse mortuus; cujus fratres erant Comes Hollandiæ Florentius, Theodoricus major in Trajecto Præpositus, ac Ottho Comes de Benthem, sive Castellanus, per quorum auxilium prædones ab Episcopatu fugavit, & totam terram aliquantisper annis gloriosè rexit. Omnes itaque Burgenfes susceperunt ab eo iura Civilia, & similiter ministeriales bona feudalia, Solus autem Dux Brabantiaë ita uti tempore Veluam acceptare neglexit, quam Comes Geldriensis ab eodem Duce sub-infeudatam tenet. Quapropter Episcopus Veluam occupavit cum invictis bellatoribus, effugato Gerardo Comite, cum omnibus suis complicibus. Comes igitur Gerardus tantæ ditoniæ amissionem ægrè ferens, aggregavit armigerotum magnam copiam, & per 4 dies circumvallavit e contra Davantriam. Sed Fredericus Imperator illuc adveniens, omnem bellum ultum suppressit, & longas treugas utrobique servari mandavit: Durantibus itaque treugis, Gerardus Comes absque liberis migravit à seculo, & Episcopus iterato Veluam, intravit armato satellitio, qui de Comitatu Zutphaniæ plures villas incendit, & abinde rapinam multimodæ facultatis abstraxit. Theodoricus verò de Clivis sororius Episcopi cōgregavit ingentes copias electæ militiæ, devastans ex magnâ parte Comitatum Geldriae, Florentius autem Comes Hollandiæ Comitatu graviora damna fecit. Nam & omnia pecora totius Veluæ potenter in Davantriam congregavit. Otto quidem de Geldria fratris succedens in Comitatum, perpendens impetum inimicorum suorum violentè invalescere, nec vires sui solius contra tot Magnates posse suffice-

præfatus,

Dux Brabantiaë ob
negligentiã
seculo cadit.

Inde bellum
inter Traiectenses &
Geldros.

Fredericus
Imperator inducit
sanctis.

Otto Comes
Geldriae se
opponit Epi-
scopo.

Amicitum

re, de potestate Pontificum Coloniensis, Monasteriensis, Ducis Brabantie, & Comitum de Monte circa iij. millia pro stipendiis eduxit, cum quibus obtingentos equites Episcopi tribus septimanis in Daventria obsedit. Baldevinus Episcopus anxiam necessitatem suae civitatis audiens, auxilio sui fratris Florentij, & Theodorici sui sororij, praedictorum Comitum contraxit robur tam Hollandiae, quam Cliviae, ut Ottonem Comitem propelleret ab obsidione civitatis Daventriae. Sed ecce Fredericus iterato partes inferiores adiens interceptit hoc praedium, statuens inter utramque partem amicabilem pacis interloquium. Videlicet ut idem Comes Otto ~~quoniam~~ Velux secundum jus antehabitu quiete possideret, quoadusque super hoc de Principum suorum consilio iudicium vel arbitrium promulgaret.

dominium

Fredericus
Imp. in
civitate
panis
conditi-
bus.

1188. Cruce
signatus ex
arctus
francorum pro
recupera-
tione sanctae
civitatis &
cruce.

Saladinum

Ducis exer-
citus facti.

Anno Domini MC LXXXVIIJ. decreto Alexandri Romani Pontificis, & edicto Frederici gloriosi Caesaris inestimabilis exercitus Christianae professionis cruce signatus est apud Maguntiam ab Henrico Cardinali sive legato sedis Apostolicae pro recuperatione sanctae civitatis Iherosolymae, quae traditione Comitis Hugonis de Tripoli per Soldanum Babyloniae expugnata est, & pro restauratione Benedictae Crucis, quae per Agarenos ad Barbaras regiones adducta est, cujus innumerabilis exercitus capitanei principes erant, Fredericus Romanorum Imperator, Philippus Franciae, & Richardus Angliae Reges, Fredericus Sueviae & Conradus Austriae Duces, Florentius Hollandiae, & Philippus Flandriae Comites, cum aliis magnatibus multis, & proceribus infinitis. Imperator autem consilium petiit a quodam incluso, qualiter Christianum exercitum dirigeret. Inclusus vero prophetando respondit, quod idem Imperator aquis suffocari deberet, antequam de transmarinis partibus in patriam rediret. Quamobrem idem Augustus transitum mediterranei maris evitans, trans Bulgariam obliquans, brachium sancti Georgij transcendens, & iter ad sanctam civitatem insistens cum antedictis principibus civitates, praedia, munitiones & oppida potenter usque Sur acquisivit, & de perfidis gentilium turmis multis vicibus honestissime triumphavit. Anno Domini MC XC. idem Imperator quodam aestivo tempore fessus ex itinere, festinavit in Limpido torrentis alyeo profluentem sudorem ablucere, & per modicum refrigerio se reficere. Qui peritiam nandi confisus in fluctuantiis undis descendit, quem fluminis impetus rabido cursu mox ad rupem subterlatentem alludit, qui secundum Anachorita vaticinium ibidem submersus est, & apud Antiochiam in Basilica sancti Petri lamentis amarissimis inhumatus est. Eodem etiam anno non multo delapso tempore Florentius Comes Hollandiae, Kalendis Augusti mensis obiit in Antiochia, sepultus ibidem apud tumbam Imperatoris in eadem ecclesia. Wilhelmus autem de Hollandia filius ejus junior natus Frederico Duci Sueviae sociatus ad annos quinque post obitum patris in terra Sancta permansit, qui in diversis bellis campestribus contra paganos victoriae palmam multis vicibus acquisivit, per cujus industriae probitatem Christiani dicuntur obtinuisse Damiatam urbem Egypti prorsus inexpugnabilem, caesis in ea cunctis Turcis cum caeteris infidelibus Agarenis. Ada quidem Hollandiae Comitis

† Anno Chr.
1190. Fre-
dericus Imp.
submergi-
tur.

Florentius
Hollandiae
Comes An-
tiochiae
moritur.

Wilhelmus
Comitis Hol-
landiae de
Saracenis
victoria.

VIAM

1

9

6

1

tiffa

48 Adelcom
issa Holl.
morsur.

tissa regis stupis electa matrona iij. Idus Ianuarij inde fuit defuncta, ac in
Middelburgenfi Monasterio tumulata.

Defuncto penes Antiochiam Florentio Comite Theodoricus filius ejus
xj. Comes effectus, duxit in uxorem Adelheidim filiam illustris viri Theo-
dorici Comitis de Clivis, de qua duas excellentis formae suscepit filias, vide-
licet Adelheidim & Adam. Adelheidis autem Henrico Domicello Geldriae
desponsata fuit, Adam vero Ludovicus Comes de Loon contra voluntatem
totius Hollandensis populi sibi conjugē desponsavit. His temporibus, sci-
licet anno Domini mcxcv. Wilhelmus de Hollandia miles ab expeditione
Iherosolymitana reversus est ad Hollandiam, quem frater suus Theodori-
cus primo gratiosè suscepit secundum debitam honorificentiam. Denique
sufurtonum exosa suggestio seminavit invidiae zelum inter fratres, ut Wil-
helmus ad Drechteses Frisones extemplò transiret, & cum eis forēses Hol-
landiae villas diurnatim expugnaret. Eodem autem tempore Baldevinus
Flandriae Comes subintravit armatā manu Zelandiam, ut expugnaret vici-
nam terrā Walachriam: quapropter Theodoricus Comes utrobique per-
plexus tum contra Flandros populosam eduxit exercitum, quem de prima-
tum suorum cōsilio subdivisit in bipartitum cuneū, quatenus unum versus
Flandriam secum assumeret, & alterum Alheidi Comitissae pro Frisonibus
expugnandis in Egmondā dimitteret, quibus itaque gestis idem Comes
versus Zelandiam remigans, adversus Baldevinum Comitem grande bellū
commisit, quem potenter à Zelandiae sinibus cum victoriā profugavit. Adel-
heidis autem Comitissa tanquam miles impeterrita, cum vexillis fulgidis &
rubis stridētis ab Egmondā devenit in Alcmariam, ut juxta praeceptū Do-
mini sui rebellantem expugnaret Frisiam. Wilhelmus vero miles egregius
contra Frisingensem eduxit exercitū, non formidans adversus Hollandien-
sem decertare populū, & ecce cōmissō proelio Frisones de Vithel & Nyendorp
diffugerunt pro pactā pecuniā, dereliquentes ipsum Wilhelmum cum cae-
teris Frisonibus in mortis angustia, qui per Kenemarios in vado propulsus,
& ferè circumventus fuit, sed post aliquantulā reluctationem cum suis Friso-
nibus abinde vix aufugit. Hoc autē infortuniū Frisones non ipsi Wilhelmo,
sed ignaviae suae imputarunt: cui de caetero sine suspitione aliqua felicitas
adhæserunt: Igitur cum Theodoricus Comes de Flandris victor redisset ad
Hollandiā, Baldevinus Trajectensis Episcopus, Theodoricus major Præpo-
situs, & Otto Castellanus fratres & patruj tam Theodorici quàm Wilhelmi
devenērūt ad Kenemariā, ut aliquam pacis conditionē invenirent, per quā
discordes fratres amicari possint, Quorū arbitrio denique definitū est,
ut Theodoricus tanquā major natu quietē permaneret Comes Hollandiae,
& Wilhelmus de manu fratris sui susciperet in feudum Comitātū orientalis
Frisiae. Insuper idem Wilhelmus ex Telonio de Geervliet ccc. libras annua-
tim reciperet, & de caetero fratrem suum inquietare nō præsumeret: deter-
minata itaq; fuit fraternalis discordia, ac ipse Wilhelmus benignè susceptus
est Comes in orientali Frisia, qui penes Oesterzee castrū cōstruxit, cum illis
de Kuyntre saepe conflixit, è quibus plus quàm D. viros occidit, & exinde totā
patriā ditioni suae potentissimè subjugavit.

Theodori-
cus septi-
mus Comes
H. H. dia 11

1195. Vil-
helmus Holl-
andiae Comes in-
ter domū
revertitur.

Bellum in-
ter fratres
Hollandiae
Comitū.

Bellum in-
ter Fian-
dros et Hol-
landos ob
Zelandiā.

militar

Vilhelmo
in proelio de-
fuitur à
subditis pe-
cuniā cor-
rupit.

felicitas

Pax
inter
fratres per
patruos cō-
ponitur sub
sectu con-
ditionibus.

Vilhelmus
Comes Fri-
siae orienta-
lis castrum
condidit in
Oesterzee.

Drechteses

7 tum contra Frisones

winkel

compositionem
infimiliter

orig. Tem-
oa Episcopo
substita.

Anno Domini m.c. xcvj. cum Baldevinus Episcopus Trentam cum Tuentam regetet potestative, nec quisquam cum in aliquo molestare presumeret, Otto Comes de Benthem per Florentium Castellaneum Covordensem in curiis suis quamplurimum exactoratus, Episcopo fratri suo continua fecit quarimoniam: Itaque quod ipse Pontifex demum contra Castellaneum procederet ad excommunicationis sententiam: Indurato tandem Florentio Dominus Episcopus cum expeditis bellatoribus presidium Covordese vallavit, quod cum terribilibus machinis adeo frequenter impedit, ut idem Florentius una cum pivigno suo Fulkerio deditioem expeteret, ac ipsum castrum cum suis attinentiis Episcopo liberè traderet: Episcopus autem expugnatum castrum commisit cuidam militi de Hollandia Giselberto Postekin ad tuendum, qui totum Trentoniae Dominium duxit prudentissime gubernandum. Sed Episcopus ad malum omen eodem amoto milite fratrem suum Ottonem Comitem constituit esse Castellaneum, in super & Trentonica plebis justiciarium, qui diu desideratum Covordense Castrum in potestatem suscepit, in quo cum unjversa clientela sua manere decrevit: Interea Fulkerus de Coverdia vincularus adhuc in Horst nobilem puellam duxit in conjugem, per cujus amicos hoc obtinuit erga Pontificem, ut ~~idem~~ ~~patrimonij~~ patrimonij sui partem reciperet, & nunquam adversus Episcopum rebellare presumeret. Sed irrita ventosa rapuerunt verba procella. Quam idem Fulkerus prisione laxatus, agnatos & notos sibi clam adduxit, totamque Trentam adversus Comitem de Benthem rebellare fecit. Itaque quod Groningenses primo judicem suum interficientes contra jusjurandum ipsum oppidum muro cingerent, & Trentones Episcopales redditus per Tuentam rapientes villam, Coverdia cum suburbio penitus exurerent. Episcopus igitur ex ~~causa~~ presumptione plurimum indignatus, cum exercitu forti per Coverdiam Trentam ingrediens, condignam ultionem suscepit ab eisdem grassatoribus, & Comes de Benthem ex altera parte per Steenwick Trentam introiens, debitam vindicationem accepit de suis hostibus. Sed Otto Comes Geldriae, cujus occulto consilio Trentones animari dicebantur, Episcopo venit in auxilium, suggerens tandem Episcopo per amicabile pacis interloquium quatenus 4 obsides de Groningia, & xij. de Trentonia Davantria perseveranter residerent, donec ipsi super excessibus plenarie satisfactum esset, ac omne malum litis ad bonum pacis reconciliatum foret: His itaque gestis Comes Geldriae cum iisdem obsidibus Davantria intrans, placitare cepit adversus Episcopum, & Episcopus ipsos obsides exemplo vinculari iussit in ipsius offendiculum. Quae de causa jam dictus Comes aliquantulum confusus fuit, & abinde cum maxima indignatione retrocessit. Interea Fulkerus de Coverdia perpendens Ottonem Comitem de Benthem Episcopalis causis fore praepeditum, ac ipsum castrum minus providè praemunum, contractis armigeris saepe dictum castrum impetuosè cepit, Comitissam cum omni supellectili captitavit. Episcopus autem amissionem castri molestè ferens, captivam Comitissam per praefatos redemit.

postquam Annal
vulg.

Episcopus
fratrem suum
Ottonem
constituit
Castellaneum
Coverdiae
Praesidium
Trentae.

Fulkerus
rebellis totam
Trentam ad
desertionem
impellit.

adiungit

huiusmodi

vindictam

Trentam
sine affigi-
tur.

Fulkerus
Coverdiam
cepit.
A sua

m

quodiam

multo

vulg.

mit obsides, recollectique pro novo bello recentes equites, cum quibus Trentam ex magna parte succendit & castrum Coverdia quotidianis assultibus infestavit. Cum autem hæc agerentur, Philippus Colonienſis, & Conradus Maguntinensis Archiepiscopi metuentes de conspiratione Comitis Geldriae, & Castellani Covardia, devenerunt in Daventriam, ordinaveruntque in hunc modum inter utramque partem indurabilem amicitiam. Quatenus Rodolphus verus Castellanius Covardiam cum Trenta secundum tenorem antiqui privilegij potestative reciperet, Is Episcopo & M. marcas pro illatis damnis in promptu persolveret: Sed Comes de Benhem abscedentibus illis reverendis Pontificibus, hoc arbitrium observare renuens, recollectit ex parte fratris sui roboratum exercitum, ut altera die dimicaret ad versus Coverdensem populum, locatis itaque castris, quidam temerarij ad vesperascente jam die, balistare cœperunt ad versus Trentones: quos Trentones econtra sauciaverunt ultra modum cum clavatis missilibus, ut tandem prædicti Iuvenes dedecorose diffugerent, & totum Episcopalem exercitum relictis papilionibus in repentinam fugam secum attraherent. Episcopus autem ut vir imperterritus, fugientem exercitum virili voce revocans parvum coadunavit cuneum, & cum ipsis Trentonibus formidolosum inivit prælium. Sed Trentonicis incolis indefinenter accrescentibus, suisq; bellatoribus paulatim declinantibus, idem illustris Pontifex demum à bello quievit, & ab ipsis locis palustribus cum cæteris fugientibus vix evasit. Ceciderunt autem ex ipso conflictu xxx pugiles, capti verò sunt circa centum milites, cum multis armigeris laude dignis ac securariis: denique dictus Episcopus ad partes Iselanas deveniens, recollecto militari robore, damnum illatum in Comitum Geldriae tanquam fautorem feryenter ulcisci decrevit: Nam & Veluam cum finitimis villis ejusdem Comitatus, acceptis spoliis omnino succendit: Contra verò Comes cum Trentonibus Homershem, & quasdam turres Episcopalis Camerae destruxit, & Daventriam ad x dies magenis terribilibus infestavit. Sed Dux Brabantia, cujus negligentia principalis causa fuit, hujus liris culpam suam recognoscens, venit in auxilium Episcopo, cum quibusdam equitibus, elaborans Trevysgas modici temporis ab utrisque partibus, quoad usque Cæsar Henricus ad inferiores partes descenderet, qui inter Episcopum & Comitem de Dominio Velux per auream bullam sinem liti imposuit. Trentones autem discedente glorioso Cæsare Trevysgas elaboratas inhiçaverunt, quoniam omnes Episcopales redditus in Trentonia Comiti Geldriae pro stipendiis assignarunt. Quapropter Episcopus de Prælatorum suorum consilio secessit ad Magunciam, ut glorioso Cæsari manifestaret hanc novam violentiam: cum autem hic Augustus super tali forefacto valde commotus esset, & Episcopo Baldevino tanquam suo cognato manuale juvamen erogasset, ecce Præsul illustris die dehinc quinta, qui est xj Calendas Maij migravit ad cœlestem patriam, postquam annis xvij. Traiectensem bellicose rexisset ecclesiam, qui denique Traiectum devector est, ac ibidem in Ecclesia majori cum exequiis congruentibus inhumatus est.

Intercessione Episcoporum pax conficitur. quam Comes de Benhem infirmavit.

et approbatus

Episcopus & Geldria Comes Trevysgas modici temporis, sed à Duce Brabantia pacantur danti inducitur.

Baldevinus Episcopus moritur.

Arnol-

Arnoldus primus

Episcopus 30.

Theodoricus primus

Episcopus 31.

capitulazium

Postquam sepultus esset Baldevinus Episcopus, Theodoricus Hollandiæ, ac Otto Geldriæ Comites armipotenter in Trajecto venientes seminaverunt exosum invidiæ malum in electione novi pastoris, ita quod admodum disturbarent vasallos & Canonicos ecclesiæ Trajectensis. quidam enim ~~capitulazium~~ elegerunt Theodoricum de Hollandiâ fratrem Baldevini Præfulis jam defuncti, majorem præpositum: cui fideliter adhaesit Theodoricus Hollandiæ Comes, & tota terra Trajectensis. Ceteri vero Canonicorum elegerunt Arnoldum de Ikenburch præpositum Daventriensem, cujus partem assumpsit Otto Geldriæ Comes, & tota terra Transfulensis: Henricus autem Imperator Theodoro cognato suo per annulum & Pastoralem baculum investituram Episcopatus dedit, quinimo temporalem jurisdictionem Theodoro Comiti Hollandiæ gubernandam commisit, donec in Romanâ curiâ definitum foret, quis eorum dictante justiciâ Pontificium obtineret.

Itaque Theodoricus Comes propugnator sive tutor existens Episcopatus, ac in castro quod dicitur Horst cum totâ suâ curiâ manere disponens Episcopales redditus ex Imperiali præcepto curiosè collegit, sed obstante consilio Comitis Geldriæ, de partibus Transfulensis nihil omnino recepit. Quapropter idem Theodoricus Comes coadjunctis sibi robustis bellicatoribus, tam ex Hollandiâ, quàm Zelandiâ, cum cornibus horrissonis & vexillis fulgidis universum pagum Veluzæ potenter incendit, magnamque prædam multimodæ facultatis secum gloriose asportavit, nec mora quin & Geldriæ Comes contractis pugilum immensis copiis cum tubis stridentibus & signis choruscantibus Hollandiæ Comitem usque montem Haymonis festinanter insecutus est: quatenus raptam prædam potenter excuteret, & pro illatâ sibi contumeliâ crudele bellum ageret: & ecce concurrerunt utrisque partibus cruentum bellum inhortuit, in quo stridor balistarum, tinnitus gladiatorum, fragor hastarum, & hinnitus equorum terribilissimus invaluit, demum post utriusque partis horrendum excidium, Otto Comes Geldriæ suis paulatim diffugientibus trans ~~Mosam~~ in equo cursatili retrocessit, & Hollandiæ Comes fugitivos hostes cursu celeri subsequutus, copio-

Ob gubernationem Episcopus inter Comite Hollandiæ & Geldriæ bellum.

in vicem

Nodam

¶ Wilhelmus

sum numerum plebis & militiæ captivavit. His itaque gestis Orientalis Frisiæ Comes hac audita victoriâ, gavisus primò venit ad Hollandiam, deinde secessit ad Horst, ut fratris sui visitaret præsentiam. ~~Quare~~ Theodoricus Comes iussit extemplò per Henricum Grus apprehendi, ac in prisione carceris districtissimè cathenari. Modico tamen dehinc elapso tempore jam dictus Wilhelmus Comes disruptis claustris à captivitate clam spe protectionis devenit ad Ottonem Comitem Geldriæ; à quo per dies aliquot detentus fuit in contubernio magnæ lætitiæ. Novit enim idem Otto Comes eundem Wilhelmum Comitem in terrâ Sanctâ virum strenuum & illustrè; quapropter dedit eidem Adelheidim suam filiam in uxorem: ex quâ genuit Florentium Hollandiæ Comitem, Ottonem Trajectensem Pontificem, Wilhelmum Præsidem, Adam Abbatissam Reinsburgensem, & Richardim devotissimam monialem. Nuptiis verò magnificè celebratis in Stauriâ, sæpe dictus Wilhelmus gloriosè receptus est in Orientali Frisiâ: Eodem anno Theodoricus Hollandiæ, ac Otto Geldriæ Comites ab omni controversiæ discordiâ reconciliati sunt in hunc modum, ut Henricus filius Ottonis Comitis Geldriæ duceret in uxorem Adelheidim filiam Theodorici Comitis Hollandiæ, sed ambo post modicum tempus defuncti sunt, ac in Reinsburgensi Monasterio luctuosis funeralibus inhumati sunt.

Wilhelmus Comes Frisiæ à fratre captus.

Quem

de Craen

extens

Noverat

Bella Principum excusat in non pias.

Arnoldus & Theodoricus Episcopi vicissim consecrati in Ischia moriuntur.

Anno Domini m c xcvij. Theodoricus & Arnoldus electi Trajectenses Episcopi per diffinitivam Innocentij Papæ sententiam finem litis habuerunt. Arnoldus etenim primò Pontificium obtinens, xxx Episcopus consecratus est, qui post tempus exiguum viij. Idus Aprilis in urbe Romanâ mortuus & sepultus est, denique dictus Apostolicus Theodoricum xxxj. consecravit Episcopum, monens ut continuò rediret ad commissum sibi populum. Hic igitur Theodoricus Trajectum venire disponens, Papiæ defunctus est, qui ibidem catholicis exequiis honorificè tumulatus est.

Theodoricus Secundus

Episcopus 32.

Post obitum duorum Pontificum, prædictorum, Theodoricus de Aro Præpositus Trajecti superioris xxxij electus est Episcopus, vir illustris & prudens consiliarius. Hic à Sicilia de negotiis Imperialibus ab Ecclesiâ vocatus, Trajectum festinanter advenit, totumque Pontificium expensis innumeris gravatum invenit. Quapropter & ipse de prælatorum suorum consilio primò secessit ad Orientalem Frisiam, ut tam de precaria quam de Iusticiâ Frisonicâ plebis aliquantulam posset aggregare pecuniâ. Sed Wilhelmus de Hollandiâ existens illis diebus ibidem Comes exactione suæ gentis indignè ferens ipsum Episcopum in Monasterio Stauriæ post miserum

Wilhelmus Comes Frisiæ Episcopum Stauriæ captus.

G

larum

farum celebrationem armatâ manu cepit, quem etiam captum ad præsidium suum penes Oesterzee festinanter abducere decrevit. Quidam autem Monachorum & Frisonum viri timorati, metuentes per temeritatem Comitissæ aternæ maledictionis innodari sententiâ, ~~divinum~~ Episcopum à captivitate Comitissæ violenter eruerunt, quibus itaque gestis, Theodoricus Hollandiæ, & Otto Geldriæ Comites inierunt adversus eandem Episcopum validam conspirationem pro eo, quod idem Pontifex contra Wilhelmum Orientalis Frisiæ Comitem pridem movisset hostilem contentionem. Nam & Comes Hollandiæ fuit ejusdem Wilhelmi frater, nihilominus & Comes Geldriæ socer.

Otto quidem Comes Geldriæ totam terram Transiselanam propulsis officialibus Episcopi ditioni suæ subjiciens, Daventriam suo satellitio communivit. Theodoricus autem Comes Hollandiæ totam Cisiselaniam depopulans fixis papilionibus Trajectum in gyrum vallavit. Sed ecce præfatus Comes Geldriensis eodem tempore dolosè captus est à Duce Brabantiæ sub cōductu Regis Ottonis, & Adalphi Archiepiscopi Colonienfis. Quam obrem Theodoricus Hollandiæ Comes volens Ottonem Geldriæ suum complicem eruere de prisonne Ducis, dissolvit obsidionem ab urbe Trajectensi ac oppidum Ducis, quod dicitur Buscum circum obsedit in manu forti, quod tandem die vij. mensis Septembris armipotenter intravit, Wilhelmum fratrem Ducis, ac Henticum de Buseh complurimosque milites cepit, & cum prædâ multimodâ suppellectilis ad Hollandiam navigare decrevit. Dux vero Brabantiæ præcellentes Principes interim ad auxilium suum invocaverat, utpote Coloniensem Archiepiscopum, Leodiensem Episcopum Ducem Lymburgiæ, & Comitem Flandriæ, quorum auxilio, Theodorico Comiti redetundi viam festinanter anticipaverat, Theodoricus igitur Comes ex magnanimitate suâ cum tubis stridentibus, & vexillis rutilantibus in castro sive villâ quod Hoelden dicitur, eisdem principibus occurrere præsumpsit, sed devictis extemplò Hollandis, idem Comes captus est.

Interea Theodoricus Episcopus intendens tam Hollandiam, quàm Geldriam absque defensore desolatam, coadunavit blandimentis & donis electam militiam; cum quâ festinanter ingressus est Hollandiam, ubi prædâ copiosam extemplò contraxit; quam instante noctis umbrâ secum infra muros urbis potenter abduxit. Hollandienses autem milites cum vulgo pro rapinâ reducendâ perniciter insecuti, quidam equites in itinere retardatos prendiderunt, ac in reversione plures villas Episcopatus favillâ tenuis inflammaverunt. Crastinâ dehinc exortâ luce cum auroræ jubar grammosam terræ superficiem stillicidio rotis aspergeret, idem Episcopus de procerum suorum consilio pagum Veluæ cum expeditâ militiâ potenter exiit, Sutphaniam obsidione cingens cepit, & exinde Daventriam intrans, à fautoribus capti Comitissæ gazam maximam acquisivit. Eodem anno Theodoricus Comes Hollandiæ liberè laxatus est à captivitate Ducis Brabantiæ.

Domini

Conspirant
in Episcopum
Hollandiæ
& Geldriæ
Comites.

Kuyc

Comes Geldriæ
captus
à Duce
Brabantiæ.

Alia belli
incipit.

Episcopus
Sutphaniam
obsidione
cingens
cepit.

Nam

Nam & idem Comes præfato Duci duo millia marcarum argenti pro illa-
damno perfolvit, cum quibus ipse Dux suum oppidum reparavit. Eo-
dem verò tempore Theodoricus Trajectensis Episcopus, & Theodoricus
Hollandiæ Comes consimiliter ad unionem pacis sunt perducti, qui dein-
de cunctis diebus vitæ suæ semper amici fidelissimi sunt effecti.

*Pan lues
Comitis
Episcopus,*

MCCIII

Anno Domini ~~MCCII~~. Theodoricus Comes apud Dordracum infirmi-
tate laborans, circiter agonem suæ mortis, quam plurimum querulare ce-
pit absentiam Wilhelmi Comitis Oest-Frisiæ sui fratris, præsertim qui de
provisione Comitatus cum ipso nihil ante mortem egisset: ac certè qui uni-
cam filiam suam Adam nomine, puellam præclaram & nubilem turelæ suæ
minimè commendasset. Adelheidis quidem Comitissa contra perperam in-
tendens, proposuit ipsam puellam Comiti Ludovico de Loon despondere,
& sic cum extraneo principe Comitatum Hollandiæ pro suo beneplacito
gubernare. Theodoricus verò Comes interim 1. Nonarum Novembris re-
quievit in pace, Creatori reddens animam, postquam annis ~~xi~~ bellicosè re-
xisset Hollandiam. Cujus obitu jam cognito, Ludovicus de Loon ab Al-
thena Dordracum festinanter advenit, & secundum Adelheidis Comitissæ
præordinationem, Adam puellam de Regali stirpe progenitam, in festino
gaudio sponfam accepit. Et erat miserabile spectaculum intueri, tam citò
magnifici Comitis disparuisse reverentiam, ut Adelheidis Comitissa sepo-
sitis funeralibus exequiis (proh pudor) sponsalem auderet celebrare læti-
tiam. Sed quid plura? Comitis exanime corpus Egmondæ de vestuare est,
quod ibidem apud anteriores Comites in capella sancti prothomartyris ho-
norificè tumularum est.

*quod
quod*

*Theodori-
cus Comes
Hollandiæ
mrtuus*

XIII

*Nuptia
miserabile
enquid*

Interea Wilhelmus Orientalis Frisiæ Comes percepta fratris sui morte,
dolenter venit ad portum ~~Zype~~, conductum ulterius impetrare nequiens, ut
ad tumulum fratris sui securus accederet, & expletis exequiis ad Frisiam si-
ne deliberatione discederet. Cui plerique Nobiles Hollandiæ compassi-
sunt, eique firmissimâ conspiratione fœderati sunt, utpote Florontius fra-
ter suus Præpositus major, Otto Comes de Benthem ipsius patruus, Iaco-
bus Leydenfis Castellanius, Philippus de Wassenaer, Simon de Harlem,
Wilhelmus de Teylingen, Iohannes de Rijswijck, Walterus de Egmondâ, &
Albertus Baniart milites, demandantes ipsi Wilhelmo Comiti, quod sub pa-
ctâ fide securus ad eos transiret, præsertim cum à primatibus Hollandiæ
decretum esset, quod à nobili muliere nollent regi: nec extraneum Princi-
pem super eos aliquatenus dominari. Wilhelmus itaque Comes clandestinè
à legatione vocatus, Ducatu Philippi de Wassenaer ad portum de Zyrckzee
latenter adductus est, ubi mox à Zelandiensi populo gratanter in Comitem
exaltatus est: Walterus verò de Egmondâ, & Albertus Baniart cum Kene-
maris insultum fecerunt interim in Harlem adversus Ludovicum Comitè
de Loon, & Adelheidin Hollandiæ viduam, ita quod ambo citra noctis ca-
liginem una cum Giselberto de Aemstel properè diffugerent, & ad civita-
tem Trajectensem pro subsidio tenderent, Ada verò juvenula materno

*Conspiratio
Nobilium
contra Au-
gustum
Comitem*

T hac

*Ludovicus
Comes da
Loon unâ
cum socra
Harlemo
pulsus fugit
Traiectum*

d

pridie

Zype

mabili

d

destituta solatio, cum Rogero de Merhem & Ottone de Bueren militibus, cunctisque balstariis Ludovici Comitis ad præsidium Leidis anxie confugit, & ibidem impetum adversariorum suorum obsecrare decrevit: sed indomita gens Kenemaria ducatu Walteri de Egmunda quantocius illuc affuit. Nilominus plebs Rijnlandiæ conductu Philippi de Wassenæer ibi non defuit, qui fortiter ipsum præsidium illuc assilientes cum sagittis & fundibulis impegerunt turres & mœnia cum diversis magenis, quoadusque præfati milites urgente penuriâ victualium in deditioem transierunt, ipsumque præsidium Kenemaris liberè resignarent. **Wilhelmus** itaque Comes omnem rem gestam festinanter intelligens, devenit ad Hollandiam, & neptem suam Adam cum pedisequis custodiendam transmisit ad Texaliam, qui totum exinde Comitatum ditioni suæ subegit, & de præfidiis suorum infidelium prout voluit, ordinavit.

Ad captivam missuram in Texaliam.

Substituta Ludovici Comiti à Leem.

Ludovicus itaque Comes totus ad vindictam è contrario surrexit, qui Episcopum Leodiensem, Ducem Limburgensem, & Comitem Flandriensem pro stipendiis subarravit. Specialem tamen confidentiam habens in potestate Theodoricæ Episcopi Trajectensis, quem pro summâ duorum millium talentorum acquisivit in juvamen, jam instantis prælij, permittens quod de manu suâ Comitatum Hollandiæ reciperet in feudum: super quibus fratrem suum eidem Episcopo dedit obsidem. **Wilhelmus** autè his agnitis Walterum de Egmundâ, & Albertum Banart Kenemaris præficiens, Philippum de Wassenæer, & **Wilhelmum** de Teylingen Rijnlandis præficiens, ad Zelandiam secessit, ubi cunctos incolas in ipsius adiutorium invitavit. Nec mora, quin **Philippus** & **Wilhelmus** antedicti milites duas fortes munitiones cum propugnaculis extruxerunt, quarum unam Florentio Trajectensi Præposito sitam in Busch, sive Silvâ, reliquam autem **Otoni** Comiti de Bentheim sitam in Zwadenberdam ad tuendam fidelissimè commendarunt. **Walterus** quidem & **Albertus** præfati milites Kenemaris indixerunt classem assumere, aggerem interrumpere, & prata totius Amstelandiæ submergere. Quare còtinuò totam ditionem **Giselberti** de Aemstel, ram aquis, quàm incendiis usque ad fines Broecklandiæ evertterunt, & exinde cum ingenti prædâ multimedæ facultatis remigarunt. Episcopus verò Theodoricus hanc ulcisci volens injuriam, die xxiiij. mensis Iunii prope Midracum personaliter intravit Hollandiam, ubi Comitem de Bentheim fugavit à prælio, & exinde plures villas hostili conflagravit incendio. His itaque prosperè succedentibus, idem Pontifex levem equum solus ascendit, pedestrem exercitum trans paludes sequi iussit, & à plerisque villis singularim obsides accepit, donec ad munitionem quam Florentius Præpositus tuebatur gloriosè devenirent, & eandem cum expeditis bellatoribus expugnarent: Episcopus igitur hanc munitionem leviter obtinuit absque gravi dispendio, quoniam milites de terrâ Trajectensi deferentes Præpositum fugerunt ex eodem præsidio, asserentes se nequaquam Episcopo velle resistere. Itaque Florentius Præpositus non habens ulterius resistendi copiam illic apprehensus est, qui in floribus

m. s. præferens

Munitiones extructa à parte Philippi Comitis Hollandiæ.

Zwadenberdam

m. s. Broeckede

** Kinemariam*

Episcopus Trajectensis Hollandiam invadit.

laboriosè

T nec adversus eorum verum dominum rebellionem committere

sub

Alpharet

sub diligenti custodia reservatus est. Altera vero die cum solare iubar dia-
 phanum elustraret hemispherium, idem Episcopus comitante militia Ley-
 dis advenit, ibi Ludovicus Comes subjugata Zuyt-Hollandia Episcopo se
 conjunxit, plurimi quoque Nobiles Hollandia principales ibidem Ludo-
 vico gratulanter occurserunt, cum quo foedus inseparabilis amicitia per-
 cusserunt, utpote Iohannes Persin, Iohannes & Isebrandus de Harlem, Ar-
 noldus & Henricus de Ryfwijk, & Walterus de Ruica milites, quorum se-
 curo conductu Comes & Episcopus nemine rebellante venerunt in Har-
 lem, villas sibi singulas suppimentes, & de jucunda prosperitate non im-
 merito gloriantes. Econtra vero Kenemari cunctis belli necessariis abinde
 praemuniti festinaverunt antedictis Principibus ~~etiam~~ occurrere, & cum eis-
 dem in campi planicie grave bellum committere. Sed praenarrati milites
 tumultum ram estrenatae plebis agnoscentes, hunc belli strepitum pruden-
 ter interceperunt, ac inter utramque partem hoc arbitrium promulgarunt,
 quatenus Kenemarij pro forefacto, quod dudum in Amsterlandia temera-
 rie commiserant, tam Episcopo, quam Comiti, summam quingentorum
 talentorum persolverent, & exinde resumpta classe, cum pace discederent.
 Quibus itaque gestis, Episcopus & Comes nihil infortunij de caetero for-
 midantes, villam S. Agathae, quae nunc dicitur Beverswick cum possessio-
 nibus Alberti Bamart militis omnino succenderunt, & extunc limina beati
 Adelberti Confessoris in Egmondia peregre visitantes totam Hollandiam
 bipartitam, & in se divisam, non obstante quovis adversario subjugarunt.
 Ludovicus itaque Comes cernens quod nullam rebellionem jam haberet,
 exoravit instanti Episcopum, ut ad propria remearet. Cum autem haec a-
 gerentur apud Hollandiam, Comes Namurensis ex parte Comitum Flan-
 dia cepit expugnare Walachriam. Hugo quidem de Voern acceptis obli-
 gibus, reliquas insulas Ludovico subegit, & Wilhelmum Comitem a Ze-
 landia profugavit. Wilhelmus itaque Comes nullibi tutus cum nave pesca-
 toria retibus obiectus est, & a suis persecutoribus eventu mirabili elapsus
 est. Sed cum Hugo de Voern ex parte Ludovici Comitis totius Zelandiae
 Praefectus existeret, modumque suae potestatis arrogant excederet, Zelan-
 diae populus denuo conspiratione foederatus, Hugonem probrose depulit,
 & Wilhelmum undique requisitum iterato Comitem statuit. Nec mora
 quin & idem Wilhelmus Comes per occultas literas & epistolas Waltero de
 Egmondia, Alberto Bamart, Wilhelmo de Teylingen, & Philippo de Wasse-
 naer omnem rem gestans seriatim exposuit, quoniam quantum potuit hu-
 millime petiit, quatenus die determinata eum armatorum copia Leydis
 advenirent, nec in absentia sua contra Ludovicum Comitem proelium ali-
 quatenus inchoarent.

Ludovicus intelligens Zelandinos sibi rebellasse, & Kenemarios in ar-
 mis occurrisse, direxit exercitum suum in Leidis, ut primo Kenemaris ar-
 mipotentem occurreret, & deinde contra Zelandos grave bellum commit-
 teret, Kenemari quidem festinaverunt e contra praedictum exire pra-

Munitum cum praefectio capto

potenter

Episcopus & comes

Kenemarij Episcopum sicut, sed per compositionem discedunt

abunde certatim

in eis non habentur quae hic praesertim me clusa

Ludovicus Comes & Episcopus utroque Hollandiam totam

Wilhelmus Comes Zelandiae populum depulit, sed eum repetiit

vid

*Remansy
tenore pu-
gnales cla-
dem acci-
pione.*

ibidem

fidium caritantes inordinate nimis ad prelium. Quapropter à viris belli-
geris absque morâ disturbati sunt, ex quibus & multi crudeliter interemti
sunt, cæteri verò classem introire nequientes, scanderunt propugnaculum,
ut ibidem ad novum bellum recēter aggregarent exercitum: & ecce pons
idem mole tot armigerorum contractus corruit, & maxima multitudo Ke-
nemariorum in torrente Rheni fluminis suffocata periit. Philippus autem
de Wassenæ cum Waltero de Egmondâ, & Alberto Baniert inter paludes
celerî fugâ dilapsus est. Sed Wilhelmus de Teylingon hostibus aliquantu-
lum obstans ibidem captus est. Ludovicus itaque Comes hac adeptâ vi-
ctoriâ, statim ad nemorosa loca versus Voerlehoten gloriose reversus est,
& ibidem in pratis virentibus sua castra metatus est.

*in m.s. colle
bosce*

Interea Wilhelmus Comes cum expeditione validâ de Zelandiâ adveniens,
tabernacula fixit in Tol, deinde in Ryswijck prope Hagis, deinde circa no-
vâ castra metatus fuit apud Schaken ~~busch~~, ut alterâ die contra Ludovi-
cum Comitem in dilate confligeret, & eundem ab hereditate paternâ pro-
cul expelleret. Ludovicus autem hanc sinistram famam audiens, transiit
ad Wilhelmum Ducem Limburgiæ, quatenus ipse tentaret de compositi-
onis pacis & concordiæ: sed idem Dux vir belli gnarus sine pacis effectu re-
diens, visa nihilominus & audita referens, sua præcepit evelli tentoria, &
facie supervenientis exercitus absque morâ declinavit ab Hollandiâ: Ludo-
vicus etiam Comes relicta ibidem tabernaculis festino diffugio Traiectum
adiit, & captivos equites Episcopo pro stipendiis tradidit. Quidam verò
militum præcipiti cursu præuertes in lacum Zylæ suffocati spiritu aquæ
supposuerunt: alij quoque vagantes per devia diversis incommoditatibus
afflicti, lassam animam exhalant: cæteri quidem fugitivi loricas, thora-
ces, galeas & clypeos abicientes, vel passim occisi sunt, vel catervatim ap-
prehensi sunt.

*Ludovicus
frustrâ
sua pace,
regit.*

Wilhelmus itaque profugientem exercitum perniciousè insecutus militum
numerorum cuneum apprehendit: quinimo papiliones & victualia cum
clenodiis diversæ suppellectilis acquisivit: Itaque Ludovicus Comes de
Loon nunquam reversurus ab Hollandiâ propulsus est, & Wilhelmus in
paternam hereditatem laudabiliter exaltatus est. Modico dehinc elapso
tempore Wilhelmus Comes recollectâ militiâ, munitionem Felperti & Flo-
rentij de Asperen adversariorum suorum applicatis magenis destruxit, &
econtra Gerardus Comes de Aræ, frater Theodorici Pontificis, cum Tra-
jectensibus Dordracum favillatenus inflammavit: Denique Theodoricus
Episcopus, & Wilhelmus Comes per amicales internuncios hoc modo
reconciliati sunt; ut Comes Episcopo pro illato damno *m.* talenta persol-
veret, ac Henrico Grus pro integro sua restitueret, in super & ministeriales
Episcopi manentes in Comitatu, cederent in potestatem Comitis, mo-
rantes in Episcopatu, cederent in proprietatem Episcopi. Præterea Wilhel-
mus Comes cum quingentis militibus, vestibus *linceis*, & nudis pedibus
apud ecclesiam Trajectensem veniam expeteret, pro eo quod pridem ipsum
Episco-

*Wilhelmus
fugato Lu-
dovico Co-
mitatum
Hollandiæ
obinet, &
cum Eps-
copo pacis
facit.*

*Henricus
datus est
Cyren, qui
Comem vu-
tat.*

Lanceis

A ponti

pontis

Episcopum in Monasterio Staurienti violentâ manu temerè seperat. Theodoricus igitur Episcopus ex hac guerra plerumque locupletatus impignorata prædia, redemit, castra sua victualibus adimplevit, debita Romanæ curiæ persolvit, & exinde totum Pontificium gloriôsè rexerit. Wilhelmus etiam Comes post obitum Adæ nepis suæ, Comitatum Hollandiæ de manu Frederici Cæsaris in feudum accepit, quem in tranquillâ pace deinceps longo tempore gubernavit.

temperantiam
placatum

Wilhelmus
Comitatum
à Frederico
Cæsare in
feudum accepit.

Milcolumbus

His temporibus obiit Malgorinus Rex Scotorum, avunculus Wilhelmi Comitis Hollandiæ, cujus regnum quidam Scotus suscepit in feudum de manu Regis Angliæ. Quapropter Wilhelmus verus hæres ejusdem regni Scotiæ confœderatus est cum Ludovico primogenito Regis Franciæ, qui continuo classem aptans mare transiit, & civitates expugnans honorificè triumphavit. Denique Ludovicus Comes iterato puros & amicos sollicitavit, ut absente Wilhelmo latenter Hollandiam introiret, quapropter idem Wilhelmus extemplo ratem ingressus est, & ad patriam suam cum victorali laude reversus est, ne Comitatum paternæ hereditatis certum & acquisitum pro regno maternæ hereditatis incerto amitteret, ac hostes suos ab Hollandiæ finibus potenter expelleret. Anno Domini MCCXI. Nonarum Decembris Theodoricus Episcopus apud Daventriâ requievit in Domino, postquam annis xiiij. Trajectensi præfuisset Episcopo, qui de partibus Transiselanis Trajectum advectus est, & in Ecclesiâ majori penes antiores Pontifices honorificè tumulatus est.

Wilhelmus
regnum Scotiæ occupavit

Doner

meerto

Theodoricus
Episcopus moriturus

MCCXII. 45

Otto primus

Episcopus 33.

Defuncto Theodorico Pontifice venerando, Dominus Adolphus Coloniensis, Otto Monasteriensis, & Gerardus Osnaburgensis fratres & Pontifices, Wilhelmus Hollandiæ, Otto Geldriæ Comites conveniunt in Trajecto, quatenus supplicarent Ecclesiæ pro Pastore novo, quorum denique præcibus Otto Zantenensis Præpositus, xxxiiij. electus est Episcopus, juvenis ingenio clarus, aspectu venustus, & egregius facie frater ejusdem Comitis Geldriæ, & sororius præfati Comitis Hollandiæ. Hic Otto juvenis xviiij. annorum super minoris ætatis dispensatione Romanam curiam anno Domini MCCXV. visitare proposuit. Qui statim apud Nordthusen febre pulsatus, vij. Kalendas Aprilis occubuit, rexit autem Episcopatum in abundantia pacis annis tribus cum dimidio, sepultus infra ecclesiam Trajectensem honore congruo, fuit enim idem juvenis in causis judicialibus multum discretus, & in cunctis negotiis Reipub. valde cautus.

MCCXV.

In Nordthusen moritur Otto Episcopus

OTTO

Otto secundus

Episcopus 34.

SEPulto juvenilis ætatis Ottone Pontifice prælibati Comites, scilicet Hollandiæ & Geldriæ præsentibus in eisdem exequiis obtinuerunt à capitulo supplicationibus assiduis, ut Otto secundus, natus de Lippia, major præpositus, xxxiiij. eligeretur Episcopus. Quod consensu metropolitani sui suscepit Episcopalem benedictionem apud Frankevordiam, ubi consimiliter à Frederico Cæsare temporalem accepit justiciam. Hic Otto dispositis Episcopatus sui cunctis utilitatibus cum Imperatore cruce signatus mare transiit, totamque terram suam Heremanno fratri suo gubernandam fidelissimè commendavit.

Episcopus
cum impe-
ratore cruce
signatus,
per mare san-
ctæ viciat.

Circa hæc tempora floruerunt duo milites famosi, qui Walterus & Waluinus ~~sunt~~ appellati, Walterus ortus fuit ex Brabantia, Waluinus ex Hollandia. Contigit autem ut hi dilecti consodales ad torneamentum irent: qui summo mane quoddam intraverunt oratorium, ut devotè missam audirent ante tyrociniū, factum est autem quod clerus missam sancti Spiritus eadem horâ festivè caneret, quâ finita, beata Mariæ Virginis missam sine morâ subjungeret, & cum Walterus beatam Mariam ardentè amabat, ideoque missam ejus ad finem audivit. Waluinus autem secularis gloriæ multum cupidus, finitâ primâ missâ, tyrociniū incepit, in quo cum militari laude multum laboris explevit, Walterus verò perceptâ benedictione secundæ missæ, cepit arma festinanter induere, & cum suâ clientelâ decenter ad campum tendere, sed ecce quamprimùm idem Walterus introivit equitū; unusquisque miles lassatus petebat hospitium. Waluinus autem occurrens Walterum, gratulanter amplexatus est, & eundem talibus verbis allocutus est: Clarissimè miles, benedicaris à Domino, qui hodierno die præconium laudis acquisivisti, ac innumerabiles equites ejciendo conculcasti. Walterus quidem humiliato capite primò subrisit, sciens, quod ipso die torneamenti conflictum nequaquam introivit. Sed postquam idem Walterus laudem sui nominis indefinenter ab histrionibus acclamari percepit cum admiratione magnâ Waluino dixit: Chare sodalis, scito quod hâc die tyrociniū non intravi, quoniam te discedente missam gloriosæ Mariæ ad finem audivi, quæ mihi præconium laudis obrinuit, atque titulum mei nominis exaltare voluit, quapropter amantissime, semper deseramus ejus amore secularem gloriâ, & appetamus in similitè vitam celestem, nunquam transitoriam, nec mora quin & hi milites intraverunt Heimenrodense monasterium, ubi sub cœnobitali disciplinâ saciæ religionis susceperunt habitum. Walterus autem abinde Psalterium ex toto didicit, & p̄sal modias suas

led

fuerunt.

m s.

ad exteras partes insimiliter
izent, ut de torneamento laudis
inanis gloriæ reportarent

T armatus

Habitudū
imaginariū.

Compar.

celestem
transitoriam

OTTO

præ cæteris fratribus indilatè cecinit, qui cum unâ dierum infra missarum
solemnia devotus assisteret, & utraq; manus cum devotâ prece desuper
expanderet, ecce crux aurea de cælo lapsa cecidit in ipsius manibus, in si-
gnum quod Deus annueret ejus sanctis precibus, eandem quippe crucem
Adelheidis Comitissa dehinc asportavit ad Hollandiam, & ad Reynsbur-
genſe Monasterium tranſtulit, quæ largam butiri copiam ipsi Monasterio
dedit annuatim in elemosynam. Hæc autem Comitissa venerabilis anno
Domini mccc xvij. idus Februarij defuncta est, & in Reynsburgensi Mona-
sterio honorificè tumulata est. Wilhelmus autem Comes post hanc aliam
uxorem, nomine Mariam superduxit. Sed paucis annis in hac vitâ super-
stes fuit; nam & idem Comes anno Domini mccc xxij. secundo Nonarum
Februarij Creatori reddidit animam, postquam annis xix. bellicosè rexisset
tam Hollandiam, quàm Orientalem Frisiam. Hic Wilhelmus ad præfatum
Monasterium consumiliter advectus est, qui ibidem cum exæquis congu-
entibus inhumatus est.

Wilhelmus
Comes mo-
rietur.

Post obitum Wilhelmi Principis filius ejus Florentius ~~minimus~~ xiiij. Co-
mes Hollandiæ duxit in uxorem Machtildim filiam Henrici Ducis Braban-
tiæ, de quâ genuit Wilhelmum Romanorum Regem, Florentium Præsidè,
Adelheidim Hannoniæ, & Machtildim Herpenbergiæ Comitissas,

Florentius
quartus Co-
mes Hollân-
diæ 13.

quartus

His temporibus Otto Trajectensis Episcopus de Hierosolymitana pro-
fectione reversus, totâ terrâ suam bene pacatam invenit, qui maximis se dis-
cordiis involvit. Otto namque Comes Geldriæ plures quondam vasallos
habuit in terrâ Zelandiæ, qui per villicos Episcopi sæpè graviter exactionati
sunt, adeo quod in bonis temporalibus multum inopes effecti sunt; qua-
propter idem Comes homines Episcopatus apud telonium Lobek ~~arrestari~~
fecit, & cum incolis Zelandiæ contra dictum jam Pontificem conspiravit.

Episcopus
Hierosoly-
mâ revo-
sus, Duce-
sm curbat.

Zelandiæ

arrestari

Episcopus autem auxilio Theodorici Monasteriensis Episcopi, ac Heremâ-
ni fratris sui copiosum congregavit exercitum, ut vicinas villas Comitatus
Geldriæ potenter incenderet, & rebelle vulgus de terrâ Zelandiæ victorio-
sè compesceret. E contra verò jam dictus populus eodem auxiliante Comi-
te, penes Arckelo congregatus in aggere, decrevit omnibus modis Episco-
po resistere. Sed Episcopus in fremitu buccinarum, ac in tonitu tympa-
narum adversus hostes viriliter aggressus quosdam occidit, plures cepit, ac
omnes alios cum victoriâ profugavit, Nec mora quin & idem Episcopus
duo fortia castra, quæ Vorst dicebantur omninò destruxit, & tertium quod
Buchorst appellabatur, exceptâ majori turri favillâ tenus inflammavit, quo-
niam eorundum castrorum Præfecti primitivam suscitaverunt rebellionē,
& universum Zelandiæ populum animaverunt ad illicitam conspirationē.

Excitatos
injustos
suetur.

Resistit et
Otto Gel-
driæ Comes.

at Walramum

Comes quidem Geldriæ pro victoriâ Pontificis indignatus, Walravium Du-
cem Limburgensem, ac Henricum Comitem Zeynensem cum duobus mil-
libus militum, in ipsius auxilium invitavit, & Florentium juvenem Hol-
landiæ Comitem nepotem suum sibi complectens conquirit. Qui conti-
nuò Leccam ascendit cum infinito quasi navigio, & Episcopalem domum

complectens

H cum

Arckelo

igihur

est, cum diversis armaturis bellicis: & ecce pugiles Episcopalis exercitus primam gubernantes aciem armorum sarcina prae gravati paulatim in ipsis paludosis locis (proh dolor) vivi submersi sunt, qui non solum à Trentonibus, verumetiam à mulieribus miseræ mortis genere crudeliter interempti sunt. Alij autem propter æstuantem solis ardorem intollerabili siti suffocati sunt, cæteri quædam plerumque sauciati per repentinam fugam ab hostibus vix elapsi sunt. Rodolphus autem cum quibusdam equitibus tota nocte fugitivos insecutus, victualium apprehendit magnam copiam: qui cum multis captivis gloriosè reversus est ad Coverdiam, inter quos principales erant, Gerardus Comes Geldriæ, Gisbertus Dominus Amstellandiæ, & Theodoricus frater Episcopi, Præpositus Daventriæ, Dominus autem Episcopus in palustri loco captus, qui ibidem per diversa tormentorum genera dirè martyrisatus est. Nam selliti carnifices coronam eius cum cruentâ carne gladiis acutissimis abstrerunt; quem demum post opprobria multa sub ipso die Kalendas Augusti mensis in locis immundissimis conculearunt. Ceciderunt autem in ipso conflictu, suffocati, submersi & trucidati, Dominus de Arckel cum nepote suo, & multis majorum suorum, & nihilominus plus quàm quadringenti milites, & armigeri bellicatores egregij, inter quos Bernardus de Horstmatia miles valde strenuus, & Teutonicorum omnium famosissimus, super clypeum suum aliquandiu sustentatus paludosis vadis demum immersus est. Veruntamen antequam interiret horrendam stragem in adversos hostes operatus est; Otto quidem Episcopus à locis palustribus clam abstractus cum ingenti fletu tam cleri, quàm populi tumulatus est in ecclesiâ Trajectensi, quam viginti annis egregiè rexit, & contra raptos hostes usque ad mortem strenuissimè defendit. Eodem anno sanctimoniales beati Servatij mutatâ nigrâ cucullâ gryseum acceperunt habitum contra Halindis Priorissæ suæ voluntatem & beneplacitum.

Episcopales
copia in pa-
ludosis ce-
cumbunt u-
na cum E-
piscopo.

quem

Rodolphus
vincit, &
captivos
in totos
ducit.

Sculptura
Episcopi a-
pud Traje-
ctenses.

Go

M. S. XIII.

Willebrandus Episcop. 35.

Occiso, sicut antè dicitur, Ottone Pontifice, Florentius Hollandiæ Comes cum cæteris principalibus ecclesiæ vasallis Trajectum advenit, qui pro suo consanguineo Domino Wilbrando Paderbornensi Pontifice, filio Comitis de Oldenburch supplicatorias preces fudit. Cum autem universale Capitulum super his deliberationem ageret, ut devotas instantias ejusdem Comitis admitteret, ecce Comes Geldriæ, & Dominus Amsterlandiæ lætaliter vulnerati, & per breves inducias à prisione dimissi recumbentes in culcitrâ delati sunt in Capitulum, qui plangendo deprecabantur ab Ecclesiâ suâ redemptionis auxilium. Quibus visis, uni-

Miserabilis
species ebor-
tionis.

H 2

ver-

versus clerus amare lachrimatus est, & dolor totius populi de nece Pontificis non immeritò renovatus est. Quamobrem idem Dominus Wilbrandus Padebornensis Episcopus tanquam idoneus vindex xxxv. postulatus est Episcopus, vir constans, audax & ingenuus, sed quoniam idem Wilbrandus fuit illis diebus in Italiae partibus & occupatus assidue negotiis Imperialibus, ideo ~~per~~ discreti viri trans alpes festinanter emissi sunt, ut eidem Episcopo de novo Pontificio novam famam ~~efficeret~~, & postulationem ecclesie Trajectensis in Romanam curiam presentarent. Quod & ita factum est, nam ~~de~~ Papa Gregorius, nominis huius ix. de consilio fratrum suorum norum & dilectum sibi Wilbrandum de Paderborno Trajectum transiecit, & cum Apostolica benedictione versus patriam honestè remisit. Idem igitur novus Pontifex in Trajecto pro tribunali sedens dictante sententiã principalem vasallorum Comitem Geldriae cum ceteris captivis à prisona castellani Coverdiensis absolutum esse iudicavit. *Quam* idem Castellanus tanquam proscripserat grassator, & exlex suam verum Dominum indignam morte pridem occidisset, qui continuo tam de potestate propria, quam de Frisia, per papales indulgentias copiosum eduxit exercitum, quem adversus Coverdenses & Trentones in sex turmas divisit, & ordinavit ad praelium. Contra verò prædicti populi sex cuneos statuerunt in gyrum ad resistendum Episcopo, ita quod terram eorum nullus ~~intrare possit~~ absque gravi dispendio. Sed Episcopus ut vir imperterritus adversos hostes ex omni parte circumvenit, plures sibi resistentes contrivit, quasdam villas incendit, & usque ad opacam noctis umbram diffugientes exercitus profugavit. Mane dehinc facto, cum garrulus volatiliu in annunciasset adesse diluculum Coverdenses cum Trentonibus metuentes Episcopi magnificentiam, datis obsequiis obrulerunt semetipsos ad gratiam: quos idem Episcopus in deditio-

Quoniam

*Episcopus
expeditione
parat in
Rodolpho
Coverdian-
simo*

*intrare
posset*

*Rodolphus
Coverdian-
si recipitur
in gratiam.*

traditore

*Rodolphus
punitentia
patti du-
ctus Co-
verdianam
dolo recu-
perat.*

Larae sibi liberè traderet, Iurisdictionem Tretoniae beato Martino proprietariè redderet, tria millia marcasum pro diversis damnis exsolveret, centum armigeros in Livoniam mitteret, & monasterium puellarum ordinis sancti Benedicti de xxv. præbendis dorando construeret. His itaque peractis, Episcopus castrum Lare funditus destruens, & castrum Coverdiae fidei custodia muniens, coadjutoribus suis cum gratiarum actione valedixit, & ad festivitatem beati Martini Trajectum honorificè properavit. Sed ecce Rodolphus amare dolens se castrum Episcopo resignasse, & à villicatione Tretonicae terrae sic omninò destitutum esse, corripit unum de castrensibus pro quadam summa pecuniae, quatenus sibi castrum traderet oportuno tempore. Nec mora, quin cunctis quasi castrensibus cum ~~traditione~~ villam ingredientibus, Rodolphus infra suburbium latens pontem extemplo præoccupavit, portam ulteriorem introivit, castrum dolose cepit, custodes intrancos occidit, & exinde totam munitionem suo satellio communit. Episcopus

Episcopus autem ex amissione castri nimium conturbatus castellum Hardenberghæ præcepit contra fulciri, & generalem expeditionem adversus Coverdenses & Trentones proclamari.

Igitur anno Domini MCC. XXVIII. cum jam tota palus ex gelido rigore foret ubique pervia, Dominus Episcopus validum eduxit exercitum in Trentoniam, sperans altera die turres & mœnia castri Coverdensis cum diversis magenis atterere, & omnes inimicos suos in eo similiter apprehendere. Sed spes hæc omnino frustrata est, quoniam eadem nocte ventus validus cum imbre maximo de repente cadens in tantum attenuavit nivem & glaciem, ut totus exercitus dimissis ibidem magenis ad parres Iselanas necessarium retrocederet, & Episcopus iterum prædicando papales indulgentias ad Frisiam pro subsidio tenderet. Superveniente demum æstare, Rodolphus obrentis saltem XV. dierum Treugis, trium Abbatum de Frisia servare compromisit arbitrium de omni fore facto, quod hæctenus invaluit inter ipsum & Episcopum. Durantibus itaque Treugarum ^{indiciis}, Rodolphus castellum Hardenberghæ adivit, & de compositione pacis cum Episcopo tractare cepit, de cuius adventu Dominus Episcopus ^{plurimum} stupens, cum admiratione cepit inquirere, cur inter omnes capitales inimicos suos uno sermo comite, solus ausus esset accedere; & ecce, Castrenses obstante Pontifice, sæpe dictum Rodolphum tanquam ex legem de conclavi violenter abstraxerunt, ^{Quare} cum Henrico de Grandsorp dirè rotatum in stipitibus exaltarunt. Interea populus in terrâ Trajectensi tumultuare cepit alterutrum, ut de die in diem pateretur aut bellum aut incendium. Pro quo dictus Episcopus Trajectum ivit, ^{excusationem} de nece Rodulphi coram omnibus fecit, & per auxilium Florentij Comitis Hollandiæ inter ministeriales discordes pacis amicitiam reformavit.

Anno Domini MCC. XXXI. prophana gens Trentonica recollectis iterum innumeris bellatoribus, obsedit Groningiam, & Egbertus Præses contra portas armipotenter aperiens, occidit adversariorum suorum magnam copiam, qui currus & victualia cum sexcentis equis ibidem apprehendit, & altera die plures villas in Trentonia conflagravit. Episcopus autem super his plerumque gavifus secessit ad Friham, & ibidem per papales indulgentias eduxit jam tertio gentem maximam, cum qua Trentoniam potenter introivit, & villam Coverdiæ cum suburbio castri prorsus incendit, in quibus armigeri plurimos equos, arma, vestes, & victualia prædiderunt. Quinimo parvulos & mulieres apprehensos crudelissimè trucidavit. Advesperascente denique die totus Episcopalis exercitus trans paludem ad munitionem versus Anem reversus est, & ibidem in magnâ gloriâ cum obtentâ prædâ mirificè jucundatus est. Matutinâ dehinc exorta luce Pontificalis exercitus cum tubis frementibus, & signis irradiantibus paludem retrāsiens preparavit ad obsidionem castri Coverdiæ, sed ecce Trentinorū innumerabiles copiæ præteritâ nocte clā

m. s. ingemys

inducijs plurimum

Rodolphus sanguis exiit dorantibus induciis in rotam ad solium.

Quem

Trentonia Groningiam obsidens, ab Egbertis Præside repulsum.

// minimè diffidens de triumpho futura victoria

Willebrord

runb

intraverunt ejusdem castris praesidium, & ab alia parte Frisones Monasteri-
ensis Diocesis cum Trentinis in magna praerogativa parati stabant ad pro-
lium. Frisones etiam Trajectensis Diocesis auxiliores Episcopi confimi-
liter hesternâ die devicti sunt. Quapropter & Trentones ad eod viriliter a-
nimati sunt, ut in manu forti Coverdiam audacter ~~assiderent~~, & adver-
sus Episcopalem exercitum sine morâ confligerent. Sed Episcopus at-
tenuatis expensis versus castellum Herdenbergh retrocessit, stipendiarios su-
os dissolvit; coadjutoribus suis valedixit; & castra sua cunctis necessariis
adimplevit.

accederent- ut
tus

Episcopus
fatigatus a
bello, desistit

Circiter haec tempora quidam Iudaeus in Hispaniâ communiendo rapem
propter vineam ampliandam, repperit in solida concavitate lapidis librum,
habentem folia lignea, conscriptum tribus linguis, scilicet Haebraicâ, Grae-
câ & Latinâ singillatim in hunc modum: Christus Dei Filius ex Mariâ Vir-
gine nascetur, qui pro salute generis humani patietur; Quo lecto Iudaeus
ad fidem Christianam convertitur, & cum totâ familiâ baptizatus est.

Libro lig-
natus in la-
pide reper-
tus.

Anno Domini mccc xxxij. vj. Kalendas Augusti Willebrandus Episcopus
in Zwollis adimplevit vitae terminum, postquam annis viij, Trajectense re-
xisset Episcopium, quare deinde translatus in Monasterio S. Servatii Traje-
ctensis honorificè requiescit. Nam ad ejusdem Ecclesiae fundamentum pri-
mitiale lapidem jecit. Hic Willebrandus cum adhuc Paderbornensis esset
Episcopus, bis ad terram sanctam profectus est ob Imperiale negotium,
ubi diebus illis frequenter expertus est quoddam speciale prodigium. A ci-
vitate namque Tharsensi ad duas dietas prope Thilam, mons quidam
genus situatus est, qui ab incolis illius terrae mons fatorum dictus est: Nam
quicumque sex septimanis jejunaverit, & exinde purè confessus communi-
onem acceperit, & sic sobrius praedictum montem ascenderet, proculdu-
bio fatum prosperum inveniet, praelibatus ergo Willebrandus Episcopus in
verbo veritatis asseruit, se vidisse quendam militem apud Antiochiam, qui
praedictum montem illum ascenderat ad inveniendam fortunatam gratiam.
Hic utique miles in cacumine montis illius quoddam mensale diversis ci-
bariis adimpletum invenit, quod sibi suaeque familiae diurnatim larga vi-
tualia ministravit.

Qui
ibidem

Anno Chr.
1233. 6 kal.
Augusti
Willebrandus
Episcopus
moritur.

amoenus

Mons fato-
rum.

ut eventum forhi-
natum aspiciet.

si sine diminutione

Otto tertius

Episcopus 36.

Cum itaque Trajectensis Ecclesia post obitum Willebrandi Praefatis
Pastorali regimine viduata foret, & generale capitulum ad electione
novi Pontificis convocatum esset Otto de Hollandiâ, nominis hujus
iij. per invocationem sancti Spiritus xxxvj, concorditer electus est E-
piscopus.

piscopus, vir illustris, & de regali stirpe progenitus. Hic Otto post obitum patris ascriptus fuit ad titulum militiæ, suscepitque de manu fratris sui Dominationem Orientalis Frisiæ, Is ergo Otto militiæ cedens, & Pontificium acceptans, pauperrimum invenit Episcopatum, infinitis quasi debiti-um involutum: tum propter assiduam Trentonicæ gentis rebellionem, tum propter fluctuosam aggeris irruptionem. Sed divinâ disponente misericordiâ, jamdictus Episcopus patrimonij sui possessiones in Hollandiâ vendidit, debita solvit, Castra repetiit, totumque Pontificium sicut Dux temporalis longo tempore gubernavit, ad cujus etiam devotam supplicationem Florentius Comes Hollandiæ frater ejus fortissimum aggerem ab Amerongen usque Schoenhoven sumptuosè construxit, & ad perennem laudis suæ memoriam Episcopatu multa commoda fecit. Hic Florentius Comes anno Domini MCC xxxiiij. cum Henrico Duce Brabantiæ, & Theodoro Comite Cliviæ, jussu Domini Gregorij Papæ noni, terram Stadiengen Bremensis Diocesis cum viris mulieribus & parvulis omninò depopulatus est, pro eo quod idem populus expulsis sacerdotibus & clericis ad prophanam sectam Idolatriæ reversus esset.

Eodem anno Florentius Comes Princeps imperterritus multa tyrocinia per diversas provincias frequentavit, de quibus preconium laudis gloriosius acquisivit. Comitissa verò Claremontensis famosam probitatem ejusdem Principis frequenter audiens, infra secreta cordis assiduè meditari cepit, qualiter electum Comitem facietenus aspiceret, de quo tot militares probitates frequenter audierat. Quæ tandem arcanum hoc consilium adinvenit, & maritum suum blandis suggestionibus instigavit, ut solemnem curiam in Alamanniâ preconizari faceret. In quâ & ipse tanquam veteranus militiæ afforet, sciens pro certo quod Hollandiæ Comes illuc venturus esset cum proceribus Germaniæ pro conquirendâ sibi laude militaris gloriæ. Igitur idem Comes Florentius associato sibi Comite de Clivis, magnificis expensis illuc affuit, atque titulum sui nominis dilatari voluit, qui & magister militum ibidem ab Alamannis est electus & econtrâ Dominus de Nigello Gallicanæ militiæ princeps institutus est. Nec mora, quin ordinatis aciebus ab Histronibus electi milites utriusque partis concrepantibus buccinis, perstreptibus tympanis, choruscantibus vexillis, ac enitentibus gladiis promiscue conglobati sunt, contendentes propter laudem inanis gloriæ. Sed Comes Hollandiæ exercitatus hujusmodi ludo præ ceteris excellenter elaboravit pro palmâ triumphalis gloriæ, nam & idem plures Gallicanos milites ejecit, adversas cohortes disjinxit, ac Alamannis hinc inde gravatis opportunū auxiliū asportavit, Comitissa verò Claremontensis præcipuam probitatem Florentij Comitis ab altitudine turris procul intuens, & gloriâ suæ laudis ubique preconizari percipiens, ex magnæ dilectionis affectu sapius à viro cepit expetere, quatenus Hollandiæ Comitem inter equestres cuneos sibi veller ostendere, quod tandem ipse Comes pro ingrato recepit, & uxori suæ nobili torvis aspectibus sic respondit: Scio quod

Otto 3. Episcopus fuit laxatum suum patrimonium venâ diso restituit.

M. S. Firmissimum

Anno Chr. 1234. Expeditio Comitis sum ali-quot in Sca-ndinavia.

Florentij Comitis virtus firma fuit Comitissam Claremontensem percellit.

in victoria

q. s. ad hunc

scripsit

*Zotetopia
exemplum
admirandi.* quod ex abundantia cordis os loquitur, & Hollandia Comes amore tunc
fungitur, ecce tuus amasius hic Princeps est egregius, vexillum quoque fert
aureum, leonem habens rubeum, quem ardenti desiderio multoties adop-
tasti videre vivum, sed vivit Dominus, quoniam & hunc in vespere videbis
extinctum. Comitissa quidem amabilis marito sui fellitum agnoscens ani-
mum, satagebat Hollandia Comitem per secerum pramunire nuncium.
Sed Claremontensis Comes quanquam decrepitus arma protinus induens
Gallicanos sibi milites adjunxit, & cum Domino de Nigello Florentium Co-
mitem fulmineis ictibus ex omni parte vallavit. Florentius autem horum
omnium inscius adversus Gallicanam multitudinem solus quantum potuit
egregie restitit, & plurimos eum hostiliter impugnantem virili probitate re-
pulis, donec tandem Claremontensis Comes in Florentium violenter ir-
rueret, & eundem in Corbiaco xiiij. Kalendas Augusti crudeliter interime-
ret. Comes vero Clivenfis cum Teutoniceis perniciter advolans Comitem
Claremontensem in vindictam agnati sui recenter occidit, & Dominam de
Nigello confestim ab eodem tyrociniis profugavit, & ecce jocosam tyroci-
nium conversum est in exosum proelium, Comitissa vero Claremontensis
*Ex habitu
suo bellum.* reminiscens quod Florentius Comes innocenter occubisset, & quod ipsa
principalis causa suae necis esset, per nimiam cordis amaritudinem mentis
alienationem sustinuit, & seipsam de cacumine turris praecipitare voluit,
quae dehinc incurabilem morbum, quem Medici vocant Haemorrhoides,
incurrit, & post modicum intervallum temporis ab hoc seculo migravit.
Porro corpus electissimi Comitis per Alamanniae proceres ad Rinebur-
gense cenobium devectum est, quod ibidem lugubribus exequiis inhu-
matum est.

Hic Florentius floridae fuit aetatis excellenter gloriosus inter omnes pri-
mates Alamanniae, qui xiiij. annis strenua probitate Comitatum rexit Hol-
landiae, post cujus obitum Otto Trajectensis Episcopus suscepit Wilhelmum
*Wilhelmus
Hollandiae
pupillus in
tutela Ot-
tonis Episcopi.* Hollandiae Domicellum in tuitionem consimiliter & Comitatum ejusdem
in gubernationem: per cujus potestatem idem Episcopus Trentones devic-
cit, Coverdienses subegit, & terram eorum nemine resistente, quam vo-
luit, introivit, Dominus autem de Nigello per quosdam amicabiles inter-
nuncios eidem Episcopo postmodum reconciliatus est, ut collegiatam ec-
clesiam eodem campo quo frater ejus dudum interemptus est, fundaret. An-
no dehinc Domini mccc lxxvij. xj. Kalendas Januarij Machtildis Comitissa
decessit a peregrinatione praesentis seculi, quae tumulata fuit apud puellas
*Eius mater
moritur an.
no 1267.* Cistercienses Loesdunensis Monasterij, quod ipsa pro remedio peccatorum
suorum devote construxit, & adjectis praediis honorifice consummavit.

Occiso Florentio strenuissimo Principe, filius ejus Wilhelmus nominis
hujus secundus Comes Hollandiae xiiij. hereditarie sublimatus est, ducens
*Wilhelmus
secundus
Comes Hol-
landiae 14.* in uxorem Elisabetham filiam Ducis de Brunswick praecelaram virginem, de
qua genuit Florentium succedentem Hollandiae Comitem. Hic Wilhelmus
a primavo juventutis suae tempore magis adamavit rigorem ferri, quam ni-
torem.

rorem auri. Eisdem temporibus Fredericus Imperator ab Honorio Papa
 dudum excommunicatus, per Innocentium quartum ab Imperiali digni-
 tate destitutus est, & Langravius Turingia per officiales Imperij Romano-
 rum rex electus. Sed idem Langravius paucos annos supervixit, & Ro-
 manum regnum denuo vacare cepit. Quapropter idem Apostolicus de ge-
 nerali consilio fratrum suorum, Dominum Petrum Capucium ad Velum
 aureum ~~Scythiam~~ Diaconum Cardinalem delegavit in Germaniam, mo-
 nens ut Officiales iterato celebrarent electionem regiam. Electores itaque
 convenientes apud pagum Woringia Coloniensis Diocesis elegerunt in
 Regem Wilhelmum Domicellum Hollandia, protestantes ipsam poten-
 tiorum esse Principem in regno Germania. Et ecce quam primum publica-
 ta fuit electio, totius militiae sollemnis erat exultatio, nam & idem electus
 vicissimum agens annum adhuc fuit imberbis, rubore decorus, cute can-
 didus, crine nigerrimus, statura procerus, ac in dispositione totius corpo-
 ris collaudandus.

Imperator
 excommu-
 nicatus de-
 ponitur.

S Georgy

Wilhelmus
 Comes Hol-
 landia elis-
 gitor Impes-
 rator.

Sed quoniam idem Adolescentulus electionis suae tempore fuit armiger,
 ideoque cum repentina festinatione preparata sunt omnia, quaecunque sibi
 fuerint necessaria. Ut secundum ritum Christianorum Imperatorum mi-
 les fieret antequam Aquigrani diademata regni susceperet, & quoniam pla-
 rique milites moderno tempore parcimonius intendentes omissis sumptu-
 osis solemnitatibus saltem per colaphum militarem dignitatem accipiunt,
 ideoque multi regulam ejusdem ordinis ignorantes debite militare nesci-
 unt, quamobrem materiam aliquantisper prorogare decrevimus, & praes-
 senti Chronographia dignum annotare duximus, qualiter hic Wilhelmus
 secundum Christianam institutionem miles est effectus, atque regulam
 militaris ordinis cum summa festivitate professus est, ut ex eo discant mo-
 derni milites, quale jugum in ordine suo susceperint, ac certe quale votum
 in professione sua regulae promiserint. Itaque preparatis omnibus post eu-
 angelium sollemnis missae praefatus Wilhelmus armiger coram Cardinali
 productus est, per regem Bohemiae dicentem in hunc modum. Vestra reve-
 rentia pater. Amisue praesentamus huic electum armigerum, devotissime
 supplicantes quatenus vestra paternitas, votivam ejus professionem acce-
 ptiat, ut militari nostro collegio dignanter adscribi valeat. Dominus autem
 Cardinalis in Pontificalibus assistens ornamentis, eidem dixit armigero. Se-
 cundum etymologiam ejusdem nominis, quod est miles, oportet unum
 quemque militare volentem, esse magnanimum, ingenium, largissimum, e-
 gregium & strenuum. Magnanimum in adversitate, ingenuum in consan-
 guinitate, largissimum in honestate, egregium in curialitate, & strenuum in
 virili probitate, veruntamen antequam votum professionis tuae facias, cum
 matura deliberatione jugum regulae prius audies: Hae est itaque regula
 militaris ordinis: In primis cum devota recordatione Dominicae passionis
 missam diurnam audire, pro fide Catholica corpus aucter exponere, san-
 ctam ecclesiam cum ministris ejus a quibuscuque grassatoribus liberare,

Equitum
 dignitas
 sollemnis
 cognita
 gna.

Qualis de-
 beat esse mi-
 les.

Regula mi-
 litaris ordi-
 nis.

I. viduas,

viduas, pupillos aut orphanos in eorum necessitate protegere, injusta bella vitare, iniqua stipendia tenuere, pro liberatione cujuslibet innocentis du-
 cellam inire, Tyrocinia non nisi causa militaris exercitij frequentare, Imperatori Romanorum seu ejus patrocinio reverenter in temporalibus obedire, rempub. illibatam in vigore suo permittere, feudalia bona Regis vel Imperij nequaquam alienare, ac irreprehensibiliter apud Deum & homines in hoc mundo vivere. Hæc statuta militaris regulæ si devotè custodieris, & pro posse sive nosse diligenter adimpleveris, scias te mereri temporalem honorem in terris, & post hanc vitam requiem æternam in cælis. His autem expletis, Dominus Cardinalis conjunctas manus ~~suas~~ tyronis clausit in missali super lectum euangelium, ita dicens: Vis ergo militarem ordinem in nomine Domini suscipere devotè, & regulam tibi verbotenus explicatam pro tuâ possibilitate perficere? respondit armiger: Volo. Dominus autem Cardinalis subsequenter exinde professionem eidem armigero dedit, quam & idem armiger palam omnibus in hunc modum legit: Ego Wilhelmus Hollandiensis militiae Princeps, sacriq; Imperij vasallus, liber, jurando profiteor regulæ militaris observationem in presentia Domini mei Petri ad Velum aureum Diaconi, Cardinalis sacre, & Apostolicæ sedis legati per hoc sacrosanctum Euangelium quod manu tango. Cui Cardinalis. Hæc devota professio, peccatorum tuorum sit vera remissio. Amen. His itaque dictis Rex Bohemæ grandem dedit ictum in collo tyronis, ita dicens: Ad honorem omnipotentis Dei te militem ordino, ac in nostro collegio te gratulanter accipio, & memento, quod Salvator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphisatus & illusus est; coram Pilato præside flagellis cæsus, & spinis coronatus est; coram Herode Rege clamyde vestitus & derisus est; & coram omni populo nudatus & vulneratus in cruce suspensus est; cujus opprobria te memorare suadeo, cujus crucem acceptare te consulo, cujus etiam mortem ulcisci te moneo. Quibus ita solemniter adimpletis idem novus tyro post dictam missam cum stridentibus buccinis, pestrepentibus tympanis, & tinnentibus cymbalis contra filium Regis Bohemæ tribus vicibus commisit hastiludium, & exinde cum gladiis emicantibus dimicando tyrocinium explevit, celebravitque magnificis expensis triduanam curiam, ac donis largivus cunctis magnatibus suam manifestavit honorificentiam. Sed & Dominus Petrus Cardinalis interim omnem rem gestam per festinum nuntium literatoriè conscripsit, & Dominus Papa ~~placuitque~~ gavisus ex hac famâ dispensatori suo tenorem subsequentis Epistolæ destinavit: Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, rectori sanctæ Mariæ in Cosmedin salutem & Apostolicam benedictionem, consilere nobiscum fili, qui tanquam vividum corporis membrum sentire nosti cum capite: nobis igitur ubi jocunde scribentibus, jocundus agnosce, quod s. Nonas Octobris in curia juxta Coloniã solemniter congregata, charissimus in Christo filius noster Wilhelmus Comes Hollandiæ communi voto principum, qui in electione Cæsaris jus habere noscuntur, in Romanum Regem ~~careris~~

patricio

Iussurandi
professionis
militaris.

T. mea

Rex Bohemæ
mis ictum in
collum dato
tyroni pro-
curat.

vidus

T. dno Apostolico

A gaudium

Innocentij
Papa lre-
ca.

regni

eindem

a peccatis

tis

fuerit
plurimum

caeteris Principibus applaudentibus est electus, sicut per literas Regis eiusdem, & dilecti filij nostri Petri, S. Gregorij ad Velum aureum Diaconi Cardinalis nobis constitit manifestè: porro ut super gaudium quod de prospecto gesto negotio est agendum tibi etiam de personâ electi cumuletur novum gaudium. Idem Rex, sicut eodem Cardinale referente percepimus, & publica fama testatur, est fidelis catholicus, animo prudens, militiâ strenuus, propriis potens viribus, multorum Principum consanguinitate & affinitate connexus, suavitate fervidus, experientiâ moderatus, gratus moribus & specie corporis, in oculis omnium graciosus, quapropter speramus in Domino & ipsius potentia majestatis, quod sub pedibus ejusdem Regis persecutore calcato velociter, & malignantium capibus conquassatis, fides catholica, pax ecclesiæ, tranquillitas orbis, ac fidelium status debeant ab omnipotente per ipsam magnificè reparari, nam & innumerabiles magnates huic electo protinus sua capita subdiderunt: hæc ergo dic & manda fidelibus, quos nosti de his rumoribus gavisuros. Datum, &c.

Georgij

Interea cum adhuc electus Rex in exultatione resideret apud Worringiam, atque triduanam jam explevisset curiam, quartâ dehinc exortâ luce, quum ~~brumate~~ gelu graminosam terræ superficiem in aurora constringeret, tubinarum est, castra tollere, & civitatem Aquensem obsidione cingere. Cives autem Aquensis contra festinaverunt extemplo portas claudere, & valvas obstruere, nec mora quin & idem electus cum invictis bellatoribus pationes in gyrum erexit, & cum Principibus arcana consilia tractavit, qualiter aliquod machinamentum posset excogitare, quo regia civitas absque tormentis posset obtineri. Denique per quosdam ingeniosos opifices decretum est, ut populare vulgus vallum procerâ celsitudinis extrueret, ac urbem in modum aggeris undecunque cingeret, & cum eadem civitas in convallibus montium situata plurimis aquis sulphureis est irrigua, multisq; fontibus lymphidissimis superabunde fluida, ideoque semper mundans aqua nullibi defluentem habes meatum, adeo breviter exuberare incipit, ut nullus civium absque navigio proprium domicilium commodè polleret exire. Hoc ergo gravi dispendio Burgenfes afflicti, promiserunt electo Regi portas urbis absque rebellionè patefacere, & eundem pro vero domino votivè suscipere, ut circumseptum vallum infringi præciperet, & inundantem aquam consueto meatu manare permitteret. Igitur infracto vallo Rex ultimâ die mensis Octobris urbem ingressus est, & ab universis civibus gratiosè receptus. Postera verò die, quæ est omnium Sanctorum festiva solemnitas, universa multitudo Prælatorum & Principum deduxit electum Regem ad Basilicam perpetuæ Mariæ Virginis, ut solemnem benedictionem acciperet secundum ritum antiquæ consuetudinis: quem Monasteriensis & Mindensis Episcopi similiter ordinarunt infra ~~factum~~, sed eundem Leodiensis & Trajectensis Episcopi vestitum ornamentis Leviticis in modum Diaconi prodixerunt ante Regale solium, quem extunc Colonensis Archiepiscopus Cancellarius Italia collocavit in sede Majestatis, ita dicens: Su-

Wilhelmus
Aquisgranum
num obsi-
des.

abunde

Aquisgranum
num vallo
cinctum ab
aquis inter
nie vincitur

sacrarium

in MS
intus & foras

Ritus coros
mandi impe-
ratoris a-
pud Aquis-
granum.

per thronum regni gloriosè sedens, Iudicium & Iustitiam in terra facias. Archiepiscopus verò Maguntinensis Cancellarius Germaniæ cum oleo sanctificato dextram ejus foras unxit, ita dicens: Consecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui David per manum Samuelis Propheta Regem iungi iussit super populum Hebræorū. Archiepiscopus autem Treverensis Cancellarius Galliæ manus illi superimpōsuit, ita dicens: Descendat in te spiritus sapientiæ, intelligentiæ, scientiæ, pietatis, fortitudinis & consilij, replearique spiritu amoris Domini. Marchio quidem Brandenburgiæ Regis Camerarius anulum sibi tradidit, ita dicens: Accipe signaculum Monarchiæ, ut Romanum Imperium in suo vigore conserves, quod ab incursione Barbarorum invictâ virtute defendas. Dux autem Saxonie Regis iusticiarius donavit ipsi gladium, ita dicens: Accipe sceptrū Regiam, ut rebelles severâ correctione potenter affligas, omnesque benivolos in tranquillâ pace gubernes. Dux equidem Bavarie Comes Palatii seu Dapifer, dedit ipsi globum aureum, ita dicens: Accipe globum sphericū, ut omnes terræ nationes Romano Regno subicias, & gloriosus Augustus appellari valeas. Rex dehinc Bohemiæ, Regis pincerna de consensu Colonienſis Archiepiscopi, coronam argenteam capiti suo superimpresit, ita dicens: Accipe Diadema splendidum, & sis in virtuosis artibus ad eò choruscus in terris, ut coronam æternæ felicitatis habere merearis in caelis. Post hæc autem circumstantes Principes adorantes Majestatem Regiam, clamaverunt ipsi salutem & gloriam, accedentes quoque singulatin primates ad regale solium præstiterunt eidem debitæ fidelitatis homagium. His igitur in mirâ solemnitate peractis, idem Rex per plenam hebdomadam festivam explevit curiam, cunctiſque Principibus suæ ditionis patefecit excellentiam. Demum octavo die convenientes Officiales Imperij, statuerunt arcæanum colloquium, ut de commoditate Regis tractarent speciale consiliū, quatenus magnifici viri, scilicet, Otto Traiectensis Episcopus ejus patruus, & Henricus Bavarie Dux ipsius avunculus, ejusdem Regis Consiliatores, & auxiliores forent, & juvenilem animum ejus à belli strepitu temperarent. Dominus verò Lubbertus Regalis Abbas Egmondenſis, vir magnus & egregius constitutus est eorū Vicecancellarius. Quibus ita gestis Rex in magnâ gratitudine Principibus valedixit, & universa castra Romani Regni studioſius perlustravit.

Laudem

Brabantia

Ephoricon
sicut Vil-
helmo Regi
Romanorum

* cunctis

vulg. Keyserweert

Castellanus
apud insu-
lam Casaris
solus Regi
resistit.

Sed post an-
ni obsidionē
se dedit, &
in gratiam
recepit.

Omnes ubique Castellani sibi debitâ exhibuerunt obedientiam, præterquam solus Castellanus apud Imperatoris insulâ. Quapropter & ipse Rex jam dictū castrum cum invictis circūvallavit armigeris, impugnâs idem devictorum tormentorum magenis. Nam creberrimi ictus & jactus saxorum quassaverunt turres & mœnia aliquoties, & aries ferratæ frontis impedit portas & antemuralia. Econtra verò Castellaneus victualibus & armis abunde præmunitus fuit, qui per annū & amplius ipsum castrum honorificè defendavit, deficientibus demum victualibus idem Castellaneus expetivit veniam, quem & ipse Rex obtento castro recepit in gratiâ, ut sibi de cetero fide-

abundè

fidelis esset, nec rebellionem adversus eum aliquatenus attentaret.

Demum appropinquante Theophania Domini Rex migravit ad Coloni-
 am, ut ibidem in honore trium magorum solemnem ~~in~~ hostiam.
 Fuit enim illis diebus regens & legens apud Colonia Dominus Adelbertus
 Ratisponensis Episcopus de ordine predicatorum, magnus in nigromatia,
 major in Philosophia, sed maximus in Theologia, qui Regem humillime
 precabatur, ut in die solemne secum discumbere dignaretur. Rex autem spe-
 rans aliquod prodigiale signum videre, noluit eidem reverendo Patri pre-
 ces supplices denegare. Celebratis igitur Epiphaniae solemnibus, idem Epis-
 copus a studio suo progrediens Regem cum sua familia gratiose suscepit.
 Quem extra aenaculum in quodam vindario secum adduxit, ubi minist-
 riales mita pulchritudinis ~~fructus~~, qui ad convivalem latitiam quavis ne-
 cessaria preparaverunt, fuit utique diebus illis hyems asperissima totaque
 superficies terrae cooperta nive maxima. Quapropter universa multitudo
 procerum murmurare cepit adversus Episcopum, quod in tam horrido fri-
 gore convivae suos absque foco prandere ~~possent~~ intra pomarium: sed post-
 quam Dominus Episcopus futurorum omnium conscius, una cum Rege
 consideret ad mensam, & omnis convivae secundum statum dignitatis suae lo-
 catus, exspectaret escam, ecce glaciei & nivis immensa moles in momento
 disparuit, ac aestivalis calor emicantibus solis radiis ferventer invaluit; terra
 gramineum germen edidit, ut vernantes flores in mita venustate floruerunt,
 una quavis arbor frondibus extemplo viruit, & maturos fructus ad vescen-
 dum cunctis exhibuit, vinea florens odorem suavitatis reddidit, & recentes
 uvas in uberrate magna cito praebuit; garritus volatilium applaudentibus
 alis illic ~~intuiv~~, quarum grata modulatio cunctis accumbentibus ma-
 gnam exultationem intulit. quare in legibus aliorum hyemalis frigiditatis pro-
 fus evanuit, & fervor aestivalis caliditatis in tantum efferbuit, ut quidam
 discumbentium propter aeris intemperiem, exutis duplicibus indumentis
 seminudos se facerent, & plurimi sub frondosis arborum frondibus hinc
 inde refrigerum appetere; ministeriales vero detulerunt ubique copiosam
 epularum plenitudinem, ita ut abunde satiarent populosam conviviarum
 multitudinem, & latatus est Rex cum ~~familia~~ discumbentibus in eadem
 curia tot & tanta cernens inaudita mirabilia. Expleto demum convivio tur-
 ba ministerialium quasi fantasma disparuit. Garritus avium omnino siluit,
 germen arboreum confestim evanuit, florida tellus marcescens exaruit, co-
 pia nivis iterato repentinum rediit, & gelu truculenter inhorruit, ut
 omnes, qui ~~pridem~~ exutis vestibus desudaverant intra convivium nunc
 trepidantes accelerarent ad ignem infra aenaculum. His autem in mi-
 ra jocunditate peractis, Adelbertus Episcopus instanter exoravit Regem,
 quatenus fratribus suis predicatoribus claustralem aream in civitate
 Trajectensi veller expetere, & eidem pro stabilitate regni sui munifi-
 cas cleemosinas attribuere. Rex autem supplicatorias preces ejusdem
 Reverendi Patris clementer exaudiens, Trajectum exinde descendit,
 quem

Epiphania
 immolaret

Adelbertus
 Magnus
 Regem Vil-
 helmum
 Praefigis
 excipit.

Adelbertus
 Magnus
 Vilhelmus
 Imperatoris
 praefigis
 excipit.

vindarium
 affuerunt

insisset

quid moror longius?

simul

repentinum

Monasterii
 predicatorum
 Traiecti a
 Vilhelmo
 Imperatore
 collatum.

Episcopus &

ms.
 Regum
 m.

intuiv

pridem

*n. s. gratiose
spatiofam*

gendie, quem Otto Pontifex ejus paterius cum prelatis & civibus gloriose suscepit, qui de fidelium suorum consilio Burgenfis effectus est, & extunc ~~spatiofam~~ campi planiciem infra civitatem nemine contraveniente mercatus est, quam ad structuram claustrum donavit eidem fratribus in elemosyna in super & auri fulvi satis magnam copiam; Henique confirmatis ab eobertatibus civitatis & ecclesie, idem Rex gloriose susceptus est infra Comitatum Hollandie, qui & in Haghâ Regale palatium extruxit, ubi de causis arduis regni tribunale consistorium frequentavit.

*Palatium
Hagense ab
eodem ex-
structum.*

Civitatenfes autem & Castrenses Imperialis Camera reddiderunt eidem benevole censum Regium, ita quod indeficienti thesauro suum exuberaret gazophilacium, qui quoque pro tractatu generalis pacis con venerunt apud Maguntiam, destinantes eidem persolemnnes nuntios hanc Epistolam: Glorioso Domino suo Romanorum Regi Wilhelmo, Consules & Iudices plusquam lxx, civitatum superioris Germanie reverentiam & obsequium perhennale. Excellentie vestre tenore presentium declaramus, quod nobis apud Maguntiam existentibus die 29. mensis Junij ad generale colloquium mediante nobili viro A. de Waldecke Imperialis aulae Iusticiario, firma pax & Treuga stabiles super universis gueris & discordiis sunt statuta. Quapropter Majestatem vestram Regiam humiliter exoramus & consulimus quantum licet, quatenus pacem terrae salubriter inchoatam per literas magnificencie vestrae jam dignemini confirmate, eo quod vestrum commodum, utilitatem, salutem importare dinoscitur & honorem, scientes quod vestre serenitatis adventum nobis salubrem ad partes nostras cum ingenti desiderio prestolamur, datum apud Maguntiam ultima die mensis Junij. Rex Erigo hac Epistola gratulanter accepta, pacem inchoatam sub banno capitalis sententiae firmiter observari praecepit: quoniam praelibatos ambasciatores, ditatos regis muneribus ad patriam honorifice destinavit.

*Obedientia
Imperiali
civitatum*

Alberto. n. s.

Eisdem diebus Dominus Episcopus cum ecclesia Trajectensi gloriose regi conquestus est, quod idem Episcopus a Comite de Ghore tam in possessionibus, quam in hominibus injuriatus est, quapropter & ipse Rex eundem Comitem citari fecit ad ipsius presentiam, Sed & idem Comes nequam quam comparare volens, absentavit se per obstinatam contumeliam, Rex autem coram altari sancti Martini confessoris arma protinus induens, indeciviter equitans, praedictum Comitem capiens, & terram ejus depopulans, cum victorialis laude Trajectum revenit, captivum Comitem Episcopo dedit, ac eundem jure debito dignitate sui nominis deprivavit.

*Comes de
Ghor con-
tumacia
damnatur,
de dignitate
sui privatur*

Anno Domini Mcc. xlix. venerabilis pater Dominus Otto Trajectensis Episcopus iij. Nonarum Aprilis obdormivit in Domino, tumulatus apud Ecclesiam majorem honore congruo. Hic Otto xvj. annis egregie rexit Episcopatum, quem in introitu suo pauperrimum invenit, sed superabundantem in multis divitiis, suis posteris dereliquit,

*Otto Episcopus
videtur bonus
accidentibus*

Gosvintus

Gosvinus Episcopus 37.

Post obitum reverendi Patris Ottonis, Gosvinus sancti Ioannis in Traiecto Praepositus xxxvij. electus est Episcopus. Hic Gosvinus ab Amstelodiandus saltem ad annum vel paulò plus regens Episcopatum, vir erat simplicitate deditus, & de rebus Ecclesiae minus bene sollicitus. Quapropter totus Episcopatus in brevi tempore tantùdem pene distractus fuit, quantum paulò prius per Dominum Ottonem gloriosè sublimatus fuit. Provisores autem totius Episcopatus utilitati fideliter intendentes, coadunaverunt generale Capitulum, ut de bono statu terrae tractarent generale colloquium. Convenerunt enim ad hanc Synodum Wilhelmus Romanorum Rex egregius, Dominus Cardinalis Petrus Caputius, & Conradus Coloniensis Archiepiscopus: in quorum praesentia Gosvinus electus astans honori cessit & oneri, ac in manus Regis & Cardinalis renunciavit Episcopatu. Dominus autem Cardinalis ad postulationem Archiepiscopi Coloniensis extunc Henricum de Viana cathedrari iussit, cui similiter & ipse Rex per Pastoralem baculum & anulum, temporalem Iurisdictionem dedit. Fuit etenim Henricus ejusdem Archiepiscopi consanguineus, vir illustis & constans, & magnanimus, ac ecclesiae Coloniensis Archidiaconus, pro quo totus Episcopatus Traiectensis nimium exultavit, & cum gratiarum actione Deo caeli devotissimè benedixit.

1 Ecclesia

Synodus congregata inquit in aures Episcopi.

Henricus de Viana Gosvino renunciavit, in Episcopatu succedendo.

Henricus Episcopus 38.

Henricus itaque xxxviij. ordinatus Episcopus, quavis ecclesiastica ministeria pia sollicitudine sublimare studuit, nihilominus & temporalia Iura strenuè probitate gubernare disposuit, sed livor & indignatio Dominorum de Amstel & de Woerden vehementer inflammari cepit adversus eundem Episcopum, pro eo, quod Gosvinus propinquus eorum destitutus esset per generale capitulum: qui conspiratione Comitum Geldriae foederati totum Episcopatum assiduè perturbaverunt incursionibus: quibus Henricus viriliter se opposuit, cum quibusdam suis ministerialibus. Denique post multas incursiones definitum est, ut utraque pars in planicie pratorem virentium conveniret ad bellum campestre, & ibidem sub die determinata pro corona victoriae decertarent. Domini quidem de Amstel & de Woerden contractis undecunquè multis praellatoribus in magna superbia devenerunt ad locum certaminis, & econtra verò jam dictus

Domini de Amstel & de Woerden contra Episcopum incursionem.

*dominorum**Archiepi-
scopus Colo-
niensis, bar-
sat ut ad
bellum.**S**obscuri**Imperator
quartus.**Ab Archie-
piscopo or-
tante ver-
bis mitiga-
tur.*

dictus Episcopus vasallos suos cum Burgensibus fideliter admonuit, & ar-
rogantiam illorum ~~dominorum~~ potenter edomare disposuit. Cum itaque præ-
liandi dies jam instaret, ut idem Episcopus cum suo exercitu locum certa-
minis adiret, Coloniensis Archiepiscopus diebus illis existens in Trajecto
pretiosum annulum dedit Henrico Pontifici, dicens, hæc verba coram in-
numerabili turba circumstantis populi: Fili præcordialis esto securus,
quoniam hodierno die per intercessionem beati Martini Confessoris Admi-
flui, & per virtutem præsentis annuli omnem rebellionem adversariorum
tuorum egregie coercebis, & victorialem laudem de cunctis inimicis tuis
sine dubio reportabis: ego namque civitatem hanc cum matronis & Cano-
nicis fidelissimè tibi custodiam, & solennem orationem interitum Domino
Deo exercitum pro labore tuo faciam. Henricus igitur Episcopus his audi-
tis, in Domino confortatus cum sonitu tubarum concrepantium, & exer-
citu bellatorum decentium urbem egrediens, campum belli decenter adi-
vit, ac acies suas ad præliandum sagaciter ordinavit. Interea cum hæc age-
rentur apud Trajectum, Wilhelmus Romanorum Rex festino referente
nuncio percepit Episcopum & præfatos Dominos contraxisse populosum
exercitum, ut in pratis virentibus committerent exosum prælium, quapro-
pter & ipse Rex festinanter admovit expeditos equites & elegantes pedes
viam celerem versus Trajectum instituens, ut huiusmodi belli tumultum
intreperet, & pacis amicitiam utrobique reformaret, & ecce regalis exer-
citus per Borealem portam vix urbem intraverat, cum Episcopalis exer-
citus per Occidentalem portam civitatem eam exierat: Archiepiscopus ve-
rò Coloniensis cum matronis & Canonicis circa civitatem curam agens,
& angulum civitatis in gyrum undecunque perlustrans, clavicularius urbis
indixit, valvas urbis firmiter ~~obscuri~~, & sibi claves portarum absque di-
lutione deferri, ignorans quod regalis exercitus urbem recenter esset ingres-
sus, ac infra muros sub arcu clausurâ circumseptus. Rex igitur festinanter
Episcopalem exercitum volens insequi, nullibi patentem adinvenit exitum,
& cum idem Rex aliquantulum moram traheret, nemoque valvas urbis
citò patefaceret ex animi sui vehementiâ cepit exemplò seras portarum e-
vellere, & veces ferreos atterere, ut incessanter Episcopalem insequi pos-
set exercitum, & jam inchoatum sequeltrare prælium. Archiepiscopus verò
Coloniensis hoc intelligens, vehementer anxius est, credens civitatem à
Rege fore captam, & exercitum per clavigerorum ignaviam intromissum,
quamobrem & ipse cum matronis & Canonicis urbis excubias observan-
tibus, Regis præsentiam confestim aggressus est, ac eidem facto silentio ta-
liter allocutus est: Domine mi audiat Magnificentia vestra quadam sermo-
nis mei brevis loquia: Regiæ Majestatis interest subjectum sibi populum in
tranquilla pace regere, aequitatem, judicium & iustitiam in terrâ facere,
nunc ergo salva vestra reverentiâ, si fas est dicere, vereor econtra, quia hac
de causâ cum armatis bellatoribus civitatem occupatis, serasque portarum
infringi præcepistis, ut Burgenses à propria civitate possitis excludere, &
candem

quod

eadem intromissis novis inquilinis potestati vestrae subicere, si autem hoc, quod absit contra justiciam attentare praesumpseritis, me vestrum Cancellarium confunditis, & honorem magnificentiae vestrae ~~plurimumque~~ ^{vehementer} diminuitis. Quapropter vestram benignitatem clementer admoneo, quatenus hanc urbem mihi dignemini restituere, & concives a violenta molestatione dimittere. Rex autem expletis sermonibus ejusdem Episcopi, tale responsum dedit, in audientia circumstantis populi: Venerande Pastor, & Episcoppe, sicut tua novit industria, decet Regem ubique bella suppressere, & graffatores austeram correctione potenter affligere, discernas igitur ^{quoniam} nobis dedecus esset & opprobrium, si in confinio Majestatis nostrae populare committeretur hoc praesidium. Ideoque cum milibus nobis adjunctis & armigeris civitatem hanc potenter introivimus, & Episcopum cum ministerialibus suis reconciliare decrevimus: postquam autem intelligimus Episcopum foris esse cum civibus ad committendum campestre proelium, maturamus iter insequi festinanter ejus exercitum. Igitur nobis aliquantisper exspectantibus, nemo comparuit, qui ^{intranantibus} urbis patefecit exitum, & sic hactenus nostrum bonae voluntatis cassatum cernis esse propositum; unde securibus & malleis vectes & valvas infringi praecipimus, & vestigia praecedentis exercitus insequi mandavimus, quatenus edictum bellum interciperemus auctoritate Regia, ut utraque pars sine conflictu cum pace rediret ad propria. Non enim aestimare debes quod adversus Henricum Pontificem aliquo modo felle geramus animum, quem paulo pridem ex bono favore te rogante postulavimus in Episcopum, quinimodo civitatem hanc sub nostra protectione benigne suscepimus, qui jam dudum promissa fidelitate Burgenses effecti sumus. Ut autem cognoveris, quod in dolo tibi non loquimur, & Episcopo sive civitati non irascimur, ecce jam urbem, quam inopinatus cepimus, & exclusis civibus possidere possimus, tibi benigne restitimus, & praeconis voce tubicinari praecipimus, quatenus nostri commilitones ad hospitia tendant, arma deponant, & residuum diem in latitudo deducant.

Respondet
Archiepiscopo.

quantum

nostratibus

Interea Dominus Episcopus adversus inimicos suos crudele bellum agens, plerosque fugavit, multos occidit, & Dominos de Amstel & de Woerden captivos apprehendit, quos extemplo funibus alligare praecipit, atque citra dextrarium suum trocitrates infra Trajectum deduxit, & ecce quamptimum vespertinum cepisset intonare cymbalum, idem Episcopus urbem victoriosus ingressus est, & tam a Rege quam ab Archiepiscopo gloriose receptus est: ad quorum devoram supplicationem idem Episcopus praelibatos captivos suscepit ad veniam, quibus & relaxata prisione magnam ab inde fecit gratiam. Altera vero die cum aurora jubar rutilantes cepisset exaltare radios, Rex Episcopo valedixit, & pro quibusdam Regni causis expediendis ad Hollandiam properavit.

Et quia Comes Geldriae Otto jam pridem cum praefatis Dominis de Amstel & de Woerden adversus Henricum Pontificem foedus conspirationis percussit.

Episcopus
hostes vincit, & captivos Trocitrates ducit.

Eisdem clementer in gratiam recepit.

Deon

uerat

abinde

Episcopus
Dionysius Co-
muni Gel-
dria Velua
vastat.

fulgentibus

Vredelant
castrum ex
manubijs
edificatur.

Controver-
sia inter ha-
rader Mar-
garita Fla-
drensis, &
Wilhelmum
Imp. ob Va-
lachiam.

ofam

Dux Bra-
bantia pa-
rem tentat.

Margarita
Flandulen-
ser agit.

1109.
Istud bellum contigit anno
prafato in die translationis S.
Martini confessoris, in

Sicut exer-
citus a Flo-
rentis Prae-
sule in 2
estur.

petuisset, totamque terram Trajectensem assiduis perturbationibus in-
festavit. Ideoque Dominus Episcopus cum copiosa turba plebis & militiae
potenter introiit Velusam, concrematisque villis plurimis praedam con-
traxit aliquam magnam, milites autem & incolae de terra Geldriensi con-
stanter in unum conglobati festinaverunt e contra capram praedam violen-
ter excutere, & adversus Episcopalem exercitum crudele bellum agere. Sed
Dominus Episcopus, ut vir imperterritus, cum tubis stridentibus, & vex-
illis fulgentibus adversas cohortes horribiliter aggressus est, & profugatis ad-
versis hostibus cum captivis & spoliis Trajectum gloriose reversus est. Ex
quibus idem Episcopus adeo ditari cepit, ut castrum Vredelant adversus
incurSIONem Domini de Amstel, expensis magnificis edificaret, quo circum-
jacentes rusticos a consueta rebellionem confimiliter abterreret.

Anno Domini Mcc. liij. Theobaldus de Ghyfen & Volfardus de Berro
Comites cum Guidone ~~fratre~~ & Ioanne de Dampier filij Margaritae
Comitissae Flandriensis collegerunt innumerabile exercitum ex Flandria,
Francia, Picardia & Pictavia, magnam expeditionem insistentes pro sub-
juganda Walacria, Wilhelmus autem Rex e contra Florentium fratrem suum
cum exercitu valido destinavit ad Zelandiam, ut Margaritae Comitissae co-
rumeliam edomaret arrogantiam. Dux vero Brabantiae Regis avunculus
controversiam hanc reconciliari disponens, diem instituit ad interloquen-
dum de concordia, quatenus utriusque partis exercitus sine conflictu redi-
ret ad propria. Cum autem apud Antverpiam triduanum tractaretur inter-
loquium, Margarita Comitissa perperam intendens occulta legatione man-
davit exercitus sui capitaneis, ut extemplo Walacriam introiret, & in absen-
tia Regis cum Florentio Praeside bellum anteciperent. Ac illi mandatis Co-
mitissae festinanter obtemperantes, cum centum & quinquaginta millibus
armatorum transfretaverunt ad Walacriam, minime diffidentes contra Flo-
rentium obtinere victoriam. E contra vero Florentius Praesens cum tubis
stridentibus & cornibus horrifonis in Westcapel adversos hostes viriliter ag-
gressus est, de quibus inopinatum tropheum die iij. mensis Iulij potenter
adeptus est. Fuit etenim in eodem bello tam cruenta strages, & horrendum
excidium, ut Hollandiae & Zelandiae populi per maximam multitudinem
Flandriensium & Francorum interimerent, & usque ad talos in occisorum
cruore pugnantibus subsisterent. Interea Rex omnem rem gestam per festinu-
m nuntium intelligens, & Margaritae Comitissae dolosam traditionem intu-
ens, deseruit Antverpiam, & repentino remigio profectus est in Walachiam:
& ecce fugitivi Flandrienses & Franci depositis armis humillima prece Re-
gis adiere praesentiam: quos & ipse ex misericordia motus suscepit in gra-
tiam, & eodem vero bello de parte Flandriensium & Gallorum quinquaginta
millia sunt occisa, quinquaginta millia submersa, & quinquaginta
millia captivata. Rex igitur Comites de Ghyfen, & de Berro, duosque fi-
lios Margaritae Comitissae captivos, destinavit ad Hollandiam, qui & vul-
garem populum omnino denudatum remisit ad Flandriam. Ita quod unus-
quisque

quisque Ramingus è pìsis vitentibus perizomata circumplectens, & exinde
brachis clunibus suis adaptans ad Flandriam nudus reversus est, & Rex tri-
um phalem laudem ab hostibus inopinatè potitus est.

Lumbis

Margarita quidem Comitissa ruinam suæ gentis amarè deflens, sollici-
tavit Carolum Andagauensem Comitem, fratrem sancti Ludovici Con-
fessoris, & Regis blandis suggestionibus, & largis stipendiis, ut idem Co-
mes cum exercitu copioso ad Hannoveriam veniret, demandans Regi, quod
ipsum ad committendum prælium in desertâ planicie de Aschâ potenter
expectaret. Nec mora, quin ipse Rex cum electis bellatoribus in Ascham
venit, & Comitem Carolum ad tres dies ultra præfixum terminum exspe-

Margarita
imploret an-
xilium Ca-
rolus And-
gauenst. ad-
versus Imp.

ctavit. Denique Rex evulsis castris exercitum suum direxit ad Hannoveriam,
dispones circumvallare Carolum Comitem infra Vallesicinium; sed Ca-
rolus magnanimitatem Regis intuens, secessit ad Franciam, & extunc op-
pidani Domino Regi portas aperientes, recepti sunt ad gratiam. Demum
per amicabiles internuncios Margarita Comitissa Flandriensis amicitiam
Regis adeptæ est, & omnis controversiæ discordia prorsus in hunc modum
terminata est, quatenus Iohannes de Ambrimis primogenitus ejusdem Mar-
garitæ, sororius Regis, Comitatum Hannoveriæ, & terram Alostensem in
hereditatem acciperet, & Guido, qui minor natu fuerat, Comitatum Flan-
driæ possideret.

Valentianam

Valentiano
Imperatoris
dedita.

Auenis

Tax. inter
Margaritæ
& Impera-
torem.

Anno Domini Mcc. liiij. Dominus Papa plurimum gavissus de prospere
Regis, Cardinalem legavit ad Hollandiam, qui Domino Regi sub-
sequentem destinavit Epistolam.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei excellentissimo filio Wil-
helmo Romanorum Regi salutem, & Apostolicam benedictionem. Post-
quam divina potentia suam ecclesiam pacificare disponens, celsitudini tuæ
manifesta bonitatis signa protenderit de viâ, per quam prosperè procedas
& regnes. Itaque Conrado Frederici quondam Imperatoris filio sublato
de medio, alius jam superstes non sit, qui Deo tibi propitio tuis valeat pro-
gressibus adversari, rogamus igitur & requirimus magnitudinem tuam, pa-
ternis monitis succedentes dilecti filij nostri Petri sancti Georgij ad Velum
aureum Diaconi Cardinalis & Apostolicæ sedis Legati communicato con-
silio à cæteris difficultatibus explicans, ad veniendum in Italiam apparatu
regio succingaris, & festinatè ad Apostolorum limina, Deo Duce te trans-
feras: Ibidem circa festum nativitatis Dominicæ proximè venturum rece-
pturus solemniter de manibus nostris Imperij diadema, Datum, &c.

Innocentij
Papa Episcopi
sola ad Im-
peratoris, ut
Romam ve-
niat ad ac-
cipiendam
Imperij cor-
onam.

Imperator
clam & ig-
notus ad Pa-
pam profici-
entis, &
Italiam in-
traat.

Rex igitur cum xij. armigeris, ut peregrinus Alpes transcendit, statum
Italiæ sagaciter exploravit, & ad præsentiam Domini Papæ demum in civi-
tate Ianuensi clam accessit. Dominus autem Apostolicus eundem Regem
suscepit eum solemniter gratitudine, quem & in festivo contubernio secum
detinuit aliquanto tempore, ad cuius supplicationem idem Papa conculit
Abbatibus Eginondensis Monasterij quavis ornamenta Pontificalia, Insu-
per & alia multa gratiosa privilegia. Denique prælibatus Rex Domino
Papæ

Eginonda
dotatus præ-
vilegijs à
Pontifice.

Papæ valedicens Longobardis ignorantibus exiit Italiam, & cum ineffabili gloria receptus est in ulteriore Almannia, ubi quantum honoris sibi quisque Princeps impendit, præsens hæc Epistola lucidissime manifestat.

*Epistola
Vilhelmi
Imp. ad Ab-
batem Eg-
mondensium*

Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus, Abbati Egmondensi Vicecancellario suo gratiam suam & omne bonum. Vt intellecta continentia status nostri in exultatione tuus respiciat animus, suscipiatque materiam gaudiorum: Noveris, quod, dum nuper partes superioris Almanniæ adiremus, omnium vota in amplexione nostri Dominij sic defixa invenimus, ut cuncti tanquam mater super unico filio de mortuis suscitato viderentur nostris in aspectibus gratulari, nostris præcisè patendo bene placitis & mandatis. Insuper accedat tibi ad cumulum gaudiorum, quod castrum Driesvelt & insignia Imperialia, diadema videlicet cum multis sanctuarijs & ornatu ineffabili, lanceam & coronam in nostro Dominio jam habemus, & pacificè possidemus. Datum Spira, &c.

ret

Cùm igitur Rex apud ulteriorem Almanniâ regni negotia prosperè dispensaret, ut ad exhortationem Domini Papæ pro Cæsareâ benedictione verius Italiam iret; ecce Frisones secundum consuetam rebellionem tumultuare cæperunt in ejus absentia contrahentes assiduo deprædationes ab Hollandiâ: Rex verò nolens aliquam objugationis materiam æmulis in tergiversatione sua relinquere, proposuit rebellantem Frisiam primò subicere sibi, & hinc statim pro Imperiali benedictione versus Italiam tendere. Qui confestim in manu robustâ Trajectum descendit, & Prælatos Ecclesiæ ~~summit~~ in atrio S. Mariæ congregavit, ut ibidem locum aptum exquireret, ubi capellam in honore S. Geotgij Martyris devotè construeret. Dum autem ipse Rex cum Prælati resideret in jocundo contubernio, & de curialibus causis adoptato frueretur alloquio, ecce quidam turbator sanctæ pacis, ac intentor novæ litis à remoto volatile saxum secretè projecerat, & Regis honorandum caput ferè contriverat, quapropter circumfidentes Prælati nimiam

absentia

simul

*Frisonum
rebellio Im-
peratorem
ab incepto
stinere in
Italiam
vocavit.*

*Chron. mag: contenho
nis habet*

m. s. huc subiecta

*Imperator
istū lapidē
in consilio
sedens per-
cellitur.*

scandalizati sunt: quinimo de tantâ præsumptione plerimque rupefacti sunt. Rex autem eundem lapidem trutinando suscepit in manibus, hujusmodi verba promens coram astantibus: Reverendi Patres, attendite quam talionem Trajectenses nobis impendunt, qui jactu tam grandis sili- cis nos absque demeritis necitare querunt, quorum fideles Conburgensibus hactenus fuimus, & quorum forenses hostes sub expensis propriis laboriosè subegimus. Sed vivit Dominus & martyr ejus Geotgius, quoniam & hoc forefactum nequaquam transibit in ultum, si vita nos incolimes conservare queat ad annum. Nec mora, quin & ipse Rex cursatilem equum ascendens, cives diffidari jussit, & ad expugnandam civitatem modis omnibus se præparavit. Trajectenses pro casu talis infortunii plerumque disturbati, destinaverunt Magistros civium ad Hollandiam, tentantes cum eodem ~~reformato~~ reformare pacis amicitiam. Sed quid plura? Rex immobilē sententiam edidit, quatenus civitas grassatorem sibi traderet, alioquin ipsam

*Imperator
Trajecten-
sibus com-
municatur
noxium.*

Rege

plurimum

ipsam

ipsam urbem humorens everteret. Itaque Traiectenses obtenta pace modici temporis redierunt ad Iudiciale capitulum, statuentes pro malefactorum nimis arcanum scrutinium, ut ipsius Regis indignationem aliquo modo placarent, & Burgenses innocui sceleris tanti in pace quietissima permanerent.

i Anno Domini Mcc. lv. Rex ipsam Frisiam potentem intravit, rebellantes sibi Frisones egregie vicit, & castrum Tourenburch ad eorum sempiternum offendiculum fabricavit. Demum cum jam tota terra glaciata esset per-
uit via, Rex iterum v. Kalendas Februarij cum duobus exercitibus armipotentem ingressus est Frisiam, ~~propertus~~ ipso die, sicut prius obtinere victoriam, sed non eodem cursu respondent ultima primis: Nam Wilhelmus de Brederoede miles, Capitaneus unius exercitus ordinatus est, qui contra Drechtens Frisones trophaum laudis adeptus est. Rex autem in dextrario residens, secundum gubernam~~ur~~ exercitum, qui ad villam Houtroude concremandam trans paludes securum exquisivit aditum, & cum idem Rex pedestrem exercitum solus in magna distantia processisset, viamque mirabilem ad expugnandos adversarios explorasset, ecce Dextrarius ejus in paludoso vado circumfracta glacie paulatim immersus est, qui ibidem absque juveni-
frise me cujuscunque familiaris suffocatus est, Frisones vero de latibus insidiarum ex arundinetis ubique confurgentes (proh dolor) ipsum Regem antequam exercitus ejus appropinquare poterat, occiderunt: quem propter pulchritudinem armorum timore supervenientis exercitus, ad proximam villam festinantius asportarunt. Morabantur autem illis diebus quidam fugitivi per diversas villas in Frisia, qui paulo pridem propter eorum forefacta proscripti ~~fu~~ ab Hollandia. Hi Regis arma cognoscentes ex auro fulvo splendida, in quibus atrii coloris choruscabat aquila, dixerunt occulte Frisonibus, quod eorum ~~vetum~~ Dominum Regem & Comitem occidissent, ipsis ignorantibus; quapropter quatuor totius Frisiae principales sive Capitanei, timentes laesae Majestatis injuriam, sepelierunt occulte Regium corpus in domo cujusdam Frisonis, ut per succedentia tempora deperiret tam vindicta, quam memoria sui nominis.

k *fructu* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r* *s* *t* *u* *v* *w* *x* *y* *z* *aa* *ab* *ac* *ad* *ae* *af* *ag* *ah* *ai* *aj* *ak* *al* *am* *an* *ao* *ap* *aq* *ar* *as* *at* *au* *av* *aw* *ax* *ay* *az* *ba* *bb* *bc* *bd* *be* *bf* *bg* *bh* *bi* *bj* *bk* *bl* *bm* *bn* *bo* *bp* *bq* *br* *bs* *bt* *bu* *bv* *bw* *bx* *by* *bz* *ca* *cb* *cc* *cd* *ce* *cf* *cg* *ch* *ci* *cj* *ck* *cl* *cm* *cn* *co* *cp* *cq* *cr* *cs* *ct* *cu* *cv* *cw* *cx* *cy* *cz* *da* *db* *dc* *dd* *de* *df* *dg* *dh* *di* *dj* *dk* *dl* *dm* *dn* *do* *dp* *dq* *dr* *ds* *dt* *du* *dv* *dw* *dx* *dy* *dz* *ea* *eb* *ec* *ed* *ee* *ef* *eg* *eh* *ei* *ej* *ek* *el* *em* *en* *eo* *ep* *eq* *er* *es* *et* *eu* *ev* *ew* *ex* *ey* *ez* *fa* *fb* *fc* *fd* *fe* *ff* *fg* *fh* *fi* *fj* *fk* *fl* *fm* *fn* *fo* *fp* *fq* *fr* *fs* *ft* *fu* *fv* *fw* *fx* *fy* *fz* *ga* *gb* *gc* *gd* *ge* *gf* *gg* *gh* *gi* *gj* *gk* *gl* *gm* *gn* *go* *gp* *gq* *gr* *gs* *gt* *gu* *gv* *gw* *gx* *gy* *gz* *ha* *hb* *hc* *hd* *he* *hf* *hg* *hh* *hi* *hj* *hk* *hl* *hm* *hn* *ho* *hp* *hq* *hr* *hs* *ht* *hu* *hv* *hw* *hx* *hy* *hz* *ia* *ib* *ic* *id* *ie* *if* *ig* *ih* *ii* *ij* *ik* *il* *im* *in* *io* *ip* *iq* *ir* *is* *it* *iu* *iv* *iw* *ix* *iy* *iz* *ja* *jb* *jc* *jd* *je* *jf* *jj* *jh* *ji* *jj* *jk* *jl* *jm* *jn* *jo* *jp* *jq* *jr* *js* *jt* *ju* *kv* *kw* *kx* *ky* *kz* *la* *lb* *lc* *ld* *le* *lf* *lg* *lh* *li* *lj* *lk* *ll* *lm* *ln* *lo* *lp* *lq* *lr* *ls* *lt* *lu* *lv* *lw* *lx* *ly* *lz* *ma* *mb* *mc* *md* *me* *mf* *mg* *mh* *mi* *mj* *mk* *ml* *mm* *mn* *mo* *mp* *mq* *mr* *ms* *mt* *mu* *mv* *mw* *mx* *my* *mz* *na* *nb* *nc* *nd* *ne* *nf* *ng* *nh* *ni* *nj* *nk* *nl* *nm* *nn* *no* *np* *nq* *nr* *ns* *nt* *nu* *nv* *nw* *nx* *ny* *nz* *oa* *ob* *oc* *od* *oe* *of* *og* *oh* *oi* *oj* *ok* *ol* *om* *on* *oo* *op* *oq* *or* *os* *ot* *ou* *ov* *ow* *ox* *oy* *oz* *pa* *pb* *pc* *pd* *pe* *pf* *pg* *ph* *pi* *pj* *pk* *pl* *pm* *pn* *po* *pp* *pq* *pr* *ps* *pt* *pu* *pv* *pw* *px* *py* *pz* *qa* *qb* *qc* *qd* *qe* *qf* *qg* *qh* *qi* *qj* *qk* *ql* *qm* *qn* *qo* *qp* *qq* *qr* *qs* *qt* *qu* *qv* *qw* *qx* *qy* *qz* *ra* *rb* *rc* *rd* *re* *rf* *rg* *rh* *ri* *rj* *rk* *rl* *rm* *rn* *ro* *rp* *rq* *rr* *rs* *rt* *ru* *rv* *rw* *rx* *ry* *rz* *sa* *sb* *sc* *sd* *se* *sf* *sg* *sh* *si* *sj* *sk* *sl* *sm* *sn* *so* *sp* *sq* *sr* *ss* *st* *su* *sv* *sw* *sx* *sy* *sz* *ta* *tb* *tc* *td* *te* *tf* *tg* *th* *ti* *tj* *tk* *tl* *tm* *tn* *to* *tp* *tq* *tr* *ts* *tt* *tu* *tv* *tw* *tx* *ty* *tz* *ua* *ub* *uc* *ud* *ue* *uf* *ug* *uh* *ui* *uj* *uk* *ul* *um* *un* *uo* *up* *uq* *ur* *us* *ut* *uu* *uv* *uw* *ux* *uy* *uz* *va* *vb* *vc* *vd* *ve* *vf* *vg* *vh* *vi* *vj* *vk* *vl* *vm* *vn* *vo* *vp* *vq* *vr* *vs* *vt* *vu* *vv* *vw* *vx* *vy* *vz* *wa* *wb* *wc* *wd* *we* *wf* *wg* *wh* *wi* *wj* *wk* *wl* *wm* *wn* *wo* *wp* *wq* *wr* *ws* *wt* *wu* *wv* *ww* *wx* *wy* *wz* *xa* *xb* *xc* *xd* *xe* *xf* *xg* *xh* *xi* *xj* *xk* *xl* *xm* *xn* *xo* *xp* *xq* *xr* *xs* *xt* *xu* *xv* *xw* *xx* *xy* *xz* *ya* *yb* *yc* *yd* *ye* *yf* *yg* *yh* *yi* *yj* *yk* *yl* *ym* *yn* *yo* *yp* *yq* *yr* *ys* *yt* *yu* *yv* *yw* *yx* *yy* *yz* *za* *zb* *zc* *zd* *ze* *zf* *zg* *zh* *zi* *zj* *zk* *zl* *zm* *zn* *zo* *zp* *zq* *zr* *zs* *zt* *zu* *zv* *zw* *zx* *zy* *zz*

Caelus est autem hic Wilhelmus Romanorum Rex, postquam Hollandiam xxj. annis rexisset, & Romanum Regnum annis vij. cum potentia gubernasset. Impletaque est propheta Sibyllae, quae veridico sermone longe praedixit, quod idem Wilhelmus Romanorum Rex a Frisonibus occidendus esset; Eodem anno Domicella Richardis ad remedium animae fratris sui saepe dicti Regis Monasterium puellarum Ordinis Praemonstratensis in allodio patrimonij sui, quod campus Regalis dicitur, aedificare coepit, quod etiam ad foelicem recordationis suae memoriam devotissime consummavit. Anno dehinc Mcc. lxxvi. obiit venerabilis matrona Elizabeth Romanorum Regina, in Middelburgensi Monasterio tumulata.

Occiso glorioso Rege Wilhelmo, Florentius hujus nominis quintus anni dimidij tener infantulus xv. Hollandiae Comes successit, quem Florentius

Wilhelmus
imperator
Frisiam
subigit.

esperans

Drechtenses

Houtroude

Wilhelmus
imperator
a Frisibus
occiditur, &
clam sepelitur.

Illustris

Campus Regalis
ad aedificandum
Monasterium adhibetur.

prope Delft

M. S.

Hic Florentius praefes
Zelandiae fuit
iuxta hoc quod adhuc
regitur Zelandia

Florentius
quintus Co.
mes Hollan.
dia 25.

Ein varij
tutores
quastores
et carami
na commo.
vens.

invalgebat

tius Praefes patrius ejus in tutelam accipiens, Comitatum ad tres annos in pace rexit: qui demum laesus in tyrocinjio defunctus est in Antverpia, sed abinde translatus requiescit in Walachria. Dux vero Brabantiae ex hinc curam ejusdem infantis accipiens, Hollandiam ad tempus regere cepit, qui pro refracto suorum ministerialium dedignanter expulsus fuit. Deinde principales Hollandiae constanter eligerunt in tutorem ejusdem pueri Comitem Geldriae, & contra principales Zelandiae constituerunt tutricem ipsius infantis Aleidim Comitissam Hannoveriae, de qua controversia demum in Voornerzee magnum excrevit praelium, ubi plurimis ab utraque parte peremptis, magna depopulationis ~~exercit~~ homicidium. Sed Hollandiae populus victoriosè prevaluit, & Comes Geldriae Praefecturam terrae potenter obtinuit.

Reverendus in
per Archiep.
Colonienis,
& Comite
Luliacens.

Eodem tempore discordia magna suborta est inter Conradum Archiepiscopum Coloniensem, & Wilhelmum Comitem Iuliacensem: Henricus vero Trajectensis Episcopus aggregavit exemplò tam ex Hollandia, quam ex potestate propria roboratum exercitum, ut Metropolitano suo manuale conferret auxilium. Cum autem utraque pars in loco campestri hinc inde refideret, ut altera die crudele bellum iniret, Henricus Episcopus circa caliginosam noctis umbram a motis tabernaculis simulavit fugere, & cum exercitu suo festinanter ad propria tendere, sed ecce quam primum auroræ jubar nocturnam incepit effugare caliginem. Idem Episcopus Comitatum Iuliacensem audacter ingrediens, plures villas incendit, praedam magnam contraxit, & captivos quotquot voluit, apprehendit: Custodes autem Iuliacensis exercitus nocturnas observantes excubias, cum clamore valido totum exterruerunt exercitum, annunciantes per universam suam patriam flagrare jam incendium. Nec mora, quin & omnes pro rebus suis anxii, perdididerunt animosam audaciam, derelictis quoque papilionibus festina-verunt ad terram propriam. Quibus Henricus Episcopus haud piger, insignis rutilantibus, & tubis stridentibus instanter occurrit, qui captus & occisus plurimis Iuliacensem populum cum victoria superavit. Itaque Colonienis Archiepiscopus per solam industriam Henrici Pontificis ab imminenti bello liberatus est, & Henricus Episcopus ditatus innumeris facultatibus ad terram propriam gloriosè reversus est.

Exatagema
Henrici E.
piscopi in
viam ditto.
nem Iuliac.
profero.

Henricus
Episcopus
Trajectensis
anno 1275.
3. Nov. In-
vij.

Anno Domini Mcc. lxxvij. Nonatum Iunij, Henricus Episcopus requievit in Domino, postquam idem annis xv. victoriosè praefuisset Episcopo. Hic reverendus Pater Collegium xij. Canonorum in Steenwick primitivum instituit, & ad fundamentam novae fabricae Trajectensi Ecclesiae lapidem primitivum imposuit, qui ad eandem Ecclesiam tam à clero, quam à populo dejectus, ubi penes anteriores Pontifices honorificè tumulatus est, in australi parte ecclesiae circa gradus ante eorum ubi ostenditur reliquiae S. Martini

Johannes

Iohannes I. Episcopus 39.

Postquam mortuus & sepultus Henricus esset Episcopus, ecclesia Trajectensis Iohannem de Nassouen elegit antistitem virum quasi seculare & simplicem. Hic Episcopus Episcopalia castra plene referta cunctis necessariis invenit, quæ providentiæ prædecessoris sui cõtra circumjacentes hostes sagacissimè præmunivit.

Circiter hæc tempora visum est quoddam prodigiale signum in aëre: pugiles enim apparuerunt dimicantes alterutrum ut bellatores in acie: quod prodigium secuta fuit immensa calamitas. Nam adversus nobiles surrexit ubique severa communitas. Cum enim Florentius Hollandiæ Domicellus juvenilis esset ætatis, vulgus Kenemariæ contra Nobiles primo tumultuare cœpit, & plurima castra Dominorum ausu temerario devastavit, ita quod omnes ferè Nobiles ad præsidium in Harlem anxie confugerent, ut ibidem tumultuanti vulgo securè resisterent. Deceverunt enim Kenemarij cunctos Nobiles procul expellere, castra subvertere, munitiones destruere, & totam Trajectensem Diocesim in vulgarem communitatem redigere. Quibus extemplò vicini Frisones fortissimâ conspiratione federati sunt. Nihilominus & Waterlandi cum plerisque nationibus coadjuncti sunt. Itaque Kenemarij præliatorum innumerabilem aggregantes copiam, occuparunt primo totam Amsterlandiam, Giselbertus quidem ejusdem terræ Domicellus, attendens vires suas contra tantum exercitum nequaquam posse sufficere cautè consultus pacem acquisivit, fidelitatem juravit, & insulsæ plebi cum suis armigeris se conjunxit. Qui tantæ multitudinis capitaneus effectus, decevit omnes inimicos suos ab Episcopatu propellere: & primum castrum Vredelandt assultuosè destruere. Sed cum ibidem Giselbertus in expugnatione castri nihil omnino perficeret, ac indomita gens hominibus suæ ditionis alimenta violenter abstraheret. Idem Giselbertus Kenemarios admonuit arcano consilio circa noctis umbraculum castra tollere, repentinum iter arripere, & civitatem Trajectensem occultè capere. Nec mora quin Kenemarij Giselberto consiliante de venerunt eam ad civitatem ante solis ortum: quam extunc cum innumeris bellatoribus vallayerunt in gyrum, excubatores verò nocturnis deputati vigiliis stupefacti de tantâ multitudine plebis inopinatè supervenientis exciratis citò civibus nunciaverunt Tartaros advenisse, totamque civitatem cum infinis armigeris occupasse. Civis autem apprehensis armis ad defensionem urbis accelerantes ascenderunt turres & mœnia, statueruntque de cacumina murorum primo quadam interloquia; e contra quidem unus de Kenemariis eloquenter in verba prorupit, qui factò silentio in hunc modum ait:

Salutat

39

Prodigium in aëre visum.

Frisones & Waterlandi cum Kenemariis in Nobiles & Magistratus confederati sunt.

p 20

Giselbertus Capitaneus seditiosa plebis.

Kenemarij Traiectum obsident.

A civibus

Salutat vos amicos libera gens Kenemariae, constanter expostulans quatenus omnes Nobiles communitatem aggrauantes ab urbe vestra profcibatis, & eorum facultates egenis seu pauperibus erogetis, & ecce vix hic interpretis sua verba finierat, cum inter Burgenses magnus tumultus exortus fuit.

Trajectenses ad instigant Kenemariarum Magistratus mutati

communem

Vulgares utique cives de verbis Kenemarij magnanimitate effecti comprehensis armis, statim eiecerunt tribunicia dignitatis illustres viros & nobiles, statueruntque de lenioribus cujlibet officij Scabinos & Consules, qui iudicium sive Iustitiam in urbe facerent, & ad ~~omnem~~ utilitatem civita jura disponerent. Igitur expulsis à civitate cunctis Nobilibus, vulgus novæ potestatis percussit cum Kenemarijs fœdus inseparabilis amicitia, quibus exemplò conjuncti sunt Amerfordenses, cum inquilinis Amsterlandia: Ioannes quidem Episcopus hæc intelligens cum Comite Geldriae venit in Zeist, ut expulsos intra civitatem reduceret, & tumultum insipientis vulgi severè corrigeret: E contra verò Kenemarij suas acies ordinaverunt ad prælium, ut in virtute magna disturbarent Episcopalem cunctum. Sed Comes Geldriae vir belli gnarus, attendens infrenatum populum innumerebilibus esse multitudinis, recusavit cum paucis militibus discrimen inire certaminis, quapropter & ipse sine morâ cum Episcopo retrocessit ad Veluam, ut ad cruentum bellum sufficentem armigerorum posset aggregare copiam. Gisbertus itaque de Amstel Capitaneus tam indomatae plebis, cernens sibi cuncta prosperare, castella scilicet Gisberti de Aboude, Wilhelmi de Risenburch, ac Huberti de Vianen adversariorum suorum destruxit, & exinde Kenemarios pro quadam astutia à belli tumultu temperans in hunc modum alloqui cepit: Bellatores acerrimi, ac amici charissimi, videtis quod totum Episcopatum hoc anno subegimus, & propulsis Nobilibus fortia castra potenter evertimus, anno verò sequenti Comitum Geldriae, qui se nobis opposuit, expugnare proponimus, totamque dittonem suam hostili bello depopulare decrevimus. Nunc autem cum vindemiae tempus instat, oportet ut omnes tendamus ad propria, & ad sustentationem parvulorum nostrorum colligamus quævis necessaria. Igitur Kenemarij suadente Gisberto coadunaverunt exercitum, & exemplò redeuntes ad Kenemariam, vallaverunt oppidum Harlemense per circuitum, quod sine emissione duris impegerunt astutibus, ut quam plures intus eliderent fundis & missilibus. E contra verò Burgenses cum Nobilibus circumvallatum oppidum egregiè defenserunt, & forenses hostes à munitione præsidij sagittis & lapidibus abegerunt. Ioannes verò Persyn miles inclytus, oppidum interea clam exiens vehicula Kenemariarum cibariis onustata comprehendit, & exinde plurimas villas hostium capitalium inflammavit. Kenemarij quidem post tergum aspicientes incendium, relicta jam obsidione, festinaverunt ad propria, deferentes in papilionibus diversæ facultatis suppellectilia. Nec mora, quin & Oppidani de munitione sua catervatim erumpentes fugitivos hostes perniciter insecuti sunt, & occisis multis cum captivis & spoliis in Harlem gloriosè reversi sunt. Episcopus itaque Trajectensis, & Comes

pro quadam astutiam

Harlemum à Kenemarijs obsesit.

ut vita

Ioannes Persyn Kenemariarum suarum agmine ab obsidione deducit.

inter

Comes

mes Geldriae gavisi de confusione Kenemariorum, roboratum attaxerunt exercitum, & civitatem Trajectensem die xxix. mensis Augusti vallaverunt per circuitum. Die vero quarta praefati Principes attendentes urbem non posse capi sine magnis expensis & mangenis, perpendentes quotidianum dolorem de suis vulneratis armigeris, avulsis ilico tabernaculis, obsiderunt oppidanos Amersfordia pro eo, quod paulo pridem pepigissent cum Kenemariis foedus amicitiae: quod tamen Comes Geldriae in deditioem accepit, qui pridem ipsum oppidum pro quibusdam verbis contumacibus omnino destruxit. His itaque gestis Comes valedicens Episcopo secessit ad terram propriam, & Episcopus trans Iselam tendens, devenit in Daventria. Demum transacto biennio Zuederus de Bostichen miles imperterritus cum omnibus dudum expulsis die x. mensis Septembris in aurora per scallas mania scandens, urbem clam ingressus est, & occisis ab utraque parte plurimis, idem Zuederus triumphum adeptus est, qui vulgares viros confestim ab urbe proseripit, & antiquos Scabinos cum Magistris civium potestati pristinae restantavit, processu vero temporis e contra quidam proseriptorum urbem tacite sabintarunt, totumque populum intestino bello crudelissime vexaverunt, quibus utrimque discordantibus, Nicolaus de Carate miles Florentij juvenis Hollandiae Domicelli tutelam adhuc habens cum quingentis saltem armigeris Trajectum ivit, bipennibus & securibus valvas portarum infregit, in medio civitatis pro tribunali sedit, mille & quadringentas personas ab urbe proseripit, & cuncta civilia lura potenter ad voluntatis suae placitum ordinavit.

Anno Domini Mcc. lxxxij. Florentius Domicellus Hollandiae validam expeditionem indixit adversus Frisiam, ut ossa patris sui deportaret ad Hollandiam. Sed Frisones e contra cum aciebus fortissimis occurserunt, & quingentos bellatores pugnantes exuentissime necaverunt. In quo conflictu corruerunt hi milites, & approbatae laudis, egregij pugiles, utpote Verendboldus ex Haghâ, & Albertus filius ejus, Walterus de Egmondâ, & Wilhelmus filius ejus, Theodoricus de Raephorst & Gerardus frater ejus, Iacobus de Wassenaer, Bernardus ex Haghâ, Gerardus de Harmolen, & Walterus Freso Balyvus Kenemerlandiae. Occisis itaque tot electis bellatoribus, Hollandiensis exercitus usque planiciem agrorum in Heilo diffugium arripuit, ubi secundario per recentes armigeros crudele bellum inhorruit, in quo perempti sunt plus quam octingenti Frisones, ita quod eodem die sufficienter ulsi sunt praedicti milites.

Anno Domini Mcc. lxxxij. Florentius Comes aedificato quodam castro quod dicitur Videns Frisiam exercitum in Houdewoud audacter aggressus est, occisisque sexcentis Frisonibus inopinatam victoriam ibidem adeptus est. In eodem namque bello quidam vetulus ad vitam reservatus, sepulchrum Regis prodidit, & Florentius Comes cum paternis ossibus Trajectum adiit, ubi celebratis regalibus exequiis ad Valachriam in expensis magnificis descendit, & Regale corpus in Middelburgensi Monasterio

L. tumulab-

ingenys. n. s.

Amersfordia Comes Geldriae dicitur.

verbis

Zuederus de Bostichen Traiectum recuperavit.

Eiusdem urbs retentant.

Nicolaus de Carate Traiectum purgavit a seditione.

Florentius Hollandiae Comes expeditionem paravit in Frisiam.

LXXXII
habet Czon:
magni Belg.

videns, Frisiam in Houdewoud

Florentius Comes oppidum videns suae patris ossibus restantavit.

tandem quidem

b

c

d

quo quidem

tumulandam honorificè collocavit.

Inundatio
maris Fri-
siam reddidit
captivam.

Anno Domini Mcc. lxxxvij. die xiiij. mensis Decembris ex magna ven-
torum intempérie factum est undosum diluvium, quod submersis homini-
bus & jumentis lachrymosum fecit excedium. Theodoricus igitur ~~Comi-
tus~~ de Brederode, jubente Florentio Comite, classem aptans, remigavit ad
Frissiam, & acceptis singillatim obsidibus, totam illam sine bello subegit
partiam. Comes ergo resluentibus aquis, quatuor fortia castra, scilicet Me-

Castra ad
versus Fri-
siam edifica-
ta.

Guido Co-
mes Flans-
dris Vala-
chiam in-
cessit.

denblick, Esulgenburch, Middelburch & Nyenburch edificari fecit, cum
quibus effrenata plebs innatam rebellionem edomare possit. Cùm quo
Florentius Comes potestativè possederet Frissiam, Guido Flandriensis Co-
mes transfretavit ad subjugendam Walactiam; econtrà verò Florentius
Comes cum electis armigeris festinavit Guidoni potenter occurrere, & cum
eo bellum navale committere. Sed Ioannes Brabantia Dux hoc intelligens,
in Zelandiam citò venit. bellum suspendit, & in hunc modum firmam am-
icitiam in utramque partem laboriosè refecit, quatenus ipse Florentius

Florentij
Comitis u-
xor etque
liber.

Beatricem filiam Guidonis in uxorem duceret, & sic utriusque partis ex-
ercitus sine conflictu certaminis ad propria tenderet: Ex qua quidem Bea-
trice Florentius genuit Theodoricum, Florentium, Wilhelmum, Ottonem,
& Iohannem Hollandia Comitem, Beatricem, Machtildim, Elisabeth &
Margaritam Anglia Reginam. Florentius itaque Comes exaltari vehemè-
ter incipiens transfretavit ad Eduardum Regem Anglia, tentans, si aliquo
modo devenire posset in possessionem Regni Scotiae, quod hereditario iure
Florentij Comitis fuit, quanquam obstantibus quibusdam Scotis obviare

Iohannes fi-
lius Floren-
tij filiam
Eduardi Ro-
ga Anglia
duxit uxore-
m.

nequivit: ubinam Elisabeth ejusdem Eduardi Regis filia copulata est Iohan-
ni filio Florentij Comitis in uxorem, ut Rex & Comes firmarent alteru-
trum perpetuae fidelitatis amorem. Interea Guido Comes Flandriensis in-
videns amicitiae Regis & Comitis, collegit apud Catzant extemplo navis
viginti, & ad subjugendam Walactiam jam secundo direxit exercitum: e-
contra verò Florentius Comes ab Anglia festinanter adveniens classem
suam in Flissinge applicuit, ubi populum suum in unum congregari voluit.

Bellum Fran-
drensium in Ze-
landia.

Denique cùm Guido Comes in transfretando moram faceret, Ioannes de
Renes oppidum Sluyse potenter incendit, & Theodoricus de Brederode
totum Catzand favillatens inflammavit. Flandrienses quidem ad tria mil-
lia pariter aggregati, festinaverunt econtrà Zelandiam in unum concludere,
& eorum classem in porto submergere, sed ecce Ioannes de Renes miles
semper imperterritus cum trecentis Zelandis tria milia Flandrorum auda-
cter aggressus est, & occisis eruentem Flandris ad Florentium Comitem cum
multis captivis gloriosè reversus est. His diebus quidam Nigromanticus

Nuncia
In ~~Francia~~
comparuit, qui se Fridericum Imperatorem fuisse constanter asse-
ruit, qui plerisque ministerialibus quondam Frederici Caesaris multa par-
tefecit arcana, ut quam plures regni Principes per variè seduceret signa.
Irisones igitur accedentes ad praesentiam eiusdem hōi Caesaris, conquesti
sunt de violenta molestatione Florentij Comitis, & ecce seductor ille pro-
tribu-

Imperialibus
curatorium

Epistola
ad Episcopum
Traiectensem.

Nucia

Pseudofra
dericus ca
pau & co
nstitutio

witteflor

Johannes
de Nassau
deponitur
& aliter lo
hannes ali
quis aucto
ritate em
i. sic.

simul

zirk

tribunali sedens in ornamentis Comitem Hollandiae per Episcopum Traiectensem citari fecit, cui per quosdam legatos huiusmodi ~~circumlocutionem~~ de-
stinavit. Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus,
venerabili viro Episcopo Traiectensi gratiam suam & omne bonum. Cum
Imperatoriae Majestatis interfit, sedare discordiam, & punire violentiam, si-
delitatem tuam his praesentibus admonemus, quatenus Hollandiae Comi-
tem coram vassallis Imperii constanter admoneas, ut a violenta molestatio-
ne Frisonicae gentis se contineat & desistat, alioquin adversus ipsum pro-
cedemus, ut dictaverunt iura legum, si vero dictus Comes quicquam lu-
ris sibi competere dixerit ex privilegiis Imperatorum sive Regum in Friso-
nibus libertinis, mandamus tibi quatenus eundem Comitem cites infra
spacium sex hebdomadarum cum eisdem privilegiis nobis ostendendis ad
nostrum Imperiale consistorium in ~~Maastricht~~. Datum ibidem, &c.

Florentius itaque Comes eidem Nigromantico rescripsit hos versiculos:
Non ignorans quod Fredericus Imperator pridem suffocatus esset per suos
domesticos, Non es magnificus quondam Caesar Fredericus, Nones Mo-
narcha, sed nec ~~Missa~~ Patriarcha. Hic Missellus demum ab Archiepiscopo
Colonienſi captus, omnem nequitiam Nigromanticae falsitatis in aperto
confessus est, ac in villa ~~Virello~~ palam omnibus non immerito concrema-
tus est.

His itaque gestis Florentius Comes vocatus ad consilium capituli Tra-
iectensis cum ceteris nobilibus civitatem adiit, quoniam Ioannes electus,
sed nondum adhuc confirmatus, ab Episcopatu deponendus esset. Nam &
idem Ioannes Domino de Amstel castrum Vredeladiz, & Domino de Woer-
den castrum Montfordienſe pro quadam somma pecuniae dedit in Vadimo-
nium, ex quo totum non immerito cepit querelare Episcopium. Igitur an-
no Domini Mcc. lxxviii. postquam idem Ioannes electus tanquam lai-
cus annis xxj. Traiectensi Pontificio praesuisset, ac in magnis debitis diversis
foeneratoribus obligatus esset, tota ~~ecclesia~~ ecclesia miserabilem statum ter-
ra Traiectensis Domino Papae scripsit, & pro quodam Iohanne nato de Zirk
supplicationem devotè fecit. Demum auctoritate sedis Apostolicae Iohan-
nes de Nassou à Pontificio destitutus est, & Ioannes de ~~Zirk~~ Traiecten-
sis Episcopus cathedralis est.

Iohannes 2. Episcopus 40.

Cum itaque Iohannes huius nominis secundus, Traiectensis effectus
esset Episcopus, Gisbertus de Aemstel habens castrum Vredeland
in vadimonium, incepit per quoddam novum Telonium Traiecten-
sem aggravare populum. Quapropter Episcopus de consilio civita-

Missa

K

L

tis & Ecclesie Giselberto pecuniam exhibens castrum expetit, sed Giselbertus
 diversas condiciones in contrarium allegans, pecuniam accipere renuit,
 quamobrem Episcopus congregatis expeditis armigeris, decrevit Dominum
 Aemsterlandie potenter invadere, terram ipsius incendere, ac ipsum ca-
 strum à Giselberto minis & terroribus extorquere. Econtra Giselbertus
 Heremanno de Woerden auxiliante, contraxit ab Hollandia roboratum ex-
 ercitus, devenitque in Zosterenge preliatus adversus Episcopum: & ec-
 ce concurrentibus invicem utriusque partis militibus, cum tubis stridentibus,
 & vexillis irradiantibus Episcopalis exercitus primò prevaluit, & Gi-
 selbertum cum omnibus villanis suæ ditionis egregie *reppulit*. Nec mora,
 quia & Heremannus Hollandiensem eduxit exercitum, totisque viribus Ep-
 iscopalem nitentem disturbare populum. Hic igitur Heremannus in pri-
 mæ congressione fataliter vulneratus in agone certaminis ita strenue man-
 sit, ut tandem Episcopalem exercitum infra munitionem Amersfordie pro-
 fugaret. Cæciderunt autem in eodem conflictu quidam bellatores ege-
 gij, videlicet Stephanus & Fredericus de Zalen viri pugnaces & strenui.
 Igitur Florentius Comes requisitus ab Ecclesia, præmissâ dissidatione ca-
 strum Vredeland circumvallavit cum quibusdam armigeris ex Hollandia
 applicando manginellas ad quassandum turres & mœnia. Aliquanto de-
 hinc elapso tempore Comes obsidionem castrum renovare desiderans, evoca-
 vit recentis armigeros ex Zelandia, proponens ipsum castrum obsidione
 vallare strictissimâ, Giselbertus autem his agnitis stipendiarios occultè col-
 legit, ac improvisis Zelandis prope Lonen potenter occurrit. Econtra vero
 Costius de Renes Capitaneus Zelandorum cum cornibus horrifonis, &
 vexillis fulgidis adversam multitudinem audacter aggressus est, de quibus
 rebellante manu triumphalem laudem adeptus est, corruit equidem in ipso
 conflictu Dominus de Brederode miles inclutus cum quibusdam aliis ele-
 ctis bellatoribus, & Giselbertus de Aemstel ibidem captivatus est cum ple-
 risque de suis commilitonibus: Arnoldus autem ipsius frater magnificen-
 tiam Comitis expavescens castrum extunc suâ sponte resignavit, quod idem
 Comes suis ballistariis fidelissimè communit, sed quoniam Heremannus
 de Woerden Giselberti complex omnino fuit, aptamque rebellionem adver-
 sus Episcopum in Zosterenge dudum egit, ideoque Comes injuriosam
 contumeliam Episcopo pridem illatam, emendare volens, expeditum ite-
 rato collegit exercitum, totamque terram Heremanni per hostile de popu-
 lari decrevit incendium. Heremannus vero contra magnipotentem Comi-
 tem non habens sufficientem resistendi copiam, castrum Montfordie suis
 satellitibus communit, & ad exterar partes à facie Comitis quasi profu-
 gas declinavit, sed ecce Comes non desistens ab inchoato proposito, di-
 ctum castrum circiter annum obsidione cingens, quotidianus impugnavit
 assultibus, aptatis ad hoc multis mangenis cum diversis tormentorum ge-
 neribus. Denique Comes perseveranter in obsidione manens, castrum
 rebellanti

reppulit

*Florentius Comes ob-
sidet castrum
Vredelane.*

Brano m.s

*Giselbertus
in pralio ca-
pitur, &
castrum
Vredelando
& fratre suo
dicitur.*

*M. Sp.
evindicare*

M. s. ingenij

*Castro
Montfordie
capitur à
Comite.*

rebellanti manu violenter obtinuit, ac omnes castrenses exceptis duobus decollari voluit. Hic ergo Comes adeptum castrum propriis adimplevit armigeris, ut adversus incursionem Heremanni quotidianis invigilarent excubiis, processu vero temporis verbum pacis inter eosdem Principes in hunc modum ordinatum est, quatenus Giselbertus de Aemstel & Heremannus de Woerden sub omni honorum suorum stipulata cautione fideliter hoc promitterent, quod adversus Episcopum Trajectensem & Comitem Hollandiae nunquam rebellionem attentare praesumerent. Comes autem pro sumptuosis laboribus ab eisdem complicitibus fidelitatis acceptaret Homagia, & extunc Episcopus sua castra rehaberet in potestate propria. Ratificatum est itaque patentibus instrumentis ab omni parte praefatum arbitrium, & terminatum est in eisdem magnates hostile litigium. Comes equidem ex mera nobilitate profus omnem animi rancorem ex corde remisit. Nam & Giselbertum ac Heremannum consilij sui praecipuos secretarios ordinavit. Sed Heremannus (proh nefas) invidia zelum oblivisci nesciens circumvenit Giselbertum vitum simplicem, quem secum attraxit in conspirationem adversus Comitem, cujus etiam intuitu Gerardus de Velsen internuncius collegit in Cameraco Duramensem Episcopum ex parte Regis Angliae, Dominum de Cuyck ex parte Ducis Brabantiae, & duos consiliarios Comites Flandriae, ubi definito consilio decretum est, quatenus Florentius Comes vivus debeat apprehendi, & ad perpetuam prisonem Regis Angliae transmitti, & Ioannes filius eius, gener Regis in Hollandia dominari.

Interea Florentius illustris Comes harum traditionum inscius paulo pridem excellentis aedificij curiales mansiones seu praecelara palatia construxit in Fogelsang & in Haga, ubi cum proceribus & puellis infra sylvarum frondosa laubula, vel continuam venationi dedit operam, aut in armis militarem exercebat industriam. Igitur anno Domini Mccc. xcvj. Florentius Comes Trajectum tendens ad sedandam discordiam inter milites de Zutte & praedictos suos Consules, introivit Ecclesiam, assumens secum quosdam milites, & ecce quaedam muliercula divinitus inspirata sibi chartam occulte potterit, quam & idem Comes per secretarium suum in hunc modum legi fecit: Regia proles, inclyte Princeps, animadvertite quae Psalmista prophetavit. Homo pacis meae in quo speravi, significavit super me supplantationes. Florentius vero Comes ex magnanimitate sua parvipendens hunc versiculum, celebravit cum Praelatis & civibus solemne prandium, qui circa meridie horam decrevit aliquantisper obdormire, & residuum diem in jocundo contubernio consummare, quem soporantem Giselbertus de Aemstel a somno suscitans indefinenter admonuit, ut cum falconistis urbem exiret, quoniam inaudita copia volatulum in campestribus resideret. Comes aucupalis ludi plerumque cupidus, pulcherrimum nidum ad manum sumens, cum paucis familiaribus

Giselbertus
& Heremannus
inter se gratiam
faciunt
substantia eorum
determinantibus
inter

Conspiratio
adversus
Comitem
Florentium
auctore
Heremanno
supradicto

4 miles egregius et in
omnibus Hollandandus
praeter in isto praesenti
puncto

Admonitio
divina sub
recepta.

7 qui edebat panes
oneos

plurimum

urbem egressus est, & per latentes insidias ad distantiam medii militis fecit productus est. Sed ecce Heremannus de Woerden cum infinitis armatis de latibulis insidiarum irrupens Comitem ab omni parte vallare studuit, & Gerardus de Velsen haud piger primus in Comitem irruit: e contra vero Comes, ut vit imperterritus eiectione gladium educens semetipsum nitentur defendere, malens antea mori, quam tantis traditoribus se captivum tradere. Sed hoc minime profecit, quoniam praedicti grassatores (proh pudor) adhuc ejusdem Comitis vestimentis amicti, ac eodem die suis alimentis in Trajecto deposti, tantum Principem traditoriè captivarunt, quem ad praesidium Mudense ipsa nocte secretissime adduxerunt. Interea rumor tam odiosa fama plurimorum corda perterruit, & vulgus Kenemerlandiae, Waterlandiae, similiter & Frisiae pro liberando Comite repentinum iter atripuit, quod grassatores agnoscentes, fugerunt exemplò cum captivo Comite per paludes & devia, & e contra cives Nardenses Comitem liberare meditantes, occurrerunt in magna copia. Igitur hi fugitivi nimirum anxii sunt tum ex ~~populosa~~ multitudinem Kenemariorum subsequenti-
tum ex formidulosa sollicitudine villanorum occurrentium. Comitis autem equus exiguus fossarum latitudinem transilire nequens, in vado cecidit,

Gerardus de Velsen Comes Florentium occidit.

quem Gerardus de Velsen, timore supervenientis exercitus extrahere non potuit, quamobrem idem Gerardus sellitum habens animum eundem cum mucrone suo xxj. vulneribus occidit, & ad castrum Cronenburch in equo cursa tili citissime retrocessit: Heremannus vero de Woerden ad exteras partes declinans, exquisivit hinc inde refugium, qui de ditione sua propulsus perpetuae desolationis intravit exilium. Sed Giselbertus vir simplex & grandævus ab eodem Heremanno de Woerden omnino seductus est, qui ab externis amicis ad vitae suae consummationem satis debite sustentatus est. Interea Kenemarij semivivum Comitem in venientes adhuc respirantem, & ut quidam tradunt, pauca loquentem, apprehenderunt quosdam de praedictorum latronum clientibus, quos in conspectu moribundi Comitis diversis interfecere cruciatibus. Sed & ipse Comes erectis in caelum oculis, v. Kalendas Julij requievit in Domino, coronatus, ut speramus, in caelo pro tam crudeli martyrio. Hic Florentius Comes annos fere xlii honeste regens Hollandiam, Princeps erat valde gloriosus, staturâ procerus, virtute robustus, aspectu decorus, sermone facundus, corde magnanimus, agilitate strenuus, in dando largissimus, ~~peropimus~~ Musicus, & acquirectus iusticiarius: cuius ex animo corpus ad Reynsburgense Monasterium de vectum est, quod ibidem penes Beatricem conthoralem suam lucuosis exequiis honorificè tumulatum est. His itaque flebiliter ~~actis~~, Comes Clivenfis sanguineus Florentij Comitis jam sepulti validam expeditionem eduxit ab Hollandia, circumvallavitque castrum Cronenburch obsidione gravissima, quod idem Comes cum tormentis indefinenter impedit, quoad usque Gerardus cum suis complicitibus urgente penuria victualium se captivum dedit, qui traditionem Comitis, ut praescribitur, in aperto confessus est se-

Elogium Florentij Comitis.

perophilus

Castrum Cronenburch capitur, & Gerardus de Velsen supplicij afficitur.

riatim;

ratina, atque idem Gerardus inter acerba supplicia dirè rotatus est. Vulgus igitur Hollandiæ jam dictum castrum ex magnâ parte destruxit, & ad comburendum castellum Mudense validissimè properavit: Sed ecce castellum hoc diffugientibus armigeris absque defensore repertum est, quod extunc Theodorico de Harlem ad tuendum districtè commissum est. Comes verò Clivensis recepit extunc in tutelam totam Northollandiam: & contra Guido de Hannoniâ Theaurarius Leodiensis vendicavit sibi Præfecturam totius Zuydhollandiæ manens in Bergâ, de quâ controversiâ quotidianus tumultus excrevit, & Hollandiæ populus bipartitè divisus, sine vero Domino vacillavit.

et habitans in Haga

Wilhelmus Episcopus 41

Eodem anno Iohannes Episcopus Apostolica translatus auctoritate Tullensis Episcopus effectus est, & Wilhelmus de Mechliniâ natus auditor causarum in Romanâ curiâ alij. Episcopus ordinatus est: hic Wilhelmus Trajectum adveniens, totum Episcopatum diversis involutum gueris reperit, quod ad bonum reparare statum intentè studuit. Nam & idem Episcopus in primis castrum Mudense cum electis obledit armigeris, quod aded conquassavit cum diversis tormentorum mangenis, ut Theodoricus de Harlem impetratâ deditioe demum in captivitatè transiret, & salvâ vitâ castellum ipsi liberè resignaret. Ex hac igitur prosperitate Wilhelmus Episcopus magnanimus effectus, secessit ad West-frisiam, & ibidem adversus Hollandiensem populum Episcopalem prædicavit indulgentiam. Frisones verò secundum consuetum morem ad rebellionem proni, suadente Wilhelmo Pontifice vallaverunt castrum Widenes per circuitum infestantes acriter ibidem per assultum creberrimum, ita quod Baldevinus de Naelwick tandem exhaustis necessariis idem castellum Frisonibus hac conditione traderet, ut ipse salvis rebus ad Hollandiam in firmâ pace recederet. Nec mora, quin Frisones hoc castro destructo, Esmigenburch confringerent, Medenblack obsidione eingerent, ac ipsum oppidum favillatenus incenderent, Florentius autem de Egmondâ cæterique castrenses eam Frisonibus sæpe strennuè confilientes aded graviter obsessi sunt, ut consumptis victualibus equinas carnes demum manducare coacti sunt. Iohannes quidem Hannoniæ Comes hoc audiens, cum expeditione magnâ remigavit ad Frisiam, occisisque xxv. saltem Frisonibus, asportavit obsessis Castrensis magnam ciborum opulentiam. Prinde verò de Arekel & de Putte comburentes Enehusen, maximam prædam prædiderunt, qui salvâ classe propriis litioribus laudabiliter applicarunt.

Episcopus castrum Mudense cepit.

ingenijs

Episcopus Frisos in fugas in Hollandiam.

Frisi alia quæ castra destruxerunt.

Iohannes Comes Hannoniæ Mechliniæ obsidione captus fuit.

Domini

mon-

Joannes Comes Hollandia reg. in Anglia revoctur. mondensis, Theodoricus Dominus de Brederode, Henricus Castellanicus Leidenfis, ac Wilhelmus de Egmond milites profunda pelagi transfretantes, exoraverunt Regem Angliæ quatenus annueret, ut cum eis transfretet Ioannes Domicellus Hollandiæ. Eduardus verò Rex eosdem gratiòse suscipiens, navem inestimabilis ornamenti coaptari fecit, in qua Ioannem Domicellum, insuper & filiam ejus uxorem ad Hollandiam destinavit: Sed hic Domicellus vento carens prospero, Zelandiæ finibus applicuit, quem extunc Wolfardus de Vere destitutus cunctis Hollandis in tutelam obtinuit.

Subiugare

Joannes Comes Hollandia Prifium invadit. Anno Domini Mcc. xlvj. idem Hollandiæ Domicellus volens rebellantem sibi ~~subiugare~~ Frisiam, devenit armipotenter in Alckmariam, contra verò Frifones in manu fortio occurfarunt, qui robur totius Frifia pro committendo pralio gravi contraxerunt, & ecce concurrentibus invicem utrifque partibus cum cornibus horifonis, & vexillis fulgidis, fit ingens clangor armorum, & magnus stridor occiforum. Nam Hollandiæ & Zelandiæ populi bipartitas inimicorum acies difunctim impugnantes, quatuor millia Frifonum occiderunt. Quinimò maximam multitudinem diffugientium ad interiora terræ latibula profugarunt. Ex parte quidem Hollandienfis exercitus Ioannes Dominus de Arckel miles egregius, & Ioannes de Dörtoghe armiger inclytus cum duobus aliis occifi funt, qui pro virili probitate per aeterna tempora collaudandi funt. Contigit autem hæc

Wilhelmus Epifcopus in fugas Frifos Orientales in Hollandas.

*Frifii vi-
tu Epifco-
pus fugio
ad Trajectum.*

Gifelbertus de Ifelkeyn captivus.

cruenta strages vj. Kalendas Aprilis in fpaciosis agris villæ Fronienfis. Wilhelmus autem Epifcopus attendens succubiffe West-frifones, transfretavit ad Orientalem Frifiam, & ibidem adverfus Hollandiæ populum jam fecundo papalem prædicare cepit indulgentiam. Frifones igitur Epifcopo manuale promittentes auxilium, devenerunt in Monckedam per feftivum reinigium. Oppidani quidem Harlemenfes cum Waterlandis contra copiofum eduxerunt exercitum, qui cum fignis fulgurantibus & tubis peritrepentibus animosè Frifingenfem funt a grefsi populum. Sed ecce Frifia vulgus confotum à bello declinans, feftinavit introire navigium, repentino remorum impulfu maturare diffugium, quos extemplò Waterlandi viriliter infecluti funt, & occifis infinitis Frifonibus trophæum laudis potenter adepti funt. Wilhelmus autem Epifcopus hoc amiffo jam pralio, modicam fe Napham introivit, & ad partes Ifelinas feftino remigio declinavit. Ioannes verò Domicellus Hollandiæ perpendens, quod Wilhelmus Epifcopus duabus vicibus dura prælia fufciffet, & adhuc ad partes Ifelinas novo pro subsidio tranfmiffet, mandavit Gifelberto de Ifelkeyn, quatenus ad tempus caftro fuo fcederet, & ad impugnandum Epifcopum Hollandienfes armigeros intrmitteret. Gifelbertus autem hoc omninò facere recufabat, præfertim eum & ipfe Iufticiarius in terra Trajectenfi conftitutus effet. Quamobrem Hollandiæ Domicellus Gifelbertum apprehendi fecit à fuis hoftibus, cujus & caftum impugnatu juffit quotidianis aftultibus. Econtra verò Domicella Bartradis ipfum caftum circiter annum egregiè defen-

*M. S.
Gifelberti vxor.*

defensavit, quoad usque deficientibus necessariis sub hac forma conditio-
nis in deditioem transivit, ut ipsa per sortis casum medietatem castrensem
salva vita retineret, & Domicellus Hollandiæ de residua parte voluntatis
sua desiderium ordinaret. Domicellus autem Hollandiæ jam adeptum ca-
strum cum tota ditione de Woerden dedit Wolfardo de Vere dehinc in ho-
magium, ut in contumeliam Episcopi Trajectensis dissiparet Pontificium.
Sed idem Wolfardus totam Hollandiam per novam monetam aggravans,
ab hinc in Delt occisus est, post cuius necem à vulgari populo tumultus
ingens exortus est. Anno Domini Mcc. xcix. Ioannes Domicellus iiii. Ka-
lendas Novembris apud Harlem requievit in Domino, postquam Hollan-
diam rexisset annis tribus cum dimidio: Hic Ioannes solus inter omnes Hol-
landiæ Principes sine liberis & absque militari nomine defunctus est, qui
in Reynsburgensi Monasterio penes patrem honorificè tumulatus est. Do-
micella quidem Elisabeth post mortem sui conjugis transivit ad Regnum
Angliæ, quam exinde duxit in uxorem Comes Erffordia; post eiusdem Do-
micellæ mortem Gisbertus de Aemstel oppidum suum ligneis pontibus,
& turris propugnaculis undecunque munivit. Sed vulgus Waterlandiæ
eum oppidanis de Harlem profugato Gisberto pontes & munitiones fa-
villatenus inflamnavit.

Castrum de
uxore dedi-
tur certis
conditio-
nibus.

Ioannes
Comes mo-
ritur anno
1299.
4. Cal. Nov
vemb.

Uxor eius
in Angliam
redit.

Defuncto Ioanne Domicello, Ioannes Comes Hannoniensis filius A-
delheidis sororis Wilhelmi Regis, Hollandiæ Comes effectus est, qui statim
Dominia de Aemstel, & de Woerden Guidoni fratri suo largitus est, habens
in uxorem Philippam filiam Comitissæ Lutsemburgiæ, de qua genuit Iohan-
nes primogenitum, Wilhelmum succedentem Hollandiæ Comitem, Ioan-
nem de Bellomonte, Dominum Henricum Cameracensem Canonicum,
Margaritam Comitissam Atrabatensem, Adelheidin Comitissam Clare-
montensem, Mariam Comitissam de Borbinois, & Machuldin Dominam
de Niele. Hic Ioannes primo dominationis suæ tempore cum expeditione
valida remigavit ad Zelandiam, ubi contra rebellionem Ioannis de Renes-
demum obtinuit in magna laude victoriam. Ioannes itaque de Renes de-
victus transfugit ad Albertum Romanorum Regem pro subsidio asserens,
quod Comitatus Hollandiæ post obitum Domicelli Ioannis Romano va-
cetet Imperio. Albertus igitur Rex descendens ad Hollandiam, destinavit
huiusmodi literas per universam Provinciam, Noverunt universi, quod
Albertus Rex invictus vacantem Hollandiæ Principatum Romano poten-
ter incorporabit Imperio, quem Carolus Rex Theodorico Comiti donavit
in feudo.

Ioannes
Hannonien-
sis 17. Co-
mes Hollan-
diæ.

Genealogia
Iohannis Co-
mitis Hol-
landiæ.

Expeditio
in Zelan-
diam.

Albertus
Imp. ex de-
latione Io-
hannis de
Renes Hol-
landiæ Co-
mitatus in
petit.

deseminavit

Igitur Albertus Rex Anno Domini Mccc. descendit usque Novima-
gium ad subjugandum Comitatum Hollandiæ, adducens secum Maguntin-
ensem, Treverensem, & Coloniensem Archiepiscopos, cum plerisque
primatibus Regni Alemanniæ. Econtra verò Ioannes Comes amipotentem
advenit in Bontwaerd, ubi metatis castris super alveum, vale, assidue cepit
investigare, qualiter ad expugnandam Regis exercitum magis commode
M. posset

al. Goffe
waerd. parte
Bontmelfwaert.

orum

*Tunc inter
Imperatorem
& Comitē.*

*d' Renes pro
scribitur, et
bona eius
publicatur.*

*Wilhelmus
Episcopus
a suis ca-
pitur.*

*Romanus va-
dens: Epis-
copum Mo-
nasterien-
sem a Pa-
pa accipit
aditorem.*

*Episcopus
Traiectum
armata
manu ten-
tas.*

congregatione

posset pertransire. Sed ecce Rex multitudinem vexillorum & fortitudinem armigerum Hollandiensis exercitus à cacumine turris procul intuens, & se delusum à Zelandis aestimans, retrocessit ad Cranenburgiam, ut altera die repatriaret in Alostriam. Archiepiscopus vero Colonienſis pro Regis honore conservando pacem extunc elaborare studuit, qui tandem sub hac forma arbitrium suum edidit, quatenus ipse Comes Domino Regi fidelitatis præstaret homagium, quo facto primates ex templo reversi sunt ad propria. Zelandi vero Regi tandem venientes in auxilium derelicta classe penes Heufden transfugerunt pedes ad Flandriam, de prædantes assidue vicinam Zelandiam: sed Ioannes Comes hos fugit, eos citius insecutus, desertas rates advenit, Ioannem de Renes proſcripsit, cuius facultates adiutoribus suis subdivisit.

Eodem anno Wilhelmus Traiectensis Episcopus adversantibus sibi Zuedero de Montforde, Huberto de Vianen, & Joanne de Linscoten militibus, ac Iacobo de Lichtenburgh Magistro civium, apprehensus est, ac infra civitatem propriam circiter annum in captivitate detentus est. Demum idem Episcopus à prisione laxatus, sedem adivit Apostolicam, ut Traiectense Pontificium Domino Papæ resignaret, & exinde sopitis cunctis adversitatibus in tranquillâ pace maneret. Sed ecce Dominus Apostolicus Episcopatum acceptare nolens, mandavit Episcopo Monasteriensi, quatenus ipse Wilhelmus confratri suo contra quoscunque grassatores manuale ferret auxilium, qui nitentur impugnare Traiectense Pontificium. Hic Wilhelmus repatriare disponens xv. die mensis Augusti quoddam prodigiale signum apud Anagninam vidit, quod mortis suæ jam instantis iudicium pronosticale fuit. Intuebatur enim solem esse bicornem ad modum lunæ mediæ, de quo fulgurantes radii coruscabant ad instar lucis sanguinæ: qui mox de partibus Transilælanis elegantem aggregavit exercitum, tentans si civitati suæ patentem inveniret introitum. Sed ipse Episcopus urbem introire nequens, declinavit ad loca campeſtria, & ibidem causâ repatriationis suæ decrevit exaltare tentoria. Cum autem hæc agerentur, quidam Hollandiæ nobiles, utpote Theodoricus de Wassenaer, Henricus Castellaneus Leidensis, Philippus de Montfort, Florentius de Duvendorde, Simon de Benthem, & Iacobus de Woude milites, cum multis armigeris odientes ipsum Episcopum propter antiquam discordiam, & diligentes Iacobum de Lichtenburgh propter confinem amicitiam comprehensis armis devenerunt in campeſtrem planiciem, quæ dicitur Hoghwoerden, cum tubis tremulis, & signis fulgidis, ut Episcopum à civitate propellerent, & præfatum Iacobum ab imminente periculo potenter eriperent: e contra vero Dominus Episcopus cuius exercitus in duplo major erat, acies suas ad bellum ordinare tetendit, qui cum tubis frementibus & vexillis irradiantibus adversis hostibus audacter occurrit, ita quod in prima congressione quosdam villanos ab exercitu segregatos expelleret, & Hollandiensi populo cum virtute magnâ resisteret. Interea Zuederus de Montforde cum indefessis advenit armigeris, qui grande ju-

vamca

vamen asportavit Hollandiæ populis, & ecce bellum crudele cœpit ingruere, præliantes se mutuo sternere, & pro coronâ victoriæ severè contendere, Episcopus verò levitate sui dextrarij semel & iterum Hollandiensem transvolavit exercitum, quem cunctus populus primò trucidare pertimuit tantquam spiritualem patrem & Dominum, sed idem Antistes hostiles turmas jam terribè transilire præsumens ab equo prostratus est, & ibidem anno Domini M. ccc. l. iij. Nonarum Iulij, qui est translatio sancti Martini, prohdolor, à profanis filiis occisus est. Corruerunt ~~enim~~ ex utraque parte multivalentes armigeri, maior verò pars ab exercitu morientis Episcopi, cujus exanimè corpus ab hospitalaris delatum est ad ecclesiam S. Catharinæ, donec exequiis congruentibus in Ecclesiâ cathedrali traderetur ecclesiasticæ sepulturæ. Hic Wilhelmus ad quinque saltem annos Episcopatum rexit, qui cunctis diebus suis persecutiones graves, ut prædicitur, passus est.

*Episcopus
in prælio ca-
dit 1301.
4. Non. Iulio
13. autem*

Guido Episcopus 42.

Post occisionem Wilhelmi Pontificis, Ioannes Comes à Zelandiâ citò veniens supplicavit ecclesiæ Trajectensi pro Guidone fratre suo, Thefaurario Leodiensi. Canonicorum ergo quidam elegerunt Guidonem eundem Thefaurarium, quidam verò Radulphum de Waldech majoris Ecclesiæ præpositum. Porro quamprimum Guido gubernationem Episcopatus accepit, Radulphus ad partes Transsylvanas secessit, fuerunt etenim ejusdem Guidonis fratres carnales Borzardus Episcopus Merensis, Ioannes Episcopus Cameracensis, Ioannes Comes Hollandiensis, & Florentius Princeps Morianensis, quorum auxiliante ~~pompâ~~ dictus Guido Pontifex adversantes hostes subegit, totumque Pontificium in tranquillâ pace quietissimè gubernavit.

His diebus contigit in Hollandiâ quoddam speciale prodigium, quod venturæ calamitatis fuit singulare præsagium. Quidam enim eques apparuit, admonens universam plebem arma tollere, & pro repellendis hostibus litus maris festinanter ascendere. Igitur omnis populus ad mare tendens pro debellandis hostibus, aspexit aquam adimpletam, quasi navibus, sed ipsa classis in momento disparuit, & prælibarus eques quasi phantasma cœlestim evanuit.

Anno Domini Mccc. iij. Guido Flamingus aggregavit electam militiam, ut vicinam armipotenter expugnaret Walaciam; cui Wilhelmus major natus Ioannis Hollandiæ Comitis eleganter occurrit: qui occisus in Cantant plerisque Flamingis honorificè triumphavit. Nec mora, quin Guido Flamingus congregavit iterato elegantes armigeros, ut jam secundo debellaret Zelandiæ populos, cui Wilhelmus juvenis secundariò se opposuit, qui

potentiâ

*Prodigium
sutura elan-
du.*

*aequor adimpletum
infinitis*

*Guido Co-
mes Flan-
dris Walaciam
christiani
impetio*

*Wilhelmus
Johannus
Hollandia
Comitis fi-
lius: prodi-
gionem de-
clinat &
vincit.*

*Frisones in-
vadunt ho-
stes, sed exi-
tu insulici.*

*Guido Epi-
scopus Tra-
jectensis ca-
ptus in Elā-
dorum insu-
lis.*

*Cadente
quercu om-
nes signati
veniunt.*

*Witro de
Hornstede*

tamen ex interna traditione, tam in Vere, quam in Arnemuden uno die
bis victus succubuit. Wilhelmus itaque declinans à prælio, declinavit ad
oppidum de Ziericze pro recenti subsidio, quem Guido Flamingus absque
morâ secutus fuit, ac ipsum oppidum ad sex septimanas sagittis & fundibu-
lis laceflivit. Demum ipse Wilhelmus unâ dierum portas urbis latenter a-
periens forensẽ disturbavit exercitum, qui tam occidendo quàm submer-
gendo mille Flandros & quingentos dedit in interitum. Qui demum præ-
fatum oppidum diligentĩ custodiã mancipavit, & ad Hollandiam secessit,
& auxilio patris sui Domini Guidonis Episcopi copiosum eduxit exercitũ,
ut in virtute magnâ circum obsessum liberaret oppidum. Cũ autem glo-
riosus exercitus tam Pontificis, quàm Comitis appropinquarent Duvelan-
diã, quidam temerarij juvenes ex navibus exsistentes confagitare æpe-
runt contra præscriptos Zelandiã. Et ecce Ecclesiã Trajectensẽ & Hollan-
diensẽ populi fixis anchoris ascenderunt in aggerem, ut ibidem castra lo-
carent propter instantem noctis caliginem. Frisones autem dormire re-
cusantes, incenderunt hinc inde fugitivorum tabernacula, revertentes ad
stationem navium suarum cum prædã copiosissimã. Nec mora quin habi-
tatores Duvelandiã confestim arma capientes, & per notas semitas Friso-
nes indilatẽ sectantes, super exercitum adhuc soporantem, irruerunt, quem
in clamoribus & ictibus validissimis excitaverunt. Hollandientes autem
& Trajectenses armigeri de quieto somno terribiliter excitati, comprehens
armis festinaverunt inimicis obsistere, ac eosdem à propugnaculis castro-
rum procul expellere: sed hoc minimẽ profuit, quoniam umbrosa caligo
maledictã noctis tantũ inhorruit, ut amicus amicum non agnosceret,
quinimo cognatus agnatum alternã cæde perimeret. Corruerunt autem in
ipso conflictu Wilhelmus de Horn, Præpositus Trajectensẽ, Nicolaus Per-
sin, Theodoricus de Harlem, Theodoricus de Zulen, & Zuederus de Be-
verwaerde bellicosi milites, cum plerisque Burgensibus & villanis, excep-
tis aliis multis in marinis fluctibus suffocatis. Guido quidem Episcopus
cum copiosa turbã plebis & militia captivatus est, qui sub arcã custodia
versus Flandriam abinde transmissus est. Wilhelmus autem extemplo na-
vem ascendit, & ad præsidium Zirexe cum periculo vix evasit. His itaque
gestis Guido Flamingus de victoria Zelandorum valdẽ gavisus, cum innu-
meratã classe totam Northollandiam usque Harlem per Joannem de Rencs
Dordracum potestati suã vendicavit, quapropter Guido Flamingus Tra-
jectum adiit, & ab Ecclesiã diligenter expectit, quatenus Guido captus
Pontificio privaretur, & Wilhelmus Iuliacensẽ in Episcopum eligeretur,
qui per suos internuncios ibidem forsitan impetrasset. Si Witro de Hornste-
den Bastardus Florentij quondam Comitis de Zirexe per turbulentũ equor
ad Zandfordiam non venisset: sed postquam hic miles illustis cum paucis
armigeris intrasset Harlemense præsidium, Kenemari cum Frisonibus oc-
currerunt in ipsius auxilium, cum quibus idem Witro naves eduxit, obli-
des re-

des resumit, & Flandros hinc inde repertos sine numero occidit. Nicolaus verò de Putte Præfectus Walacriæ cum Dordracensibus Ducem Brabantiae fugans, omnes pagos usque Buscum Ducis incendit, & ad montem S. Gertrudis in prædâ magnâ reversus fuit. Guido quidem Flamingus his agnitis confusus, à Trajecto declinans, oppidum de Zirxe jam tertio cinxit obsidione gravissimâ, quod mangenis aptis, catts, & cæteris ingeniis lacessavit insultatione creberrimâ. Wilhelmus approbatus adolescens interim ab Hollandiâ perpulchrum eduxit exercitum, ut ab infestatione terribili suum liberaret oppidum. Cui Philippus Rex Francorum transmisit à Calesio trecentas & quinquaginta triremes cum quinque galeriis in adiutorium, quas Amiraldu Regis cum vexillis aurifluis, & edoctis tubicinariis eduxit ad prælium. Eodem igitur anno, die ~~vigesimo~~ ^{vigesimo} mensis Augusti, qui est festivitas sancti Laurentij Martyris pretiosi convenit navalis exercitus tam Regis, quàm Comitis, ut Flandros ab obsidione propelleret, & eorum classem in profundo maris ~~immergeret~~. Flandrienses verò e contra coopraverunt navem miræ magnitudinis, quam accèderunt fomento cereæ, lardi, salispetræ, picis & sulphuris, quatenus hanc ratem inextinguibiliter accensam per ventum prosperum dirigerent super Hollandiæ exercitum, & exustis vicinis navibus disturberent adversum populum: sed ecce navis hæc flammivoma refluentibus aquis, & resantibus ventis ad Flandros vice versa rediit, cujus & ductores miserabiliter exustos vorago pelagi vivos absorbuït. Ex hoc igitur eventu miraculi tam Hollandiæ, quàm Franciæ proceres præliandi susceperunt animum: qui cum tubis stridentibus, & vexillis efforuscantibus Flandriensem impugnare cæperunt exercitum: e contra verò Flamingi per diem & noctem integram sese strennuè defenserunt, & adversis hostibus cum telis & fundibulis laudabiliter obstiterunt. In hoc navali bello fragor hastarum, sonitus gladiatorum, clangor galearum, strepitus saxorum, stridor balistarum, & fremitus præliatorum tantum invaluisse narratur, ut tumultus abinde grandisonus ad tria miliaria patenter audiretur. Denique Flandri lassitudine fatigati desecerunt à prælio, quos Hollandi certatim occidendo merferunt in profluvio. Guido quidem Flamingus terminato bello per Amiraldu Regis captus est, pro quo venerabilis pater Dominus Guido Trajectensis Episcopus à prisione laxatus est. Corruerunt autem in ipso conflictu à parte Flandrorum x. milia, & transfierunt in captivitatem Wilhelmi juvenis innumerata centenaria cum milienis & centum navibus, & nongentis prætiolis papilionibus, Nequaquam & hoc silentio præterire volumus, Quod signum sanctæ crucis apud Egmondam miræ magnitudinis, & purpurei coloris in aëre visibiliter apparuit, quum præfatum prælium inter magnates eosdem invaluit, quod quia signum est triumphalis lætitiæ, pronosticatum fuit Hollandis pro patriâ iustè pugnantibus portendere laudem victorialis gloriæ. Hollandi ad sua quidem reversi, festinaverunt Ioannem de Renes à Trajecto propellere, vel ipsam civitatem quotidianis incursionibus affligere con-

Guidonem
Flandriam
abigit.

in miles inclitus

Philippus
Rex Fran-
ciae super-
t. ac mittit
Hollandiæ.

decimo

immerget

Flandriæ
bras agens
se ipsi per-
cussit.

in igne

Flandriæ
cum
Comitum
eorum cap-
tur.

M 3.
in profundum fluy

concremantem quasdam curtes cum molendinis ante suburbium præsupponentes, quod idem Iohannes foris veniret ad ulciscendū hoc incendium. Sed idem miles traditionem metuens, cum suis complicitibus à civitate clam abcessit, & ut Leccam transiret timore persequentium inimicorum scapham modicam introivit, & ecce probati milites armorum sarcinā prægravati mox in profundo submersi sunt, qui dehinc ab amicis & notis sagenis in gravi dolore inventi sunt. Eodem etiam anno Iohannes Hollandiæ Comes gavissus de filij sui victoriā, x. Idus Septembris requievit in Domino, sepultus in urbe Valefcentorum honore congruo: Hic Iohannes primus existens Comes Hannoniæ, saltim annis Comitatum rexit Hollandiæ. Cujus uxor Philippa viij. Idus Aprilis defuncta est, quæ penes eundem virum suam tumulata est.

Iohannes
de Rome
fugit cum
suis in Lec-
ca submer-
gitur.

Iohannes
Comes Hol-
landiæ
moritur.

Wilhelmo
tertio Hol-
landiæ Co-
mitem.

Conventus
procerum
Harlemi.

M. 4 totum

Wilhelmus itaque post obitum patris xvij. Hollandiæ Comes effectus est, qui apud omnes Principes terrarum adeo magnificatus est, ut ubique diceretur esse magister militum, & Præfectus Principum, ducens in uxorem Ioannam de Valefiā sororem Regis Franciæ, de qua genuit Ioannem, Margaritam Romanorum Imperatricem, Ioannam Iuliacensem Comitissam, Philippam Angliæ Reginam, Wilhelmum succedentem Hollandiæ Comitem, Ludovicum infantem, & Elisabeth Domicellam. Hic Wilhelmus primo dominationis suæ tempore fecit in Harlem gloriosam acclamari curiā, quam x. Comites, centum Barones, & mille milites cum infinitis proceribus solemniter venerunt per plenam hebdomadam. Is Comes inclitus per officiales Imperij Romani vicarius Regni deputatus in diebus suis multum gloriosus fuit, qui duo famosa castra, videlicet Bruyl & Volmenstein in Episcopatu Colonienfi potenter expugnavit. Iste Princeps egregius Divini nominis cultum ampliare volens, coadunavit in Middelburch novam Canonicorum ecclesiam, quam anno Domini Mccc. xj. fatis largissimè ditavit ad perhennem laudis suæ memoriam.

Guido Epi-
scopus ga-
lorum Car-
dinalium
à Papa ob-
latum re-
cusat.

à Rege Fran-
cia munus
accipit an-
nuum.

Eodem anno Guido Pontifex novum castrum ædificare volens in Territorio de Stellingwerff, solidum fundum per edoctos exquisivit artifices, ut ex eo rebellantes posset expugnare Frisones, sed quoniam idem Episcopus ad generale Consilium vocatus eo tempore Viennam ivit, ideoque structuram castri diebus illis necessariò prætermisit. Dominus autem Apostolicus Clemens quintus cum omni veneratione Guidonem suscepit Episcopum, cui, mediante Rege Francorum, Cardinalatum exhibuit per rubeum pileum. Guido quidem Episcopus Domino Papæ condignas gratias agens, oblatum honorem tantæ dignitatis abnuvit. Quinimo Trajectensis Episcopus ad vitæ suæ terminum permanere maluit. Philippus igitur Rex tanti Patris humilitatem intuens, dedit eidem reverendo Pontifici quingentas libras annuatim de censu Regalis Camerae, ut sibi de cætero foret astrictus in vinculo perhennis amicitiae. Denique terminato solemnī consilio, Guido Pontifex cum eodem Rege secessit ad Pontoziū, ubinam & idem Rex de præfata guerrā inter Comites Hollandiæ & Flandriæ suum promulgare decrevit.

decevit arbitrium. Cùm autem hæc agerentur apud Franciam, mors Episcopi Guidonis divulgata fuit apud Frisiam. Quapropter coloni de Stellingwerf multiplicatum eduentes exercitum, impeerunt castrum de Vol-
lenho per assultum creberrimum, pro eo, quod idem Episcopus dudum in
finibus eorum ædificare castrum attentasset, per quod tumultuantes Friso-
nes à consuetà rebellionem coerceri potuissent. Castrense autem quibuscun-
que necessariis abundè præmuniti, Frisonicis insultibus laudabiliter obsti-
terunt, quos balistis & fundibus viriliter à suburbio profugarunt, quapro-
pter & iidem Frisones superædificaverunt proceræ celsitudinis excellentem
machinam cum tribus cœnaculis, quam ex omni parte valentibus imple-
verunt armigeris, quatenus de superiori cœnaculo decertarent rotundatis
lapidibus, de medio præacutis missilibus, & de infimo ipsius bipennatis se-
curibus. Hanc utique machinam superextructam lignifaber circumvesti-
vit taurinis pellibus ad sufferendum ignis adustionem, quam etiam circum-
sepavit reticulatis viminibus ad refrenandam arcus impulsionem. Frisones
igitur horrendam machinam ad distantiam v. pedum à castro viriliter im-
pellentes, nitabantur totis viribus ut principalem arcem dilapidarent, bali-
starios à muris absterrent, & extunc absque dispendio castrum propugnacu-
lum introirent. Gerardus autem Daventriensis ecclesiæ Præpositus, atten-
dens oportunam Heremanni fratris sui necessitatem, repentinâ profectio-
ne tetendit ad Franciam, & Episcopo Guidoni Castrensiu[m] obsessorum & in
Volleho periculosam intromavit angustiam. Nec mora, quin & idem Epi-
scopus magnifico Regi valedicens Hollandiam festinanter advenit, expedi-
tionem indixit, exercitum collegit, classem adjunxit, & ad Frisiam trans-
stetavit. Castellarij verò cernentes à cacumine turris imminere classem,
appropinquare exercitum, intellexerunt quod Dominus Episcopus ipsis ab
Hollandiâ desideratum asportaret auxilium. Quamobrem iidem illustres
armigeri confestim adimplerunt tûnellam fomento lardi, ^{supra} salispetra,
picis ac sulphuris, quam ex omni parte circumstipaverunt ferratis vinculis.
Hanc igitur tûnellam inextinguibiliter accensam audacter eiecerunt super
rectum vicinæ Machinæ, quæ tenacibus unciis affixa, protinus adhæsit po-
stiligneo: & ecce levis aura flammigerum rogam paulatim suscitans circū-
spexit in superiori cœnaculo, ex quibus postes, trabes & crates cum L. Fri-
sonibus inextinguibili concremata sunt incendio: porro ceteri Frisones
stridorem tam ~~astuantis~~ flammæ nequaquam tollerate valentes, corruerunt
extemplò de ruiturâ jam Machinâ, qui contractis cruribus & lacertis vix
erepti sunt à morte tam acerrimâ: Heremannus autem Castellaneus haud
piger valvas castrum potenter extunc aperiens, cum cornibus horrifonis, ac
animosis vernaculis disturbatos Frisones indilatè secutus est, qui occisis
quingentis ~~quæ~~ Frisonibus ad præsidium castrum victoriosè reversus est. His
itaque peractis, Hollandiensis advenit exercitus, ibique bellicosus Episco-
palis adjunctus est populus. Dominus autem Florentius Trajectensis Præ-
positus, & Ioannes Dominus de Arckel miles inclytus Consiliarij prædicti
Pontifi-

Scilicet
verisus fuit
r. n. m. o. d. e.
morte Epi-
scopi dece-
ps, rebela-
tione.

contra

Stratage-
ma Frisori-
um contra Fal-
lenhogenum.

Stratage-
ma Volleho-
genensium.

spexit

astuantis

Pontificis, Theodoricusque de Brederode, & Nicolaus de Putten milites; consiliarij præfati Comitis, locatis castris diurnatim arcanum tractaverunt interloquium, qualiter adversus Frisones tutum posset inchoari proelium. Quorum denique decreto consilio præconis voce tubicinatam est, altera die certatim arina tollere, & in Frisiam tendere, & vicinas villas adurere. Sed ecce spes hæc omnino cassata est, quoniam in opaca caliginosa noctis umbra, mira tempestas invaluit, inaudita pluvia repente cecidit, & ventosus turbo violenter inhorruit, adeo quod papilionibus hinc inde disrupti sunt, ac animosi pugiles propter aeris intemperiem acriter afflicti sunt. Altera vero die cum solare jubat matutinum illa streret hemispherium, prænarraii Principes attendentes superficiem terræ non esse meabilem propter inundantem pluviam, insuper & ipsam Frisiam inaccessibleem propter instantem jam hyemem, præceperunt extemplo castra tollere, classem resumere, & ad propria tendere, & ecce navalis exercitus solutis jam anchoris à littore maris jam abcesserat, cum universus quasi Frisiam populus pacem exquirens, ac emendam promittens cum obsidibus illuc advenerat. Sed quid plura & soluti sunt obsides de tam inopinata prosperitate gaudentes, & reversi sunt Frisones ad sua, diem festum celebrantes in lætitiâ. Guido quidem Episcopus expensis maximis prægravatus secessit ad Franciâ, ut ibidem ad aliquos annos in parcimoniali sumptu staret, quoadusque pecuniam obligatam ~~poterat~~ exsolvere posset: formidine tamen absentis Episcopi nullus prædo fuit ausus Episcopatum introire, aut indigenis violentiam aliquatenus irrogare. Anno Domini Mccc. xv. Ludovicus Rex Franciæ cum exercitu copioso Flandriam ingressus prope Cortracum super fluvium Liliij sua præcepit extendi tabernacula. Cui Wilhelmus Hollandiæ Comes cum populo turbâ navalis exercitus in auxilium veniens prope Cales super alveum Schelde sua jussit extantem tentoria. Sed ecce præfatus Rex per assiduam intemperie pluvialis auræ compulsus est ad Franciam retrocedere, & Flandriensem populum ab infesta molestatione dimittere. Wilhelmus igitur Comes auditis de absentia Regis veridicis rumoribus omnes villas contra ripam prædicti fluminis hostiliter incendit, salvisque suis bellatoribus ad Hollandiam remigravit.

Tempesta
bellum in
pedi.

vix

Guidonis
Episcopi mira
parcunia.

competentes

Ludovicus
Rex Franciæ
Flandriam
invadit.

exaltari

Cometa pe-
stis porci-
dos & fano

Thienis

coezunt

Anno Domini Mccc. xvj. radiosus Cometes apparuit, mortifera pestis inhorruit, & valida fames invaluit, adeo quod plerique pauperes, si fas est dicere, cadavera pecorum sicuti canes cruda corroderent, nihilominus & gramina pratorum sicuti boves indecoctè commederent: fuit etiam hæc fames seu pestilentia tam aspera, quod mendicantes absque numero morerentur in campis, sylvis sive nemoribus, & eorum corpora sine catholicis exequiis sepultura traderentur in locis agrestibus. Quapropter hæc miseranda calamitas à ~~trevis~~ Ieremiæ Propheta saltem in hoc discrepare videtur, quod in hæc manus mulierum proprios filios non ~~aperunt~~, & eorum carnes urgente fame non manducaverunt. Post biennium verò divina misericordia compatiens, humanæ miseræ largitate munificentia suæ clementer ostent-

ostendit, & incrementa frugum ubique terrarum in tantum ~~addidit~~, ut modius siliginis pro quinque grossis Turonensibus emeretur, qui paulo pridem pro quinque solidis Turonensibus emebatur.

Anno Domini Mccc. xiiij. Guido Pontifex reversus à Francia totum Episcopatum cepit in tranquillâ pace disponere, cunctosque grassatores ultione severâ corrigere: fuit etenim illis diebus Gisbertus de Ghoy junioris ætatis adolescentulus sub tutelâ Ioannis de Culenburch & Nicolai de Catze constitutus, à quibus idem Episcopus ex parte jam dicti pueri de receptis sanam exegit computationem, vel tutelæ resignationem. Ioannes autem & Nicolaus parvipendentes mandatum reverendi Pontificis recusaverunt de receptis rationem reddere, & tutelæ prænominati juvenis aliquo modo cedere. Quamobrem idem Episcopus tam ab Hollandiâ, quàm de potestate propriâ perpulchrum eduxit exercitum, & castrum Ghoy vallavit obsidione per circuitum, ut cum manganis turres impetuose quassaret, et Castrenses ad satisfactionem debitam coaceret. Castrenses itaque magnanimitatem Pontificis intuentes, obsidionemque tam populosa magnitudinis formidantes, ipsum castrum salvâ vitâ cum bonis liberè resignarunt: quinimo glorioso Pontifici debitam satisfactionem de præterita contumeliâ promiserunt. Guido quidem Episcopus adeptum jam castrum commisit Arnolde de Iselsteyn, ac Wilhelmo Bastardo Florentij Comitum Hollandiæ, quatenus ipsi præsiderent in eo sub munimento fidelis custodiæ. Sed ecce Guido præclarus antistes eadê nocte, quæ est iij. Kalendas Junij mensis ægritudine subitaneâ debilitari cepit, & astantibus quibusdam de suis familiaribus vitæ spiritum exhalavit. Nec mora quin Castrenses dudum ejeti ~~noctis~~ noctis umbram per notas semitas scalas muris applicarunt, ac omnes armigeros Episcopalis curiæ soporantes adhuc in stratu cum verbis minatoris ejecerunt, corpus autem reverendi Pontificis infra civitatem Trajectensem devectum est, quod ibidem apud majorem Ecclesiam lachrimosè exequiis honorificè tumulatum est. Hic electus Pater xvj. annos condigne regens Episcopatum sancto Martino tria castra, scilicet Ghore, Dullenburch & Stoutenburch ad perhennè suæ laudis honorem obtulit. Pro debitis antecessoris sui Romanæ curiæ M. & quadringentas libras exposuit. Totum Episcopatum sine debitis successori suo dimisit, quem & vivente contra circumstantes Principes potenter & pacificè gubernavit. Fuit autem idem Episcopus aspectu decorus, staturâ venustus, sermone facundus, ingenio clarus, consilio cautus, ac multum gloriosus, virtutibus extollendus. Wilhelmus autem Hollandiæ Comes defuncto patruo suo Dominiâ de Aemstel & de Woerden ditioni suæ subegit, in quibus ex parte sua Ballivum sive villicum deputavit, asserens quod eadem Dominiâ sæpedito Pontifici pro patrimonio fuerant assignata, quæ propter transgressionem archiepiscopij forent ad Comitatum Hollandiæ devoluta.

adauxit

XVII

Tutela ratione denegata bellum confisit

quidam Julij

Viti villores exprimunt

memoriam et

co

Prosopographia Guidonis Episcopi

Domini de Aemstel & Woerden conditi Hollandiæ

quæ

*aria
m
quæ*

0341

N FREDE.

Fredericus Secundus Episcopus 43.

Ziue
ad instantiam
Wilhelmi comitis

al. rollenburg

*Reinoldus
Comes Gel-
dræ à pro-
prio filio
captus.*

debitam

*Liendens
Dullenburg
genfer sub-
eguntur.*

*post variam alter-
cationem*

*Fredericus
Episcopus
mortuus
1133
13. Cal. Au-
gusti.*

Sepulto Guidone Pontifice, Fredericus huius nominis secundus, natus de *Ziue*, S. Petri Trajectensis Præpositus xliij. electus est Episcopus. Hic Fredericus in Romanâ Curia consecratus ex propriis debitis plurimum aggravatus fuit, quanquam Episcopatum satis ditem, ut prædicitur, invenit: ideoque sub brevi tempore multum inops effectus est, & tam à suis quàm alienis modicæ reputationis habitus est. Castrenses namque de Liendens homines sui Episcopatus exactionantes, pro magnâ parte castrum Dullenburch incêderunt: qui & aliquoties Rheni gurgitem transfretantes carredas deferentes Episcopo necessaria captivarunt, super quibus molestiis idem Episcopus opportunum imploravit auxilium Reinoldi Comitis Geldræ quatenus jure debitæ fidelitatis sibi subveniret in vindictâ talis injuriæ. Sed ecce Reinoldus illustris Comes paulò post à proprio filio suo captivatus est, & Episcopus à desiderato juyamine destitutus est. Quamobrem & ipse Pontifex Hollandiam adiit fidei, & consanguinitatē Wilhelmi Comitis admonuit, & ab eo debitæ subventionis juyamen expetiit. Nec mora, quin & idem Comes expeditum aggregari fecit exercitum, de quo Ioannem Dominum de Arckel virum egregium præfecit capitaneum, & ecce jam dictus, Ioannes Hollandos adducens Liendens castrum & Boemolen cum villis adjacentibus omninò succendit, ac omnes adversantes hostes ita strenuè subjugavit, ut ipsi præfato Pontifici non solum de cunctis offereculis satisfactionem exhiberent, verùm etiam confectum castrum Dullenburch sub expensis propriis repararent.

Anno Domini Mecc. xxij. 9. Kalendas Iulij disrupti sunt aggeres ex profluvio Rheni supra solitum inundantis, ita quod in terra Trajectensi, & in Baliuatu Rynlandiæ per diluvium fluvialis aquæ lata putrescerent, & præta vilescerent, quapropter Wilhelmus Hollandiæ Comes Ecclesiam, claustrales, civitates & Nobiles adstrinxit, quatenus sub stipulatione signati Chirographi Rhenanos aggeres ita firmarent, quod Hollandiæ populi de tali profluvio damnium aliquo modo non haberent. Eodem anno xiiij. Kalendas Augusti sæpe dictus Episcopus artetico morbo multum debilitatus apud Horst migravit à sæculo, postquam v. saltem annis Trajectensi præfuisse Episcopo, cujus corpus infra civitatem allatum est, quod ibidè in Ecclesiâ Cathedrali cum exequiis competentibus inhumatum est.

Iacobus Episcopus 44.

Defuncto Frederico Pontifice, Wilhelmus Comes iterato Trajectum venit, & pro Iacobo Zudens Episcopo supplicare fecit. Sed ecce Capitulum in electione bipartite divisum est: Major pars Capitalium elegit Iacobum de Austerhoern Decanum Trajectensem: Minor autem pars postulavit antedictum Iacobum Zudensem Episcopum, de qua controversia tumultus quidam intra civitatem exortus est, & Wilhelmus Comes per strepitum popularis vulgi subitaneè concurrentis aliquantulum anxius est. Quapropter & ipse Comes in magnam fremens iracundiam, iussit præclarum habitaculum Florentij Præpositi Trajectensis in Doorne comburi, & ibidem omnia sua, pro nefas, annullari. Zudensis autem Episcopus attendens, quod ipse cunctis quasi prælatis exotus esset, & quod adversus Iacobum electum aliquo jure prævalere non potuit, electioni sive postulationi cedens à desiderio suo fraudatus, & Iacobus de Austerhoern ~~pro~~ confirmatione Henrici Colonienfis Archiepiscopi xliij. est effectus Episcopus. His itaque peractis Zudensis Episcopus, ut quidam tradunt, ad Trajectense Pontificium indefinenter aspirans, & Iacobum confirmatum incurabili morbo debilitari cernens, procuravit exemplò primam Trajectensis sedis vacationem Camera Domino Papæ reservari, sperans adhuc ex promotione quorundam Dominorum temporalium promoveri. Iacobus autem electus & confirmatus vir honestæ conditionis, & amator Ecclesiasticæ Religionis eodem anno xij. Kalendas Octobris obdormivit in Christo, tumulatus apud majorem ecclesiam in Trajecto.

Zudensi

Tumultus
ob electionem
Episcopi

oesterhoern

Iacobus Episcopus
confirmatusposset
oesterhoern alijQui mori-
tur 12. Cal.
Octobris

Iohannes Tertius Episcopus 45.

Post obitum verò Domini Iacobi concapitulares electionem demum celebrantes, elegerunt unanimi voto Ioannem de Bronchorst Præpositum S. Salvatoris Trajectensis, qui contitudo totum Episcopatum gubernare disposuit. Vasalli namque principales ecclesiæ Trajectensis, utpote Ioannes Dux Brabantie, Wilhelmus Comes Hollandie, & Reinoldus Comes Geldrie destinaverunt ambasciatores ad Romanam curiam,

*sed imaginata contraria
te fortuna per modicum
tempus episcopatu profuit*

Vasalli Ec-
clesiæ Tra-
iectensis

N. 2.

deyotiffi

devotissimè supplicantes pro Ioanne Præposito Cameracensi, quatenus sibi provideretur de vacante Pontificio Traiectensi. Dominus autem Apostolicus Ioannes xxii. ad preces antedictorum Principum providit extunc eidem Præposito de vacante Pontificio, quod tamen, ut quidam asserunt, minus debite referatum fuit ab eodem Apostolico. Itaque Ioannes de Dieft in curia consecratus ad partes accelerans, pulcherrimam militiam contrahens, civitatemq; decenter ingrediens, more solito cathedratus est, & Ioannes de Bronckhorst vir amandus ab aliquandiu possessore Pontificio destitutus.

Electum
Capituli
Pape irri-
tate facio.

† Romanâ

Anno Domini Mccc. xxvi. quidam Iudæus apud Hannoniam catechuminum se fieri postulavit, quem Wilhelmus Comes tanquam filium adoptionis de facto fonte suscepit. Hic igitur conversus devotionem simulans cuiusdam Monasterij solus subintravit ecclesiam, ubi gloriosæ Reginæ eoli Virginis Mariæ pulcherrimam depictam aspexit imaginem: quam idem maleficus in roseis genis, acumine lanceæ suæ defixit, & latenter abinde discedens, ad consueta negotia properavit, & ecce vivus sanguinis cõfestim emanare cepit à cicatrice recentis vulneris, per quem plerique debiles salvifaciti sunt de diversis morbis aggravantis agritudinis. His itaque clam à falso Christiano peractis, virgo super omnes mulieres benedicta cuidam fabro per nocturnâ visionem apparuit, & ut prædictâ contumeliâ perfidum Christianum ad duellum provocaret instanter admonuit, quod & ita factum est. Idem namq; faber interveniente misericordiæ matre duelli campum adeptus est, & infellus Hebraeus reatum suum aperte promès, à Præfecto suspensus est.

Inductus fuit
mulat Christi
Janismâ,
et suspen-
ditur.

mi

Anno Domini Mccc. xxvii. Ludovicus Rex Romanorum alpes transire disponens, & ad Imperialem coronam aspirans, auxilium Wilhelmi Comitis expetivit, ac eidem tenorem subsequenter Epistolæ destinavit. Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, spectabili viro Wilhelmo Comiti Hollædiæ socero suo dilecto gratiam suam & omne bonum. Cùm ex divinâ largitatis munificentia longè plures civitates & castra nobis quam divinæ memoriæ, quondam Henrico prædecessori nostro fidelitatis homagiâ præstiterunt, ita quod in Imperiali coronatione nullus nobis posset difficultates aliquo modo procurare, societatem seu fidelitatem tuam, quam nobis & Imperio tenes, cujus membrum principale te cognovimus, præsentibus obsecramus quatenus indilate Lombardiâ advenias cum p[er] militari recepturus nobiscum palmas Imperialis triumphus, quas sine te capere quomodo liber, nos taderet, Datum, etc. Igitur hæc Epistola gratiosè suscepta, Wilhelmus Comes associatis sibi Comitibus Geldriæ, Clivæ, Iuliacensi & Montensi cum octingentis equitibus acceleravit Alpium aspera juga transcendere, ut Ludovico Regi contra Guelforum insultum armipotenter assisteret. Cùm hæc itaque disponebantur, quorundam abusivè fretus consilio decrevit primò pro reconciliatione Regis & Papæ Romanæ visitare curiam antequam in apparatu pulchræ militiæ properaret ad Italiam. Dominus autem Apostolicus festino referente nuncio, famam hanc audi-

1207. Ludo-
vici Cesaris
Uxor ad
Guilhelmum
Comitem.

qua tenens
absternitur

Guilhelmus
Comes par-
ticipat Ro-
manis, sed à
Pontifice
impeditur.

potentia

audiens imperavit extemplo pontem infringi trans Rhodanum, quatenus idem Comes eo difficilius illuc haberet aditum, demandans per sententiam aeternae maledictionis, ut rediret ad terram propriam, & quod in auxilium Ludovici Regis nequaquam irer in Italiam. Itaque Wilhelmus Comes ab inchoata via retrocedens, apud villam Parisiensem aliquantis diebus in consilio Regis Francorum detentus est, cui contra vulgus Flandriae de novo rebellans fidelissimè coadstrictus est.

Deoimae ad Regem Franciae.

Anno Domini Mccc. xxvij. Philippus Rex in manu forti descendit ad Comitatum Flandriae, in cuius adiutorium decenter advenit praefatus Comes Hollandiae, qui citra montem Casselinum sua castra sibi praecipit, & exinde secundum consuetum morem inter utramque partem verbum pacis ordinavit. Flandrienses autem festinaverunt extemplo de praedicto monte descendere, & Regem adhuc improvisum infra tetorium suum interimere, quo comperto Wilhelmus Comes praecipit tubis perstreperere, vexilla tollere, & tumultuante vulgo certatim occurrere. Nee mora, quin utraque pars in unum conglobata, pro triumphali laude multum laboris explevit, donec Flandriae populus demum lassatus, in bello succubuit. Contigit autem haec strages die xxiii. mensis Augusti, in qua Flandrienses ad vj. millia vel amplius cruentissimè sunt occisi.

1228. Philippus Rex Franciae Flandriam intravit.

Flandri sita in Belgio.

Eodem anno Wilhelmus Comes pro recuperatione Domini sui Frisiam Orientalem debellare disponens, deputavit in mari piratas crudeles, qui rapinam ab agris villae Mardensis frequenter abduxerunt, & incaute navigantes Frisones in ponto saepe submerferunt. Demum per quosdam venerabiles Abbates & cives Strauientes tumultus belli remissus est, & dies ad interloquendum de conventionione pacis in Harlem assignatus est, ubi tandem determinato placito sub hac forma compositionis inter utramque partem foedus amicitiae reformatum fuit. Quatenus cuncti Frisones ~~comite~~ *citra* rivulum Janicae commanentes debeant infra biennium more vasallorum bona sua feudalia de manu praedicti Comitis suscipere, Iusticiarios suos abfque contradictione admittere, & villicis suis tributa iusta reddere. Itaque pace reformata Frisones per ostensionem cuiusdam antiqui registri docuerunt extunc Wilhelmum Comitem qua solemnitate Princeps Hollandiae teneretur Orientalem Frisiam introire, & ex arduis causis ibidem Iudicium & Iustitiam exercere.

Wilhelmus Comes per piratas in Frisiam.

citra

Pax inter Comitatum Frisiae composita.

Anno Domini Mccc. xxix. Ludovicus Rex in urbe Romana Casarco Diademate coronatus civitatem absque quovis obstaculo potenter introivit, quapropter Imperatrix hanc Epistolam ad Hollandiam destinavit: Margrita Dei gratia Romanorum Imperatrix semper Augusta nobili matronae praedilectae genitrici suae gratiam & omne bonum. Cum ad ipsius laudem honorum omnium conditor Deus dividens singulis, prout vult, his diebus statum nostrum grandævum ad culmen gratiae singularis praerogativae dignatus fuit sublimare, vestris maternis affectibus devotissimè declaramus, quod in urbe die xvij. mensis Janu. multis dignitatibus, tripudiis, ceremoniis, & quamplu-

Rex Ludovicus vicus Romae introditus.

Margrita Imperatrix matri suae scribit.

Romana

fuerit n. s.

ornatibus ad hoc debitis & consuetis in ecclesia Beati Petri fuimus Imperiali diademate coronati. Datum Romæ, &c.

Episcopus adversus Hagensem Castellani.
 Anno Domini Mccc. xxxij. Henricus Castellaneus in Hagenstein aliquanto Lekam transivit, non desistens Episcopalem crudeliter exactionare populum. Ioannes autem Episcopus his injurijs molestiis plerumque conturbatus, imploravit auxilium Wilhelmi Comitis Hollandiæ, quatenus sibi iure fidelitatis astaret in vindictam talis injuriæ, & ecce jam dictus Comes per Wilhelmm Cuser Baliuū ex incolis tam Waterlandiæ quàm Aemstelandiæ perpulchrum ~~deservit~~ exercitum. Cum quibus idem Episcopus adjunctis suis militibus, Domesticis, Burgensibus & Villanis transivit Lekæ rivulum, qui cunctorum adversantium habitacula comburens sufficientem ultionem accepit, & exinde salvis suis commilitonibus ad terram propriam honorificè remeavit.

eduxit

Ex historiâ de Iudæe tumultus, & exitum in bellum.
 Anno Domini Mccc. xxxij. Gisbertus quidam Iudæus ex parte Wilhelmi de Duvenvoerde in Nyenroord occisus est, de quo tumultus ingens in Episcopatu exortus est, Natō & idem Wilhelmus illarum contumeliam vindicare volens, villam Ghejn incendit, & contra communitas urbis Trajectensis vicum Nyvaerd exussit. Demum idem Wilhelmus multiplicatum aggregavit exercitum de Comitibus Hollandiæ, Geldriæ, Cliviæ Leccam ascendens usque Renen in manu magnæ potentæ, ubi demum ordinatis aciebus montem Harmonis transcendit, & villam Horst pro parte succendit, Wilhelmus verò de ~~Boufel~~ castellanus adversus hostes per telorum iactationem à vallo castri potenter absterruit, ac ulteriorem progressum inimicis inhibuit. Denique Wilhelmus ¹⁶⁰ Duvenvoerde ad assultum castri non habens ingenia, reversus est in Tullam per festina remigia, ubinam Zelandiæ & Frisiæ copiosos expectavit exercitus, in super Brabantia & Flandriæ convenit ecce populus. Econtra verò Ioannes Episcopus cum Trajectensibus & plerisque Nobilibus civitatem armipotenter ~~aggrediens~~, in tubis strepulis & vexillis fulgidis, festinavit Wilhelmm à finibus suis expellere, vel cum eodem in cruenta strage bellum committere. Cum autem hæc agerentur in terrâ Trajectensi, Wilhelmus Hollandiæ Comes ab Hannoniâ Dordracum festinanter adveniens, demandavit antedicto Wilhelmo sub obtentu gratiæ suæ quod indilate totum exercitū illa sum reduceret, neque bellum adversus Episcopum aliquatenus attentare præsumeret, quin & idem Comes eo tempore contra Ducem Brabantia discordare cœpit, & cum xij Principibus ad nova prælia se paravit. Nec mora quin ad edictum Comitis præconizatum est extemplo papiliones evellere, classem resumere, & ad propria tendere, quod & ita factum est, quoniam & omnes auxiliares Wilhelmi de Duvenvoerde complices confestim ad sua reversi sunt, & Trajectenses cum Episcopo Ioanne sine conflictu certaminis infra civitatem propriam gloriosè reversi sunt.

Nyvaerd

doestel

Ad editiōem Wilhelmi Comitis ab armis discedunt.

Comata mortem Comitiu parit. An. 1337.
 Anno Domini Mccc. xxxvij. perlucidus quidam Cometes apparuit, & eodem anno Wilhelmus Hollandiæ Comes feliciter occubuit. Hic Wilhelmus.

artitico morbo debilitatus in felus

Fum

mus annis xxxiii. honorifice regens Hollandiam, Princeps erat valde victoriosus, in proeliis approbatus, in tyrociniis illustris, in hastiludiis, etiam valde socialis in contuberniis, qui penes oppidum Valescenarum requievit in Domino, sepultus ibidem honore congruo. Iohanna vero sua conthorialis exinde Regnum mundi, & omnem ornatum seculi contemnens, in Monasterio Fontanellis Cisterciensis Ordinis cum ancillis Christi sanctimonialis effecta est, quae dehinc anno Domini Mccc. xlii. motiens, honorifice tumulata est.

Post obitum Wilhelmi gloriosi Principis Wilhelmus filius ejus effectus est Comes Hollandiae, habens in uxorem Ioannam filiam Ducis Brabanniae. Hic Wilhelmus semper ad arma promptus fuit, & primo dominationis suae tempore titulum nominis sui dilatavit. Anno Domini Mccc. xxxviii. Rex Angliae Regem Franciae debellare disponens, Episcopum Limonicum ad Alemanniam transmisit, & Ludovicum, qui Imperator dicitur, cum multis Principibus per stipendia solidorum in ipsius adiutorium subarravit.

Hic igitur Ludovicus monens omnes civitates in ejus adiutorium, destinavit huiusmodi literas per Imperium. Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, prudentibus viris Magistris, Scabinis & Consulibus Harlemensis oppidi gratiam suam & omne bonum, Nostrae Majestatis literis spectabilem Hollandiae Comitem Wilhelmum requisivimus ex affectu, ut ad recuperandum Imperij iura nobiscum contra Philippum, qui se pro Rege Franciae gerit, cum armatorum decenti pompa jam finaliter se disponat, unde vestram fidelitatem nobis & Imperio debitam sinceris affectibus nunc requirimus, & hortamur, quatenus cum armatis ita curetis esse muniti, quod vos cum dicto Wilhelmo sub exercitus sui sodalio videre valeamus, scientes firmiter quod vestram in promissis promotionem praeculis habere volumus pro termino nostrae vitae. Datum Frankfurt. Igitur anno Domini Mccc. xl. Wilhelmus Comes cum ceteris Principibus coadjunctis Regi Angliae commisit magnum excidium, & incendium in Regno Franciae, Nam & idem Comes Cameracum acriter infestavit, Tornacum dire laecessivit, Amandiacum exussit, Abbaloniam destruxit, Castellum similiter expugnavit.

Eisdem temporibus contigit in oppido de Delft condignum relatione miraculum. Nam matrona quaedam adeo ferventer aestuabat ad Domine passionis intuitum, ut stigmatales cicatrices in latere, manibus & pedibus suis visibiliter apparetent, & universi fideles in hoc prodigio crucifixum Dominum non immerito collaudarent. Eodem anno Kalendis Iunii Ioannes Episcopus viam universae carnis ingressus est, qui apud Ecclesiam Trajectensem competentibus exequiis inhumatus est. Hic Ioannes annis xviii. debilitate regens Episcopatum, castrum Vredeland cum adjacentibus villis Hollandiae Comiti dudum in vadimonium dedit, castellum Vollenho cum terra Transilivina Geldriae Comiti pridem impignoravit, pauca relicta digna gessit, nisi quod Canonicales praebendas in Amersforde fecit, &

n

ibidem

x xix

Wilhelmus quartus Comes Hollandiae

Bellum inter Anglos & Francos

Ludovicus Caesaris & pistola ad statum Imperij

Lincolniensem

potentia

compromisit

Miraculum apud Delfos

Episcopus mortuus Kal. Iunii

Etus alia

Comi-

Comitatum cum castro de Diepenhem per auxilium Ecclesie comparavit.

Nicolaus Episcopus 46.

Sepulto Ioanne Pontifice, quidam Canonicorum postulaverunt Ioannem de Arckel Canonicum Traiectensem ad instantiam Wilhelmi Comitis Hollandie. Cateri vero Capitulares elegerunt Ioannem de Bronchorst Præpositum S. Salvatoris ad nutum Reinoldi Comitis Geldrie, Dominus autem Papa Benedictus xij. amoris his duobus, donavit ipsum Pontificium cuidam auditori causarum Nobili Romano Nicolao de Caputio. Sed idem Nicolaus eodem anno renunciavit Episcopatu patenter in publico consistorio. Dominus vero Clemens vj. ex hinc de novo Papa electus, contulit abinde discreto & Nobili viro Ioanni de Arckel prædicto, vacantem Episcopatum Traiectensem, qui ibidem consecratus fuit per dominum ~~Gaufridum~~ Cardinalem & Episcopum Albanensem.

*Auctoritas
de Pontifi-
catu
Episcopi.*

Gancelinum

Iohannes Quartus Episcopus 47.

Igitur Ioannes Episcopus ad partes accelerans, 8. die Maij Traiectensem urbem decenter ingressus est, ubi secundum ritum antiquæ consuetudinis gloriose cathedratus est. Hic utique Ioannes juvenilis ætatis florevans, totum Episcopatum diversis penuriis involutum repperit, sed cunctis debitoribus satisfacere curiosè studuit. Nam & idem Episcopus Reinholdo Domicello Geldrie, filio Reinholdi ad plenum persolvit, & terram Transiselinam ab Antecessore suo dudum impignoratam sub potestate propria reaccepit.

*Episcopus
hunc Decos
veritas.*

*Terramotus
in Hollandia
anno.*

Anno Domini Mccc. xlij. die secunda mensis Ianuarij terramotus factus est in Hollandia, qui ad paucos annos subsequentes pronosticavit horrenda flagitia. Nam & Wilhelmus Comes anno Domini 1345. cum quadringentis equitibus à Prussia jam terribè rediens, coadunavit expeditionem militiam, quatenus Orientalem posset expugnare Prusiam. Idem itaque Comes præparatis jam omnibus eidem expeditioni congruentibus urbem Traiectensem propter quædam vaniloquia primò circumobsedit, pa-

pationes

*M. S.
* ad domini 1345 reverendq
Pontifex Joës de Arckel vj
sumptibus parceret, perrexit
Gratianopolim, committendo
fratri suo D. Roberto territorium
Traiectense. Eodem vero a.*

cum dno Roberto fratre
eiusdem episcopi

IOHANNIS DE BERA.

Filones in gyrum exiit, & egregiam civitatem ad sex hebdomadas cum
 tredecim manganis instantissime lacessivit, contra vero Trajectenses hor-
 renda caprantes instrumenta, forenses hostes absterruerunt à portis & moe-
 nibus, quanquam plures incautos armigeros cõfixerunt telis & missilibus,
 Denique Comes circa quoddam noctis umbraculum proximotenus acces-
 sit ad urbem, ut profunditatem fossæ elàm exquireret antequam muni-
 tam civitatem assilire præsumeret. Et ecce, quidam balistarius à cacumine
 muri tolum eiecit, & confestim ejusdem Comitis talum transfixit. Comes
 igitur faucibus pristinae sanitati restitutus est, ubi post aliquan-
 tum temporis pristinae sanitati restitutus est. Interea Ioannes Episcopus
 Genopchis residens, & obsidionem civitatis suæ percipiens festinanter ad
 partes venit, & per amicales interlocutiones concordiam in hunc modum
 elaboravit: Quatenus quingenti cives humiliter urbem exirent, ac in ten-
 torio prælibati Comitis veniam flexis genibus exorarent. His iraque gelis
 idem Comes non desistens ab inchoato proposito, recollegit iterato recen-
 tem militiam, ut instanter expugnaret Orientalem Frisiam. Sed, proh do-
 lor, gloriosus exercitus ejusdem Comitis ad terram incognitam inordinate
 transfretavit: Quapropter universus populus magnum infortunium ino-
 pinatè incurrit: Ioannes quidem de Hannoniâ cum multis ratem suam ap-
 plicuit ad australem plagam Monasterij beati Odulphi Confessoris, locan-
 do tentoria sua super ripam vicini maris dictam Suydvenum: & exem-
 plo quidam Hollandorum non expectatis posterioribus adversos hostes
 tam viriliter aggressi sunt, ut eosdem aut infra civitatem Stauriæ vel immu-
 nitatem Ecclesiæ profugarent, & præsidium cæmiterij cum armatis bella-
 toribus assilirent, & nota quod Hollandis nullum obstabat infortunium,
 quoadusque ejusdem confessoris non impugnare Monasterium: qui po-
 tius virtute divinâ, quàm humanâ de prædicto cæmiterio paulatim repulsi
 sunt. Quos, extunc Frisones passim occidentes perneciter insenti sunt.
 Comes autem ut Princeps impertentus, hujus infortunij totaliter inscius,
 classem suam versus borealè partem prædicti Monasterij direxit, cum quin-
 gentis quasi bellatoribus in terram ascendit, viciniorem domum exussit,
 infinitis hostibus audacter occurrit, nobilem Frisonem personaliter inter-
 fecit, & usque ad mortem honorificè se defendit. Econtra vero Frisones
 cum infinitis armigeris pusillum gregem Hollandorum ambientes, ipsam
 Comitè cum multis aliis ipsis ignorantibus occiderunt, quem etiam mor-
 tuum in vindictam nobilis Frisonis singulariter decollaverunt. Acta fuit hæc
 cruenta strages 6. Kalend. Octobris, anno 1345. eodem loco quo Comites
 Hollandiæ pridem pro tribunali sedere consueverunt, qui Comitatum O-
 rientalis Frisii potestativè gubernarunt. Et ecce quomodo ludat in huma-
 nis divina potentia rebus. Reinoldus enim Geldriæ Comes hunc Wilhel-
 mum à Frisonibus occidi prædixit, cum eundem de Baptisterio sacri fon-
 tis suscepit: corruerunt autem in hac expeditione cum ipso Comite quin-
 genti vel amplius pugnantes armigeri, de quibus hi fuerunt principales &

Comes à
Frise Tra-
jectensi

& in tale
valnerunt.

Taceo cum
Trajecten-
sibus factis
Comes in
Frisiam
tendit.

es 45. 6. Cal.
O. Hebrin
Vilhelme
Hollandia
Comes à
Frisiæ oron-
ditur.

adducens in auxilium unum
ppotentem Ducem, XII magnani-
mos comites, Lu Barones &
MM. viii milites cum XII milibus
electis ac approbatis bellatoribus

fratre suo dno de Archel y celere
nuncium demandatus

ce

hianope

adhu

ita

Mamy
Antongen

ghuyde

ms. de hyspania

vexillite
vel Damazius

dominium

Floridi ca-
pi Monas-
terii idem
quod verus
monasterii
pape Boly
verdim.

Episcopus
hostes suos
ultrafecit.

Comitatus
Hollandia
ad Imperii
devolutus,
donatur
Margaria
Imperatrici
defuncti
Comitis
forari.

Wilhelmus
Bavarus a
matre pra-
fecit Hol-
landia.

Mater cum
filiis bellum
gerit ab
Hollandiam

vsurpavit

praecipui: utpote Dominus de Horn, Dominus de Ligni, Dominus de Walcourt, Dominus de ~~Marnon~~, Dominus de Amerongen, Dominus de Hamsteden, & Dominus de Marnede Barones: Gerardus barbatus, Wilhelmus de Naeldwijck, Symon & Theodoricus de Teylingen, ~~Ghuyde~~ de Asperen, Ioannes Reynerus, & Wilhelmus de Montfort, Theodoricus de Zant-horst, Theodoricus & Heremannus de ~~Zeylen~~, Florentius de Marnede, Otgerus de Spangen, Gerardus Ever, Alwardus de Horst, Nicolaus Oem, Wilhelmus de Dongen, Theodoricus de Walicourt, Gerardus de ~~Floren-~~ ~~Bransichouwen~~ milites, cum multis aliis Burgensibus electis & proceribus approbatis. Decima dehinc exacta luce Wilhelmus illustris Comes per Dominum Martinum commendatorem Harlemensem inter occisorum Nobilium cadavera prout asservit, per intersigna certa repertus est, qui ad Monasterium Floridi campi cum eisdem à Frisonibus adductus est: Dominus autem Ioannes Episcopus elapsis Treugarum induciis, omnes adhaerentes praefato Comiti dudum in obsidione civitatis ab Episcopatu proscriptis. Castellum Walven per assaultum creberrimum destruxit, villam Oesthollandiae combussit, domum de Helseste in pro magna parte succendit, domum de Abconde in deditionem suscepit, & exactationis aliis rebellibus sufficientem ultionem de suis adversariis acceptavit.

Interea Ludovicus Imperator auditam jam nece Wilhelmi Comitis pro tribunali sedens in ornamentis Imperialibus exquisivit aequi-rectam justitiam à plerisque Romani Regni principibus, quorum dictante sententia decretum est, quod Hollandiae principatus Romano vacet Imperio, pro quo quod Wilhelmus Comes absque liberis discessit à saeculo, ~~Comes~~ extunc Principatum idem Caesar donavit Imperatrici Margaritae suae conjugi, quae germana fuit eidem Wilhelmo Comiti. His itaque gestis eadem Imperatrix apparatu pulcherrimo mox ad Hollandiam descendit, fidelitatem ~~Comitis~~ ~~in~~ ~~colis~~ iuravit, homagium de vassallis suis accepit, libertates & gratias omnibus ampliavit, benevolas Trengas cum Trajectensibus fecit, quae Bavarum variam extunc regrediens, Comitatum Hollandiae gubernandum Wilhelmo Duci ~~Comitis~~ Palatino suo filio commendavit. Hic Wilhelmus amicitias plurimorum Dominorum Hollandiae & Zelandiae sibi acquisivit, quorum adjutorio matrem suam postea propria terra privat, hoc tamen sine conflictu bellicoso non fecit: nam ipsa mater eius praedicta copiosum exercitum armatorum fortium ex Hannonia, Hollandia, Zelandia educens navigio inter Nordhollandiam, & terram de Voren, super Masam venit, ubi bellum navale contra eum & suos adjutores sibi occurrentes habuit, in quo bello ab utraque parte acriter pugnatum fuit, finaliter tamen filius fortuna sibi favente ibidem triumphavit, & sic Comitatum Hollandiae & Hannoniae similiter sibi ~~vsurpavit~~. In isto conflictu multi probi milites & alij ex Hollandia & Zelandia perierunt. Commissum fuit hoc praelium anno Domini 1351. Quo facto Wilhelmus Comes praedictus omnes Nobiles matris suae adherentes à terra sua proscriptis, ac omnes eorum mansiones as villae

Wiclen

Floridi

Quem

Comiti

Comiti

Illas in quibus dominium habebat, incendit. Iste Wilhelmus cepit in uxorem filiam Ducis Lancastriae pulchram Dominam, & bonam valde, de qua genuit filios & filias, sed mortui sunt infanti aetate.

Anno Domini 1358. finita Treuga inter Comitem & Episcopum. Illi de civitate Trajectensi circa festum Laurentij exierunt, & Hollandenses sibi viciniores hostiliter invaserunt, ubi quamplurimos occiderunt, & incendium construentes, quasdam villas combusserunt. Quod percipiens Comes accersitis subditis Hollandiensibus, & Zelandiensibus, & aliis electis armatis pluribus, terram Episcopatus introivit, & a superiori incipiens iuxta oppidum a castro de Vianen eam devastare incepit: similiter sagittarium quibusdam Hollandensibus circa civitatem discurrebant, ac plurima damna in illis confinibus habitantibus faciebant. Episcopus autem in civitate existens, & desolatione sua terrae inspiciens, dolorem cepit, & quomodo sibi ac suo populo possit subvenire meditatus est. Tandem salvo conductu prius accepto ad Comitem properavit, ubi interloquens pro pace, amicitiam & gratiam Comitis assecutus fuit. Hic postea factus est Episcopus Leodienus.

*Bisita in-
dici: Tra-
jectenses
vicines Hol-
landis: in-
vadunt.*

*Episcopus
pacem petio
et impetrat.*

Iohannes Quintus Episcopus 48.

Assumpto ergo Iohanne Episcopo, & in Leodio cathedrato, Episcopus Monasteriensis effectus est Episcopus Trajectensis. Circa idem tempus Wilhelmus Comes profectus est in Angliam, ubi honorifice a Rege & Baronibus susceptus est, sed ipso redeunte in amentiam cecidit, in qua usque in hodiernum diem permansit, uxor ejus, ut dicitur, postea fuit veneno intoxicata, de cuius morte improvise doluit tota patria. Wilhelmo ergo Comite sic amente facto, & apud Keynoot in strictissimis vinculis ligato, Adelbertus frater ejus totam terram in tutelam suscepit, quam potentius longo tempore gubernat. Hic Adelbertus Dux in Bavaria, uxorem de genere Imperiali habuit, ex qua tres filios, & quatuor filias habuit. De filiis autem Wilhelmus primogenitus fuit, Adelbertus secundogenitus, Iohannes tertio-genitus, de filiabus Catharina primogenita, Ioanna secundogenita, ambae ante Wilhelmum & Adelbertum primogenitae, Margaretha tertio-genita ante Ioannem procreata, Ioanna quarto-genita. Una istarum tradita fuit Regi Bohemiae, qui postea fuit Imperator, altera Duci Geldriae, tertia filio Ducis Burgundiae copulata fuit, cuius sororem Wilhelmus filius Adelberti eodem tempore in uxorem accepit. Hic Adelbertus Dux, nobi-

A° 1364.

*Wilhelmus
Comes in
amentiam
cecidit.*

*Adelbertus
Hollandis
dux.*

*Eius genera-
logia.
videtur amal-
vulgaris lingua
conscriptus.*

Item Baronem de Angiâ decollari fecit, qui cognatus Comitis fuit Flandriæ, pro quo valida guerra inter ipsum & Comitem Flandriæ prædictum successit. Nam & Hannonia in multis locis à Flamingis igne & caede propter hoc vastata fuit. Sed hanc guerram Rex Franciæ compefcuit & sedavit. Adalbertus etiam Dux oppidum de Delft expugnavit & vicit, muros & portas, & munitiones ejus destruxit. ~~Item~~ Ioannes Trajectensis Episcopus debitum universæ carnis exsolvit, cui Arnoldus de Horn tunc existens in Curia Romanâ in Episcopatum successit.

In teurim

*Episcopus
mortuus.*

Arnoldus Secundus Episcopus 49.

Arnoldus ergo Episcopus ad terram rediens Trajectensem cum multis Nobilibus ingressus est, ubi à clero & omni populo cum debita susceptus est veneratione. Hic Arnoldus Episcopus vir erat bellicosus, & semper magis armis, quàm libris sive Sacræ Scripturæ intentus ac sollicitus. Hujus tempore Trajectenses castrum de Gildenburch prope eorum civitatem super Rhenum construxerunt, ubi ab Hollandiensibus, & aliis ibi per Rhenum prædictum transeuntibus thelonia seu vectigalia extorserunt. Quod audiens Adalbertus Dux, tutor Hollandiæ, cum infinitis armigeris versus Trajectum perrexit, & obsedit, & castrum cum instrumentis bellicosis multipliciter laceffivit. Tandem apris coaptatis Hollandicis & Cattis, ac aliis ingeniis insultum fecerunt, & prædictum conquiscentes castrum à fundamento everterunt, Arnoldus prædictus Episcopus Trajectensis post mortem Domini de Arckel, Episcopus Leodiensis electus est.

*De hunc et
ipso statum
et eorum.*

A^o 1378

Florentius Episcopus 50.

Ein Episcopatu Trajectensi successit Florentius de Wenelichoven Episcopus Monasteriensis. Anno Domini 1385. Wilhelmus filius Ducis Adalberti, Dominus de Osterbant accepit in uxorem filiam Ducis Burgundiæ, & Ioannes filius Ducis Burgundiæ eodem tempore fororem Wilhelmi prædicti etiam accepit in uxorem. Hic Wilhelmus ante Damentem in Flandriâ à Rege Franciæ in mense Augusto factus est miles. Anno Domini

*Adalberti
filius ducis
Burgundiæ
Ducis filia
uxorem: et
vicit versa.*

Domini 1386. uxor Adelberti Ducis viam uniuersa carnis est ingressa, & in Capellâ de Hagâ juxta altare magnum tumultata. Anno Domini 1389. in quadragésimâ Wilhelmus Comes obiit apud Kennout, cui Adelbertus frater ejus in Comitatu successit, qui antea Terræ tutor factus fuit.

*Adelbertus
dux
Hollandiæ
Comiti
dia Comiti
1389.*

Domini 1390. Ioannes filius Adelberti cathedratus est in Leodio post mortem Arnolphi Episcopi cum gaudio. Huic autem Ioanni Episcopatus Cameracensis antea à Roberto Gebennensi, qui se Papam Clementem nominari fecerat, traditus fuerat, sed in brevi tempore Episcopatum resignavit.

Eodem anno Wilhelmus Dominus Osterbant in Angliam ad Regem cognatum suum perrexit, ubi in hastiludio ibidem facto laudem eximiam acquisiuit, & cum donorum multiplicum & jocalium remuneratione repatriavit.

*Alouis
Poelgeest
na nōcū
cisa
exib
sam
prafis*

Anno Domini 1393. proscripti & exulati sunt multi Nobiles viri, Barones, milites & armigeri, occasione cujusdam Domicellæ Aleidis de Poelgeest nuncupatæ, quæ fuit occisa ab aliquibus de nocte in Hagâ, in Curia Comitis Hollandiæ. Nam dicebantur dicti Nobiles in mortem ejus consensisse, unde orta est controversia inter Ducem Albertum, & filium ejus

Wilhelmum tunc Dominum de Osterbant. Nam Wilhelmus voluit exulatos in tertiam reducere, & Pater ejus noluit in hoc consentire, quare Dux Adelbertus multos armatos collegit, & domum de ~~Hagâ~~, in qua filius posuerat ad arma octos ad tuendam domum contra ipsum, armis bellicosis sic impedit, quod de necessitate quilibet in domo existens se salvo corpore cum domo reddidit.

Altena

Et omnis altercatio inter Patrem & filium suum illis præsentibus Hollandiæ & Zelandiæ ad terminandum relicta fuit. Eodem anno Florentius Trajectensis Episcopus obiit, requiescat in pace, Laus Deo, æterna requies labori meo.

03 APPEN 7



adde hic notas.

SUFFRIDI PETRI LEOVARDIENSIS FRISII

V. I. C. AD

Chronicon

IOHANNIS DE BEKA,

Deducta usque ad annum Christi 1574.

CATALOGUS

Episcoporum Ultrajectinorum, & Comitum Hollandia, qui

EPISCOPI Ultrajectini,	ceperunt Anno Dñi.	COMITES Hollandia.
------------------------	--------------------------	--------------------

1.
S. Villibrordus, qui & Clemens: 690.
sedit annis 40.

2.
S. Vinfridus, qui & Bonifacius: 730.
sedit annis 16.

3.
S. Gregorius.
sedit annis 31. 22. 752.

4.
S. Albricus,
sedit annis 10. 784.

5.
S. Theodardus, sive Thiadardus 794.
sedit annis 6.

6.
S. Harmackarus, qui aliis Her- 800.
macutus, aliis Harcamarus, a-
lius Erwakirus:
sedit annis 27.

7.
S. Rixfridus:
sedit annis 7. 33. 807.

S. Fredo

EPISCOPI Ultrajectini.

superior
Anno
Dni

COMITES Hollandie

8. Fredericus
sedit annis 2.
834.

9. Alfricus, aliis Albricus, aliis
Albertus:
sedit annis 19. 16.
836.

10. Ludgerus,
sedit anno uno.
838.

11. Hungerus
sedit annis 10. 11.
856.

12. Odilbaldus
sedit annis 34.
866.

13. Egilboldus, aliis Eiuoldus,
sedit menses 6. vel, ut alij volunt
10.
900.

14. Radbodus
sedit annis 17.
901.

15. Baldricus
sedit annis 59.
918.

16. Folckmarus, alij Wolckmarus
sedit annis 13.
977.

17. Balduinus
sedit annis 4.
990.

18. Aufridus
sedit annis 14.
994.

19. Adelboldus
sedit annis 12.
1002.

1. Theodosteus primus
præfuit annis 382.

2. Theodoricus secundus
præfuit annis 364.

3. Arnulphus, aliis Arnoldus,
præfuit annis 64.

4. Theodoricus tertius
præfuit annis 46.

Arnulphus

EPISCOPUS Ultrajectus.

1170
Anno
Dni.

COMITES Holland.

20.
Arnulphus, aliis Bernoldus, aliis 1037.

Warnulphus.

sedit annis 27.

1039. Theodoricus quartus
præfuit annis 6.1048. Florentius primus
præfuit annis 14.21.
Wilhelmus de Geldria,

Aliis Hermannus,

sedit annis 21.

1054.

1062. Propter juventutem sequentis
Theodoricus Comitatus 14. annis
variè ex hinc jactatus fuit, de quo
vide Becanum cap. 21.

22.

Conradus

sedit annis 24.

1073.

1076. Theodoricus quintus
præfuit annis 8.1096. Florentius secundus
præfuit annis 10.

1099.

Burchardus

sedit annis 13.

24.

Godebaldus

sedit annis 15.

1112.

1126. Theodoricus sextus
præfuit annis 17.

25.

Andreas de Kuyck

sedit annis 11.

1127.

26.

Hardebertus, aliis Harbertus, a- 1138.

liis Harpardus, aliis Heriber-

tus de Beron,

sedit annis 12.

27.

Hermannus de Horn

sedit annis 6.

1130.

EPISCOPI Ultrajeſini,

ceperunt
Anno
Dñi.

COMITES Hollandia.

^{28.}
Godefridus de Rheneu
ſedit annis 2.

1156.

^{10.}
1163. Florentius tertius
praefuit annis 27.

^{29.}
Baldevinus de Hollandia
ſedit annis 18.

1178.

^{11.}
1190. Theodoricus ſeptimus
praefuit annis 11.

^{30. 31.}
Arnoldus ab Iſenburch, &
Theodoricus ab Hollandia
ſederunt ſimul annis 2.

1196.

^{32.}
Theodoricus de Are
ſedit annis 4.

1198.

^{33.}
Otto de Geldria
ſedit annis 3.

1201. Ada filia Theodorici ſuperioris
conſilio matris Ludovico Comiti
de Loon praeter conſenſum patrie
1202. nupta, jure hereditatis integro fe-
re anno, cum ſequenti Vilhelmo
patruo ſuo de rerum ſumma con-
tendit, & mortua mox ei Comi-
tarum reliquit: Ideoque cum in-
augurata non fuerit, Becanus eam
in numerum Comitum non retu-
lit, quae cauſa eſt, cur alij Comites
Hollandiae uno plures numerent.

^{12.}
1202. Wilhelmus primus
praefuit annis 19.

^{34.}
Otto de Lippia
ſedit annis 20.

1205.

^{13.}
1221. Florentius quartus
praefuit annis 13.

^{35.}
Willibrandus de Oldenburch
ſedit annis 8.

1225.

^{36.}
Otto de Hollandia
ſedit annis 16.

1233.

p Wilhel-

<i>EPISCOPI Ultrajecti.</i>	<i>superius Anno Dni.</i>	<i>COMITES Florenti.</i>
	1234.	¹⁴ Wilhelmus Secundus præfuit annis 2 r.
^{37.} Gosvinus ab Aemstel sedit plus minus anno uno.	1249.	
^{38.} Henricus de Viena, sive de Viana, sedit annis 17.	1250.	
	1255.	^{15.} Florentius Quintus præfuit annis 4 r.
^{39.} Iohannes de Nassouven sedit annis 21.	1267.	
^{40.} Iohannes de Zirck sedit annis 11.	1288.	
^{41.} calendarius aberrat. Wilhelmus de Mechlinia sedit annis 5.	1296.	^{16.} Iohannes primus præfuit annis 4.
^{42.} Guido de Hannonia sedit annis 16.	1300.	^{17.} Iohannes Secundus præfuit annis 4.
^{43.} Fredericus de Zirck sedit annis 5.	1301.	^{18.}
	1304.	Wilhelmus tertius præfuit annis 3.
	1317.	
^{44.} Iacobus de Oosthorn sedit menses 2.	1322.	
^{45.} Iohannes de Diest sedit annis 18.	1322.	
	1337.	^{19.} Wilhelmus quartus præfuit annis 8.
^{46.} Nicolaus Caputius sedit vix integro anno.	1340.	
^{47.} Iohannes de Arekel sedit annis 23.	1345.	^{20.} Margarita defuncti Wilhelmi soror & Ludovici Imperatoris uxor, præfuit annis 6.

Hæcenus igitur illos, tum Episcopos, tum Comites recensuimus, quos *Becanus* commemorat, subiiciemus nunc eos porro, qui *Appendice* nostra continentur. In quorum serie quod Episcopum *Iohannem de Arckel*, & Imperatricem *Margaritam* conspicias, qui in superiori quoque *Catalogo* visuntur, ideo fit, quod nos eorum res gestas à *Becano* inchoatas prosequamur: Ab anno enim 1343. in quo ille desinit, nos auspicamur.

EPISCOPI <i>Ultrajectini.</i>	ceper. Anno Dni.	COMITES <i>Hollandæ.</i>
47.		20.
<i>Iohannes de Arckel</i> sedit porro annis 23.	1343.	<i>Margarita Imperatrix</i> præfuit annis 6.
48.		21.
<i>Iohannes Varneburgensis</i> sedit annis 7.	1352. 1364.	<i>Wilhelmus Quintus</i> præfuit annis 25.
49.		22.
<i>Arnoldus Hornensis</i> sedit annis 7.	1371.	<i>Albertus Dux Baviaræ</i> præfuit annis 27.
50.		23.
<i>Florentius Wenelichovius</i> sedit annis 13. mensibus 5.	1379.	<i>Wilhelmus Sextus</i> præfuit annis 12. mensibus 6.
51.		24.
<i>Fredericus Blanckenhemius</i> sedit annis 30. mensibus 6.	1393.	<i>Iacoba filia Wilhelmi</i> præfuit annis 19.
52.		
<i>Zuederus Culenburgius</i> sedit annis 7 10	1423.	<i>Rodol-</i>

<i>EPISCOPI Ultrajeclini.</i>	<i>ceperunt</i>	<i>COMITES Hollandi.</i>
	<i>Anno</i>	
	<i>Dñi.</i>	
53. Rodolphus Diepholdius sedit annis 23.	1433.	25. Philippus Burgundus præfuit annis 31.
54. Gisbertus Bredenrodius præfuit annis non plene duobus	1455.	
55. David Burgundio sedit annis 39.	1457.	26. Carolus Burgundus præfuit annis 9. mensibus 6.
56. Fredericus Badensis sedit annis 10.	1496.	27. Maria Burgundiaca præfuit annis 3. mensibus duobus
		28. Philippus Austriacus præfuit annis 24.
		29. Carolus Austriacus præfuit annis 49.
57. Philippus Burgundio sedit annis 8.	1516.	
58. Henricus de Bavaria sedit annis 5.	1524.	
59. Wilhelmus Enckefortanus sedit ferme annis 7.	1529.	
60. Georgius Egmondanus sedit annis 24.	1536.	
61. Fredericus Schenck à Tautëburch	1560.	30. Philippus Hispaniarum Rex.

Præmissis hoc Catalogo jam ad rem accingamur, & Episcoporum Comitumq; res gestas, quæ à Becano pertractatæ non sunt, paucis hinc porro jam explicemus, singulis ordinibus peculiari attributa columna, quo facilius Lector inveniat, quod desiderat.

Anno
Dni. EPISCOPI Ultramontani.

COMITES Hollandia. *Anno*
Dni.

47.

IOHANNES de ARKEL:
sedit porro annis 19.

20.

MARGARITA Imperatrix:
presuit in totum annis 6.

1346. **I**ohannes de Arkel
Episcopus A^o 1346
propriis expensis op-
pidum Remum mu-
ris & propugnacu-
lis comunivit, ur-

bemque suam factiosis, qui Gun-
terlingi appellabantur, proscriptis
& eiectis repurgavit. Cumque per
Prædecessorem suum Iohannem
Diestenhem Episcopatus grandi
ere alieno gravatus esset, ut hoc
exolveret commodius, sex viros
constituit, qui Episcopatus nego-
cia administrarent, debitaque ex-
olverent, ipseque clam cum exi-
guo comitatu Turonas in Gal-
liam concessit, ut ibidem viveret
incognitus, & ex parcimonia ve-
tigal certissimum colligeret: Sed
cum rebus ipsis experiretur se do-
mi non condos, sed promos, non
amicos, sed hostes reliquisse, an-

1348. no tandem 1348. ad festum S. Io-
hannis Baptistæ reversus est, om-
niaque & tumultibus perturbata,
& debitis implicita invenit. Zue-
derus enim de Loo, qui ex Sexvi-
tis unus erat, templum de Emâ ca-
ptum profanavit, atque in ca-
strum conformavit, Eminissenses
quoque præter pacta conventa de-
serunt, & se Orientales Hollan-
dos nominarunt: quos Episcopus
armata manu mox in ordinem re-
degit. Interim vero dum & Hol-
landiæ Comes Episcopum bello
laccesseret, Gihbertus de Bronck-

MARGARITA igitur
Imperatrix Ludo-
vici Quarti uxor;
ac soror Wilhelmi
defuncti, eo pacto
quo Becanus dixit

adepta Comitatum, Wilhelmo fi-
liorum suorum natu maximo Du-
ci Bavarix, Comitique Palatino
gubernandum commendavit: ca-
tamen conditione, ut sibi ille pen-
sionem decem milium Scutorum
Franciæ annuam persolveret, aut
si minus id præstaret gubernatio-
ne Comitatus sine tergiversatione
cederet: Matre igitur in Bavariam
regressa, Wilhelmus prioribus qui-
dem annis nihil omisit, quod ad
officium boni gubernatoris per-
tineret, nisi quod annuam pensio-
nem matri promissam non solve-
ret. Anno 1348. Wilhelmi pater
Ludovicus Imperator ex venatio-
ne reversus, cum de equo descen-
deret, spiritu repente destitutus
est. Anno eodem Wilhelmus Epi-
scopum Trajectensem Iohannem
de Arkel aggressus est apud Ikel-
stemium super aggere, & exussit
villam Iutfasiam, ibidemque E-
piscopum per octiduum prætola-
tus est: Sed Episcopus collectis
quatuor armatorum milibus inte-
rim terram Aemsterlandiensem, &
Woerdensem flamma ferroque va-
stavit: mox autem Ducis Lymbur-
genfis, Comitæ Clivenfis, & Co-

P ; hork

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

Borcheloa

1349.

1351.

horit etiam adversus eum in successit, ac praesidium de Goer in contumeliam ejus exussit. Quin & ipsum vicissim Episcopus durantebus Hollandicis induciis, ferro flammisque persecutus, cum alias ejus Domini villas, tum etiam ~~Borcheloa~~ vastavit: Quin etiam Reynaldus Geldriae Dux, ac frater ejus Eduardus, quoniam Wilhelmo Hollandiae Comiti suspectas tulerunt, Episcopum vexarunt: Finitis igitur induciis Hollandicis anno sequenti, hoc est, 1349. postridie annunciationis, Episcopus cum civibus Trajectensibus expugnavit atque everit, civitatem Oudewateresem, ut praesentem cum interitu oppidanorum, ita non sine magna jactura suorum: Perierunt enim in ea expugnatione ex Capitaneis Episcopi Dn. Iohannes Risenburgius, Dn. Iacobus, & Dn. Iohannes Lichtenburgius, & Dn. Everardus Drielenus: Mox rursus Hollandos ad Schonhoviam, quam expugnare parabat, sibi cum magnis copiis occurrentes fudit: Ex quo praedio Episcopus locupletior factus est, ob spolia, & redemptiones captivorum, quos multos ac potentes ibi consecutus est: Mox rebus suis utcumque compositis, Gerardum van den Veen Episcopatus administratorem fidiorem constituit, & eodem parcimoniae proposito Romam concessit, ibidem quae tum permansit usque ad annum 1351. Interea vero Zuederus de Loo, Iohannes Woudenburgius, item

COMITES Hollandiae.

Anno
Dni.

Joes Bevan
tius

1350.

mitis Hannoniae intercessione induciae inter Comitem Wilhelmum & Iohannem Episcopum compositae sunt, usque ad festum S. Martini in sequenti Novembri: Quin etiam Reinaldus Dux Geldriae, & frater ejus Eduardus, quoniam Wilhelmo confederari erant, simul Episcopum impetiverunt. Quibus ille Dn. Fredericum Esensem, & Dn. Voerstensem, & Dn. Kuywerensem opposuit. Sed anno insequenti mox intercessione Principum hoc bellum compositum fuit: Interea temporis, hoc est, anno 1350. Dn. Margarita Imperatricis, Hollandiae Comitissa, dolens & indignata, quod ex promissa pensione annua Comitatus nomine terentium non reciperet, cum ingenti Comitatu Dordracum appulit, ac Wilhelmum filium eodem ad se vocavit, qui veniens secundum pacta conventa. Matri gubernationem liberè resignavit, causatus se ex provetibus Hollandiae promissam summam annuatim corradere non posse: eoque facto Matrem ibidem relinquens, in Hannoniam concessit: Mox & ipsa Margarita in Hannoniam profecta est. Constituto Hollandiae gubernatore altero filio suo Ludovico Duce Bavariae, & Rege Cracoviae: Qui quidem cum in Hollandiam non veniret, multis magnisque calamitatibus occasionem dedit: nam cum status publicus ibi toto fere anno sine capite certo fluctuaret, aliis privatim aliter tumultuantibus perque

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectini.

COMITIS Hollandia.

Anno
Dni.

que Gilbertus Stoutenburgius, Iohannes Culenburgius, & Henricus Vianensis, qui priori professione ab Episcopo gubernatores Domini relictii fuerant, animadvertentes Episcopi absentiam aliquam diuturnam fore, partim quod Gerardo van den Veen inviderent, partim quod ex illius laude sibi vituperium imminere prospicerent, modis omnibus apud Capitulum id egerunt, ac tandem effecerunt, ut Episcopus domum revocaretur: Qui reversus in festo S. Aegidij, multum ac diu cum hisce atque aliis colluctatus, tandem improbitate eorum contudit, & superatis indigna ademit, digna restituit, totumque Episcopatum aere alieno liberavit, factionibus oppressis pacavit, & restituta Iustitia in statum pristinum reduxit, intra proximum quadriennium: adeo quidem ut quae unquam antecessores eius vel minus iuste amiserant, vel majori necessitate obligaverant, ipse recuperavit, ac liberaverit universa, rata cum aequitate, ut etiam hi quibus adimebatur, secum bene actum faterentur: Itaque tum animum adjecit ad extirpandas Ecclesias, ac dirutas quidem restauravit, restauratas libris optimis, calicibus, aliisque pretiosis ornamentis instruxit. In summa etiam Ecclesia pretiosissimam Mithram cum baculo pastoralis argenteo deaurato, quibus verus Episcopus & Dn. Trajectensis in sua nova introductione investiretur & coronaretur, propriis

niciosissimae duae factiones pulularunt, quae non modo inter subditos concordiam penitus omnem everterunt, sed etiam filium Wilhelmum adversus Matrem Imperatricem instigarunt. Omnesque pene Europae Principes inter se commiserunt: Altera pars nomen ab Asello pisce sumpserat, cujus fautores populari lingua *Cabbellans* dicebantur, nos Asellatos vocare possumus: Altera se ab Hamo venditabat, quo scilicet Asellus capitur, & *Hoex* dicebatur, nos proinde Hamatos appellabimus: Asellatae factionis Antistites in primis fuerunt. Dn. de Arkel, D. de Egmondia, D. de Heemskercke, D. de Borsele, D. de Gaesbeke, & inter civitates Dordracum, Delphi, & Harlemum, cum pluribus aliis: Hamatae vero factionis capita praecipua fuerunt, Dn. Bredendodius, D. de Leckia, D. de Binckhorst, & civitates Amsterdamum, Leyda, cum aliis: Asellati ergo, ut eventus docuit, ubique ferè superiores, tanta rabie grassati sunt, ut intra hujus anni spatium adversariorum munitissima castra septendecem solo aequarent: Quo detrimento indignati Hamati, Imperatricem appellarunt, ut se de inimicis iusto supplicio sumpto vindicaret: Asellati vero ut se adversus ingruentem vim superioris potestatis communitent, ingentibus promissis Wilhelmum ad recuperandam Hollandiam sollicitant: qui quamvis primo faris ingenue recusasset, se invitam Matrem

expen-

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectioni.

COMITES Hollandia:

Anno
Dni.

expensis magnificè fabricari fecit. Caterùm ut nihil stabile est in rebus humanis, anno 1355. Wilhelmus Hollandiæ Comes mense Novembri in festo S. Martini bellū Episcopo indixit, adversus quē etiam illo authore mox omnes penè vasalli ac subditi sui rebellaverunt simul, inter quos tamen præcipui fuerunt Dn. Arnoldus Iffelsenius, D. Iohannes Culenburgius, D. Iohannes Harlarius, Dn. Iohannes Langerakius, D. Gisbertus Nyenodius, Dn. Iohannes Bloemstenius, D. Souidinus Rhenanus, Henrici filius, D. Iohannes Schouwenius, D. Zuederus Nefsenus, D. Gerardus Vlietenus: Itaque cum his aliisque Ducibus ingentem exercitum cum Comes contraxisset in Traiectensem Diocēsin impetum fecit, omniaque ferro flammisque vastavit, usque ad Coten, ubi diebus octo continuis per superioris Tertitotij pagos ac villas grassatus est. Episcopus verò copiis collectis externis, cum & cives Traiectenses, ut solebat, una secum ad prælium adversus hostes educere niteretur, comperit cives à conjuratis per D. Iffelsenium, & D. Culenburgium, & D. Vianensem jam corruptos esse, ita ut nec minis, nec blanditiis ullis induci possent ad profligandos hostes Episcopi. Perpendens itaque secum Episcopus, quod cum solis externis militibus hosti impar futurus esset, simulque metuens, ne, si temerè urbe excederet, forte ipso excluso, hostis reci-

Schonouwius

id esse facturum, tandem tamen perpulsus est, cum & Comitatum non jam titulo gubernationis, sed hæreditatis jure sibi offerri cerneret, simulque consideret patriam ~~patriam~~ potentia se factionem adversariam facillè superaturū: cum itaque Gorichum clam ad Dn. de Arkel venisset, certiores facti Dordracenses, Delphenses, & Harlemenses cum cæteris Afellatis eò confluerunt, & ad ductum Wilhelmum ingenti cum solennitate primum Dordraci, deinde in aliis aliquor oppidis, planè autem per totam Kenemariam & occidentalem Frisiam dato & accepto fidelitatis jurejurando in genuinum & hæreditarium Hollandiæ Comitem inaugurarunt, & hoc jam Duce freti ad reliquias adversæ factionis extirpandas porro se paraverunt. Flamati itaque his obstupesci castra sua restaurare, restaurata communitè, & assiduis literis ac nunciis præsentiam Imperatricis flagitare. Quæ quidem cum per literas filium officij admonuisset, nec responsum satis æquum ab eo recepisset, tandè, quod cum gratiâ impetrare non poterat, per vim sibi efficiendum existimavit, ut ille Hollandiâ excederet. Contracto igitur utrimque ingenti exercitu, anno 1351. bis concurrunt. Primum quidem in Valachriâ ante civitatem Veriensem, ubi victus Wilhelmus in Hollandiâ confugit. Postea verò prælio navali supra Mosam inter Bryelas & Gravelanthum, ubi victa Imperatrix peretur.

suatum

1357

EPISCOPI Utrajectini.

COMITES Hollandia.

poretur, quamvis gravatim, man-
 sit tamen intra septa urbis: In-
 terea temporis cum D. Sleidanus,
 & D. Diclenus, cum 40. armatis
 ad Comitem Wilhelmum tenden-
 tent, & errore viatum in Mont-
 forum incidere, omnes ibi ca-
 pti, & in gratiam Episcopi custo-
 dia traditi sunt: pacatis autem &
 reconciliatis progressu temporis
 civium animis Episcopus anno
 1356. proximo, hoc est, 1356. post
 conversionem S. Pauli Wesopen-
 se & Mudense oppidum vi expu-
 gnavit ac diruit: Tandem vero
 cum & Comes iterato Diocesis
 Episcopi potenti exercitu invade-
 ret, contra illam se pararet Epi-
 scopus, fuerunt, qui intercessione
 sua pacem componerent, ea qui-
 dem (ut traditur) conditione, ut
 quisque sua, quae ablata essent re-
 ciperet, ac D. Gilbertus Vianen-
 sis reedificaret castrum suum de
 Goey, & Comes Wilhelmus in po-
 sterum de proscriptis ab Episcopo
 non faceret litem suam: Insuper
 omnes utriusque partis captivi li-
 beri dimitterentur, Septemque
 proscripti, quos Gunterlingos
 appellabant, reditum ad sua ha-
 berent: Quibus utrimque praes-
 titis, Episcopus, ut vir minimè
 tenax injuriarum, & non minus
 ingenio clemens ac propensus ad
 ignoscendum, proscriptis omni-
 bus in universum veniam delictor-
 um dedit. Eaque ratione & sibi
 gratiam apud subditos, & subdi-
 tis tranquillitatem stabilivit, quam
 ex hinc ad multum tempus sum-

in Angliam se recepit: venerandè
 autem in subsidium Imperatrici,
 primum Hamati omnes, & tota
 Zelandia, Franci deinde Hanno-
 nienses & Angli: nam Philippa
 soror Imperatricis Regi Angliae
 nupta erat: Wilhelmo adhærebant
 è contra Afellati universi, & cum
 his tota septentrionalis Hollan-
 dia, Kenemaria item, & Occiden-
 talis Frisia, & ex Zelanda D. Mach-
 tildis de Voern, D. Iohannes Cu-
 lenburgius, itemque Dux Geldriae
 & complures alij: Concors est
 Scriptorum traditio, posteriori
 conflictu, qui ipso die translatio-
 nis S. Martini accidit, tantam ho-
 minum stragem fuisse editam, ut
 aqua Mosae per tres usque dies co-
 lorem sanguineum repraesentaret:
 Tanta igitur clade debilitatis &
 contritus utriusque partis viribus,
 tandem intercessione Principum
 ita Matri filius reconciliatus est,
 ut Wilhelmus Hollandiam, Zelan-
 diam, & Frisiam jure heredi-
 tario retineret. Imperatrix ad vi-
 tæ terminum obrineret Comitatu
 Hannoniae: Imperatrix igitur Hol-
 landiam relicta in Hannoniam re-
 versa, quinque supervixit annis.
 Annoque demum 1356. Valen-
 tianus obiit ac sepulta est: fuerat
 autem hæc Margarita filia Wilhel-
 mi tertij Comitis Hollandiae, quæ
 nupta Ludovico Duci Bavariae, ac
 demum Romanorum Imperatori,
 ex eo suscepit filios tres, hunc i-
 psum Wilhelmum Comitem Pal-
 latinum & Ludovicum Regem Cra-
 coviae, & Albertum Marchionem

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

Zellandia

est hodie ad
castrum Arcken/fois
in Zellandia prope
Wesep et Battina
qua nota sunt in
Heda ijs quae ab Heda
ponuntur, conveniunt.

1360.

ma cum omniū laetitia obtinuit. Idem Episcopus anno 1360. in ~~Zelandia~~ intra Westscapellam & Carinam primum ligneum, deinde lapideum castrum aedificavit, quod Arckelstenium appellatum est: ut eo tum Zelandos ipsos in officio cōtineret, tum etiam praedones ac raptōres cohiberet. Anno sequenti idem Episcopus Stellingervios, Steenwickervoudios & Ommelādios Ditionis suae existentes, sed iussa facere detrectātes armatā manu in ordinem redegit: Sed Stellingervios mox rebellātes iterato aggressus arctiori disciplinā coercuit, sic ut ipsi detrimento suo, alij ipsorum exemplo se deinceps in officio continerēt. Hoc etiam anno contentio inter duos fratres Reinoldum & Eduardum accidit ob Ducatum Geldriae, quam & Episcopus ex parte fovit. Illud hic addendum est, Anno 1351. per Geldriam subortas esse factiones duas, quarum altera Hekers, altera Bronckhorst appellabatur, per quas ultro citroque omnia scelera perpetrabatur, non aliter quam eadem tempestate apud Hollandos inter Assellatos & Hamatos, apud Frisios inter Schiringos & Vetcoperos: Sed haec Geldria factio decem annis grassata, postquam Eduardus rerum potitus fuit, utcumque sopita, non ante retruduit, quam ille vita defunctus est: Reinoldo igitur adhærebat factio Hekers, Eduardo autem Bronckhorst. quibus inter se diu vario Marte con-

1351.

Brandenburgensem, qui Wilhelmo tandem in Comitatum Hollandiae successit: Imperatrix autem ut antea dictum est, praefuit annis 6.

21.

WILHELMUS Quintus
praefuit annis 25.

Wilhelmus igitur Dux Bavariae, Comes Palatinus Rheni, Comes Hannoniae, patre Matris, & consensu Ordinum sive Statuum patriae, factus est haereditarius Hollandiae, Comes hujus nominis quintus. Anno Domini 1352. uxorem hic habuit Machtildin filiam Henrici Lancastriae ex Anglia, ex qua tamen liberos nullos sustulit. Hic igitur Wilhelmus, cum primo triennio suo satis negocij habuerit in opprimendis & pacandis factionibus Ditionis suae, anno 1355. Episcopum Trajectensem invasit, magnamque praedam ex superiori ejus Territorio vastatis pagis abstulit: D. de Egmondā Bunschotenses gravi clade affecit: Eminissenses evestigio ab Episcopo deficientes Comiti Wilhelmo se aggregarunt, & Orientales Hollandici voluerunt: Mox etiam anno sequenti 1356. D. Gisbertus Iselstenius munitissimam turrim nomine *Snoien-toern*, sitam in villa Geina proditione Castellani Episcopo ademit, ac funditus evertit: Arnoldus etiam Iselstenius Marschalecum ~~Manifacium~~ corrupit, ut in Comite Wilhelmo contra vo-

1352.

1355.

1356.

nonfuchium

cum

certan-

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectini:

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

certantibus, tandem Eduardus vi-
ctor, capto Reinoldo Ducatus re-
signationem extorsit, eundemque
per decem integros annos in cap-
1361. titate tenuit: Anno 1361. Epi-
scopus circa festū Nativitatis Ma-
riæ bellum indixit D. Zuedero de
Voerst, quod is ex castro Keppe-
lensi nimium infestaret Transu-
lanos. Ideoque Zuollentes, Cam-
penses, ac Daventrienses Episco-
po adversus hostem communem
libenter suppetias tulerūt. Sed cum
hac vice minus felici Marte pu-
gnaretur, anno sequenti feria quin-
ta post festum S. Iacobi adjuncto
sibi unā cum prædictis auxiliari-
bus nepote suo D. Ottone de Ar-
ckel, quindecim hebdomadis ob-
sedit munitissimum castrum de
Voerst, & nono die Novembis
per deditionem cepit, ac solo æ-
1364. quavit. Anno 1364. mensis Fe-
bruarii die 10. Episcopus aggeri-
bus clausit, & adversus impetum
aquarem cōmunivit terram Ma-
stenbroukensem, ejusque proven-
tus Trajectinæ sedi acquisivit, Me-
diam tamen portionem decima-
rum ad honorem sanctorum Cō-
fessorum Leuini & Radbodi Ec-
clesiæ Daventriensi contulit: Hoc
igitur anno, cum jam viginti tri-
bus annis Episcopatum admini-
strasset D. Iohannes de Arckel, &
prædiis castrisque auxisset, ære a-
lieno liberasset, ornamentis Eccle-
siasticis ac privilegiis condeco-
rasset, per Pontificem Urbanum
quintum Trajecto Leodium trās-
fertur, ac 14. mensis Aprilis clero

luntatem Episcopi fœdus iniret,
& captos dudum D. Sleidanum, &
D. Dielenum cum cæteris dimit-
teret, D. etiam Gisbertus Nyenro-
dius Amersvordienfes gravi præ-
lio contrivit, in quo graviter vul-
neratus est D. Otto Larenus, Ma-
reschalus Episcopi: Wilhelmus au-
tem Comes hoc anno iterum ag-
gressurus Episcopum, veniens in
ejus Diœcesim in patenti campo
castra metatus est, cui nomen po-
pulare est de *Hogewoerde*, ubi ipse
omnia devastans D. Egmondanū
misit adversus castellum Dn. Ste-
phani Nyeveldij: quod etsi tandem
certis conditionibus deditum sit,
nihilominus tamen funditus est
eversum: Hoc autem factō bonis
conditionibus inter Comitem &
Episcopum firmata pax est. Neque
contendit hic quidem Comes de-
inceps unquam cum Episcopo
amplius: Non multo enim post
in Angliam profectus est ad socer-
um Henricum Ducem de Lan-
castriā, & Eduardum Regem, cui
Philippa Matertera sua nupta e-
rat, aliquandiu se recreavit, cum
Rex ea tempestate conventū Prin-
cipum insignem variis præmiis &
exercitiis ibidem celebraret Vnde
postquā reversus esset anno 1358. 1358.
in festo S. Georgij mente captus
est, perduravitque in furore con-
tinenti annis novendecim, hoc
est ad finem usque restantis vitæ,
custoditus primum in Haga Co-
mitis, ac deinde in Kenoto Han-
noniæ, ubi & mortuus, tandem se-
peliatur Valencenis apud progeni-

Anno
Dni.

124

EPISCOPI *Utrajectini.*

ac populo Trajectino valedicens, Leodium commigravit, intravitque urbem penultima die Julij sequentis, Comitatus Duce Geldria, & Comite Varneburgio, & Dn. Ottone de Arkel, multisque aliis magnatibus. Quanta autem cum dexteritate Leodiensem Episcopatum administraverit, ex Chronicis Leodienfium intelligi poterit, quæ nos favente Deo brevi in lucem daturi sumus. Tandem vero cum ex hinc Sedi Leodiensi praefuisset annis quatuordecim vita defunctus est, anno 1378. prima die Julij, & quoniam ita voluerat, Leodio Trajectum relatus honorifice sepelitur in summâ Ecclesiâ ad plagam australem apud forem suam Comitissam de Dotterinde: In testina ejus vase puro recondita Leodij sepulta sunt, in Monasterio Wilhelmitarum:

48.

IOHANNES VERNENBURGENSIS

sedit annis 7.

1364. Johannes igitur Vernenburgensis eodem anno 1364. octavo die Septembris cum decenti comitatu Trajectum intravit, ubi magnâ solennitate in Sedem Episcopalem collocatus est. Hic antea fuerat Episcopus Monasteriensis, & per Pontificem Urbanum quintum Monasterio Trajectum translatus est, vir planè bonus ac modestus: fuerunt ei tamen etiam quamvis invito gerenda bella.

APPENDIX

COMITES *Hollandiæ.*

Anno
Dni.

tores suos Comites Hannoniæ, decessitque uxore adhuc superstite sine liberis anno 1377. quem uxor obitu suo non multo post consecuta, in Monasterio Reynsburgensi sepelitur. 1377.
nempe quatuor-
to

In furorem igitur lapsa Comite Wilhelmo factiosi inter se mirifice tumultuati sunt, de Gubernatore idoneo substituyendo, qui vices Comitis gereret, donec is forte ad sanam mentem rediret. Itaque Afellati Machtildin ipsius Comitis uxorem postulabant, Hamati vero eam non modo ob sexum, sed etiam ob nationem averfabantur, ut quæ nec liberos ex Comite suscepisset ullos, neque Hollandiam ullo sanguinis nexu coniungeret. Ideoque tandem hi obtinuerunt, ut Albertus Palatinus Rheni, Dux Baviaræ, frater Comitis tanquam verus agnatus, & iustus hæres ad hanc provinciam vocaretur: Itaque hic magnâ cum pompâ Principum ac Nobilium, ducente eum Iohanne Domino de Arkel, Hollandiam ingressus, eâ conditione Tutor Hollandiæ, Zelandiæ, ac Frisiæ, constituitur, ut furiosi fratris uxori Machtildin ad vitæ usque terminum singulis annis persolveret duodecim milia Scutorum antiquorum: Quo quidem pacto cum in initio partes inter se mirâ concordia reconciliatæ essent, ipseque Tutor Albertus in profundâ pace versaretur, mox per invidiam D. Iohannes Bloemstenius Præfectus Kenemariæ, homo factionis Afellatæ ab impro-

Nana.

1366
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini,

COMITES Hollandia.

21 mo 21 6 us

Nam anno sequenti filios D. Venenij ex Diocesi Monasteriensis Transfulaniā infestantes, ob diuturnas ac graves suorum querelas armatā manu compescuit: Et anno 1366. Amersvordienfes consuetum vectigal ac tributum negantes ad obedientiam reduxit. Hoc anno 23. Martij mortuus est venerabilis Pater Bodevinus à Sterckenburch, partium Frisiae qui fuit Episcopus Tripolitanus, ac fidelis coepiscopus D. Iohannis de Arckel, ac sepelitur in Monasterio S. Servatii Trajecti, cuius tumba magnificis iumptibus post modum expolita fuit anno 1372.

1368. Cæterum anno 1368. in profesto Sanctorum Apostolorum Symonis & Iudæ, cum Episcopus esset in oppido Gorā cum familiā suā, neque fideliter excubiæ servarentur, ex improvise hostes aliquot ejus nuper ab ipso proscripsi, videlicet Iohannes Zuolmanus, Simon Zuolmanus, Engelbertus Sallius, Otto Kenemadeus, Henricus Scumæus Hunderburgēsis, Hermannus Tuickelensis, cum plerisque aliis scalis admotis moenia conscenderunt, & irruptione factā, interfectis quatuor ejus familiaribus, Episcopum ipsum unā cum tredecim amicis suis ceperunt avexeruntque: qui se mox sexdecim millibus scutorum anriqorum redemit, & cum pecuniā præsens non esset, sponderunt pro ea, D. Iacobus Souderbalschius, Abbas Oestbronkius, D. Gisbertus Vianensis, D. Zuede-

bis quibusdam apud Albertum sinistris minoribus traductus fuit, quem cum ille Præfecturā ob id contumeliosius deiecisset, & in ejus locum Reinoldum Dni. Bredenrodij filium substituisset, exarsit de integro vetus odium inter Asellatos & Hamatos, cum illi se ex unius contemptione omnes contumeliā affectos interpretarentur: Itaque Asellati Bredenrodiis ad Præfecturam accipiendam tendentibus, prope Castrichemum insidias tetenderunt: Et cum tribus de Comitatu eorum interfectis ipsos assequi nō possent, metu Majestatis, alij se in castrum D. Valteri Hemskerckij, alij in civitatem Delphensem præsidij gratiā receperunt: Quare Dux Albertus & castrum hoc, & civitatē Delphensem diuturnā obsidione pressum per deditionem tandem cepit: Quamquā autem tum temporis de integro pax inter factiones utcumque per Ducem ipsam composita esset, tamen anno sequenti 1360. magis est constabulata per Dn. Ottonem de Arckel. Hic enim cum eo ipso consilio in oppido suo Gorichemo equestris hastiludij celebritatem agitarer, & ad eam ex diversis provinciis, maxime autem ex vicinā Hollandiā certatim Principes ac Nobiles confluisissent, ille omnes inter se mirā dexterrate reconciliavit, & Alberto Duci suos vasallos ac subditos obedientes reddidit: de hoc Ottone refertur memorabile exemplum puniæ libidinis. Erat

1360

Q3

rus

Homburgensis

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiektini:

COMITES Hollandie:

Anno
Dni.

rus Vianensis, D. Stephannus Nycveldius, D. Gerardus Vrenckius, Quibus Episcopus vicissim in hypothecam assignavit omnia castra omnesque munitiones, cuncta prædia ministerialia, & omnes proventus Territorij inferioris, insuperque & castum Vullenhovium cum suis adnexis, donec expensa pecuniæ summa eisdem esset ad alsem restituta: quæ res Episcopatum valde debilitavit. Tandem vero idem Episcopus cum in magnis angustiis Episcopatum administrasset annis septem, repente exunctus est, sine ulla novità præcedentis morbi: quare non defuerunt, qui veneno sublato exhiberent: Sepelitur autem non admodum solenniter in majori Ecclesia.

49.

ARNOLDUS HORNEN-
SIS sedit annis 7.

CUm igitur Episcopus D. Iohannes Vernëburgensis sepultus esset, quidam Capitularum, cum quibus & totum Capitulum Daventriense cõsensit, elegerunt suum Præpositum Ecclesiæ Trajectensis D. Zuederum. Vter loo, quem tamen alij rejecerunt, Pontifex igitur Urbanus veritus ne scisma gravius aliquod malum operaretur, ipse Episcopatum contulit illustri ac integro viro D. Arnolde Hornensi, illustrissimi Comitum Hornensis filio, qui tum temporis in Curia Ro-

Gorichemi quidam Henricus Cānemaker, genere splendidus, & potens opibus, sed moribus, ut res declaravit, impediō improbus. Huic enim ludus erat honestissimas quasque virgines ac viduas clandestino matrimonio sibi copulare, præstipularique semper à singulis, ne cõtractum matrimonium evulgarent inter anni præsentis terminum: his technis cum ille multas illexisset, multæ deceptæ illum criminarentur, citatus Canonicè Arnhemi sive Arenaci coram officiali confessus est, se omnes istas mulieres, quæ tum ibi frequentes aderant, & illum certatim sibi quæque maritum vendicabant, liberè, sed clandestinè duxisse: cumque Officialis quæretet, quanam igitur ea esset, cui primum suam adstrinxisset fidem? ille cum cachinnis respondit, eam ibi necdum adesse, nec in eo oppido habitare, simulque eluso iudicio Gorichemum concessit: Dn. igitur Otto de Arckel factus hujus rei certior, civitatis portas claudi, & Henricum apprehendi iussit: Sed ille per suos admonitus ad Ecclesiam confugit, quem D. Otto cum per vim extrahere istinc non vellet, ne sibi elaberetur, ingenti culpa superimposita conclusit adjunctis custodibus, caq, ratione cum ille fame compulsus ad quintum diem se dedidisset, abductum capite truncavit. Anno 1362. Edu-
ardus Dux Geldriæ Duci Alberto bellum indixit, constituto prælij loco prope montem Haymonis, mana

1362

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectini.

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

mana versabatur: qui quidem ibidem mox consecratus, & quam potuit ocyssimè descendens, cum decenti comitatu Nobilium Traiectum veniens anno eodem 1371. in festo S. Michaëlis, magnâ cum solennitate in Cathedram collocatus est Episcopus 49. Hic Episcopus ea quæ per Iohannem Diestensem, & per Iohannem Vernëburgensem oppignorata erant, quâ potuit ocyssimè redemit ac liberavit, & si quas veterum factionum reliquias Traiecti invenit, prorsus eradicavit. Mox autem cum post obitum Ducum Eduardi atque Reinaldi factionibus Hekerensium ac Bronckhorstiorum recrudescētib; ea patria differeretur, Episcopus Hekerensium partes secutus bellis externis multum occupatus fuit, ut Bronckhorstiiis contritis viduam Ducis Clivie Ducissam efficeret Geldrie. Anno 1374. D. Zuederus Gaesbekensis tametsi eâ conditione sub iuramentum fide castrum Vredelandium una cum Territorio suo gubernandum ab Episcopo dudum accepisset, tamen illud non solum Hollandis prodidit, sed & huius quoque præsidio una cum hisce Traiectenses ultro infestabat. hinc igitur inter se commissi Dux Albertus & Arnoldus Episcopus, mutuis rapinis aliquandiu grassati sunt. Episcopus in Hollandiam usque Suamerdamum penetravit, multaq; inde spolia abstulit. Dux vero Albertus castrum Ionenum accepit traditione Zuederi, & castrum

quo cum Albertus ad diem advenisset cum exercitu ac triduo Eduardum frustra expectasset, irruptione in Geldriam factâ multas villas ac pagos devastavit, & cum spoliis opimis in Hollandiam reversus est. Anno 1366. Dux Albertus improborum quorundam susurrationibus instigatus nobile virum D. Adingensem decollavit, ob quam rem multis calamitatibus Comitatus Hannoniæ afflictus fuit per septem fratres ejusdem Dn. Adingensis. Donec tandem Albertus coactus satis iniquis conditionibus cum illis transegisset, inter quas una fuit, ut idem Albertus Ecclesiam fundaret ac dotaret Canonicorum tredecim, qui jugiter pro animâ sublatis D. Adingensis orarent, quod ille tandem anno 1368. Hagis in Palatio constructâ Ecclesiâ præstitit: Anno 1368. Dux Albertus instrumentum repperit authenticum, quo D. Iohannes Diestensis Episcopus quoddam Traiectensis declarabat se Wilhelmo quarto ejus nominis Comiti Hollandiæ, qui Alberti avas Maternus fuerat, castrum Vredelandium una cum Territoriis suis in hypothecam assignasse pro tribus millibus ac ducentis libris grossorum antiquorum: Appellatus igitur Episcopus respondit successorem Iohannis Diestensis, D. Iohannem de Arkel jam olim castrum illud redemisse à Margarita Imperatrice, numeratis septem millibus grossorum libris: Sed cum Albertus instrumēto suo

Gilden-

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiektini:

COMITES Hollandie:

Anno
Dni.

Gildenburgium per deditionem occupavit, atque multa damna Territoriis Trajectinis fecit. Castrum tamen Gildenburgium Episcopus armata manu in festo Sanctorum Timothei & Symphoriani recuperavit. Dux mox per deditionem cepit castrum Vulvenhorstium, & castrum Hohenstentum. Wilhelmus Rhesus ex parte Episcopi Helsenium spoliavit.

1375. Tandem vero 1375. inter Ducem & Episcopum pax est composita: Eodem anno in festo S. Petri ad vincula Episcopus castrum Puttenstentium diu obsessum per deditionem D. Herberni Puttenstentij cepit, ac mox evertit, quod is Transilvanos ex eo magnis molestiis afficere consuevisset, ipsum tamen in gratiam recepit ea conditione, ut in posterum a vi abstineret. Hoc anno in nocte Sanctorum Gereonis ac Victoris Hollandiam, Zelandiam, ac Frisiam inuisitata inundatio afflixit, quae anno revoluto eadem nocte gravior etiamnum recursavit. Anno 1377 circa festum Translationis S. Martini, Trajecti puer natus fuit, qui intra quadragesimum a nativitate diem perfecte locutus est. Cumque proinde spiritus examinandi gratia admotus esset exorcista, nullum plane verbum potuit extundere, supervixit autem puer ille annis pluribus, nec ulla re deinceps notabilis exiit, nec ullius erant momenti, quae loquebatur.

1378. Anno 1378. prima die mensis Julij mortuus est D. Johannes de Ar-

fretus plane aut castrum, aut pecuniam sibi restitui flagitaret. Eduardus Geldriae Dux constitutus arbiterita litem terminavit, ut Episcopus ad constitutum diem pecuniam literis contentam Duci Alberto solvetet, quod si non faceret, castrum Hollandiae Ditioni in perpetuum accederet. Hoc anno in festo Sanctorum Symphoriani & Timothei prope Aquisgranum in campo dicto Batvilir gravissima pugna commissa fuit inter Vencelaum Ducem Brabantiae, Eduardum Ducem Geldriae, & Wilhelmum Cliviae: in quo Dux Cliviae victor exiit. Dux Brabantiae captus est, dux Geldriae occubuit, post cuius mortem Reinoldus, quem frater suus hactenus captivum detinuerat concordibus patriae votis liberatus, & Dux Geldriae inauthoratus est: Sed & hoc mox insequenti Decembris die quarta defuncto, ob successoris electionem exacerbatis subditorum animis rursus efferbuerunt factionum vetera, & jam decem annis utcumque sopita dissidia: namque illi qui Hekers erant, iusta hereditate considerata, introduxerunt Comitissam Clivensem viduam. Defuncti jam Reinoldi sororem natu majorem: Bronchorstij vero muliebri impetio rejecto, Wilhelmum Ducem Iuliae ejusdem Reinoldi ex juniori sorore nepotem introduxerunt, & Geldriae Ducem inauthorarunt, ex qua controversia septem annis integris inter factiones istas inter-

kel.

Anno
Dni. EPISCOPI Ultraiektini:

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

kel, quondam Trajectensis, nunc Leodicensis Episcopus. Post cujus obitum idem Urbanus Quintus, Arnoldum Hornensem Trajecto Leodium, & Florentium Veulichovium Monasterio vicissim Trajectum transtulit: Sed cum Dn. Florentius post translationem Arnoldi à Pontifice ordinatum & confirmatam, & ab ipso acceptam, resignato Episcopatu suo mox Trajectum commigrare pararet, sperans eadem fide sibi cessurum esse Arnoldum, quia ipse cesserat successori suo, ut liberè posset intrare Episcopatum, comperit sibi aditum non patere, ob id, quod Arnoldus omnia castra, omnesque munitiones adhuc teneret presidio suo, qui hoc spectabat, ut quidam purant, ut ad minimum totius Episcopatus proventum anno uno lucrifaceret, Quo factum est, ut anno integro ille exclusus fuerit, ac tandem invocata ope D. Ottonis de Arkel, non sine armorum strepitu introductus sit. Arnoldus autem Hornensis cum septem jam annis Episcopatum legitime gubernasset, anno insequenti ipso die Sacramenti festum Trajecti in Pontificalibus celebrans, cleroque post prandium & populo valedicens, indeq; 12. die mensis Junij Leodium intrans, decennio Episcopatum obtinuit, in quo ille, quo modo se gesserit, in Chronico Leodiensium diligenter est perscriptum.

stina bella grassata sunt. Anno 1377. Wilhelmus Dux Bavariz, Comes Hannonia, Palatinus Rheni, Comes Hollandia, Zelandia, Dominus Frisia, ob frenesin asfurorem hactenus in vinculis conservatus moritur, postquam Comitatum à cessione matris partim per se, partim per fratrem Albertum jure hæreditario administrasset annis 25. Cujus morte titulus gubernationis Alberto in Hollandia terminatus est, utpote qui jure hæreditatis jam proprium ejus Comitatum acquisivit.

22.

ALBERTUS DUX BAVARIZ, &c. presuit annis 27.

Albertus itaque frater defecti Wilhelmi per Procures atque Ordines sive Status concordibus suffragiis Comes Hannonia, Hollandia, Zelandia, ac Dominus Frisia solenniter præstito utrimque fidelitatis juramento inauguratus est, numero vicessimus secundus: Anno 1389, Albertus Dux Bavariz, Comes Hollandia, D. Iohannem de Arkel, de Pirpont, & Terrarum Mechlinia, de Hagestein, de Naestrecht constituit gubernatorem Hollandia, quanquam patre ejus non admodum consentiente, qui tamen valde pacificè aliquot annis resit. Anno 1392. contentio factiosorum in Hollandia recruduit: nam cum Albertus Dux in Hagâ Comitis otiosus cum Alei-
R. FLOREN.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandiæ

Anno
Dni.

50.
FLORENTIUS VENE-
LICHOVIVS *sedit annis 13.
mensibus 5.*

1379

Anno igitur 1379. die S. Wil-
lebrordi Dn. Florentius Ven-
elichovius cum decem comi-
tatu Baronum, militum,
atque Nobilium ingenti solenni-
tate inthronizatus est Trajecten-
sis Episcopus quinquagesimus.
Anno insequenti idem Episcopus
assiduus Transilvanorum quere-
lis fatigatus, exercitu contracto
castrum Erdenum per quinque
hebdomas obsessum, & indefinē-
ter oppugnatum tandem deditio-
ne cepit, tertia die post festum S.
Bonifacii, & acceptum solo mox
acquavit, quod Everardus Esenus
in terrâ Transilvanâ extruxerat.
Eodem etiam anno castrum Mo-
lenum, & castrum Lagenum obsi-
dione vicissim pressum, cepit ac
diruit, eodemque modo & cætera
Domicilia prædonum atque rap-
torum dissipavit, ipsisque scelera-
tis exterminatis ac profligatis, pa-
cem subditis procuravit. Anno
1380. Reinoldus Vianensis à Papa
Clemente callidè impetraverat E-
piscopatum, sperans se per ami-
corum potentiam eundem Florē-
tio expulso obtenturum, quem
frater suus D. Vianensis, ut juva-
ret, præter exemplum omnium
Principum Cisalpinorū cum Re-
ge Franciæ partes Clementis fo-
vit, & jam in castro Goyensi Epi-
scopales decimas Territorij infe-

Azoelenum

de de Poelgeest amassâ sua se ob-
lectaret, ideoque Iohannem de
Arckel Hollandiæ gubernandæ
præfecisset, ac proinde, qui Afel-
laræ factionis erant, priores partes
in Aula Principis, & in Curia fer-
re viderentur, invidia stimulatâ
Hamati, Wilhelmum Alberti Ducis
primogenitum Oestervandiæ
Comitem in factionem suam per-
traxerunt, & cum eo in Hagam
profecti, Aleidin Poelgestanam u-
na cum Wilhelmo Cusero magi-
stro Curiæ interfecerunt, nocte S.
Mauricij: quo facto, alij in castrum
Altenæ, prope Voudrichemum,
Wilhelmus ipse Buscum Ducis
profugit: quæ res magnis calami-
tibus occasionem in Hollandiâ
dedit: nam antio proximè sequen-
ti jus ac iudicium flagrante Con-
rado Cusero, cujus filius Wilhel-
mus una cum Aleide Poelgestans
interfectus erat, Dux Albertus ac-
cusatos per hunc cædis istius Reos
quingenta tres edicto publico
citavit, inter quos primum filium
suum Wilhelmum Comitem Oe-
stervandiæ: Et quoniam ante præ-
sinitum diem nemo comparebat,
omnes ut contumaces ac Majestâ-
tis Reos damnavit ac proscripsit,
publicatis eorum bonis: Quare
intellectâ Wilhelmus commotus
una cum suis in Hagam venit, ex-
postulaturus cum patre suo: Sed
cum patrem adventu suo nimis
exacerbatum animadverteret, in
domum quâdam cum suis secessit
valde munitam: quam pater Al-
bertus mox convocatis omnibus
notis

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

rioris volentibus locabat, ut hac via radicibus actis, fratrem tandem pervim, si minus per favorem posset introducere. Colligēte igitur adversus hunc grandem exercitum Episcopo Florentio, per amicorum & prudentum intercessionem res est inter partes tractata, tali conditione, ut Reinoldus à proposito desisteret, Pontificisque Urbani ordinationem ratam esse permetteret, ac Florentio vasallus fidelis permaneret, eoque vivente ac residente Episcopatum amplius nō ambiret. Anno 1386. Gisbertus de Abeanda delatus fuit apud Episcopum, quasi qui per Dominum suum in Diocesi Trajectensi situm supremam jurisdictionem Episcopo subducere, & sibi vindicare niteretur, qui proinde Trajectum citatus, ad diem comparuit, ac se publicè adversus calumniam defendit, ac non solum vivā voce, sed etiam confectis instrumentis testatus ac professus est, Episcopum Trajectensem superiorē habere jurisdictionem in Territoriis suis, quæ sita sunt in Diocesi Trajectensi: Anno sequenti cum similiter Henricus Burchgravius Montfortij, sed vero crimine delatus esset, Episcopus exercitu conscripto summis viribus Mōifortium per sexdecim integras hebdomadas impugnavit, nec delatus erat antequam expugnasset, nisi Arnoldus de Horn Episcopus Leodiensis, & Abbas S. Trudonis intercessione suā rem inter partes ita composuissent, ut

quos potuit, oppugnatum venit. Cumque nullis intercessionibus leniri posset, quin presentibus flammis domum ipsam una cum proscriptionis omnibus absumeret, præter expectationem omnium oportunè advenit Gubernator Hollandiæ, D. Iohannes de Arkel, qui magnificis promissis à Wilhelmo inductus se genibus Alberti provolvitur, nec supplicare destitit, antequam cum ab inflammandā domo abstraheret, & in palatium reduceret, quo facto Wilhelmus statim cum suis illinc aufugiens, ad castrum Altenæ recessit: Dux autē Albertus instigantibus Ascellaris, rursus in filium inflammatus, omnium proscriptionum munitiones ut Iohannes de Arkel everteret, præcepit, eaq̄, in re sibi, quamvis ne id fieret, multum rogante Ottone de Arkel ejus patre obsequentem habuit, ipseque castrum Altenæ gravissimā obsidione cinxit, quod ipse pridē à D. de Horn acceptum, filio Wilhelmo dederat. Intercesserunt ad hoc bellum inter patrem ac filium componendum Princeps egregius ac grandævus D. Otto de Arkel, & filius junior ipsius Ducis Alberti, D. Iohannes de Bavariā, Episcopus Leodiensis, qui secum adduxit omnes pene Leodiensium, Hannoniensium, Hollandorum, Zelandorum, & Frisiorum primores, cum quibus omnibus nihil aliud efficere potuerunt, quàm ut præfidiarij castrum Altenæ dederent, ipsi incolumes exirent, his exceptis

R 2

Episco-

delatus

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultravallini:

COMITES Hollandia:

Anno
Dni.

Episcopus Burchgravius temeritatem suam hac vice condonaret, Burchgravius vicissim Episcopo Regalia sua in posterum illibata conservaret, ipsique superiorem jurisdictionem in Territoriis suis habenti, tanquam vassallus fidelis debitum honorem ac reverentiam hereditaria successione deferret.

1392. Anno 1392. degradatus fuit Trajecti in festo S. Hieronymi M. Iacobus de Iulia, qui actus Episcopales praestiterat, cum Episcopus non esset, sed falsis & commentitiis bullis sibi hunc ordinem arro-

1393. gasset, Anno 1393. 2. Nonis Aprilis mortuus est in oppido Hardenbergensi Episcopus Trajectensis D. Florentius, postquam Episcopatum administrasset annis 13, & quinque mensibus, translatusque Trajectum honorifice tumulatus est ante summum Altare in Ecclesia majori: Hic Praesul cum Episcopatum in introitu multis difficultatibus implicitum reperisset, superabundantem, multaque divitiis locupletatum successori suo reliquit. omnia enim castra per totam Diocesim liberavit, & replevit comitatu, cunctisque ad usum pacis ac belli necessariis: Aedificavit praeterea lapideum castrum Hardenbergi, cum ingenti ac munitissima turri, & Regali palatio Aula, stabuloque equorum ducentorum, ipsumque oppidum Hardenbergense muris lapideis cinxit, & communivit, & praeterea omnia castra Diocesis Trajectinae Transsulanica, in primis au-

si qui illic adessent, qui Aleidam Poelgestanam, & Wilhelmum Curserum interfecerant: quod cum factum esset, Dux castrum totum duabus turribus exceptis statim evertit: homicidas nullos invenit, qui omnes jam ante obsidionem una cum Wilhelmo Ducis filio profugerant, qui modo Buscuducis, modo Bredae se continebat, & cum de gratia patris desperaret, ad Regem Franciae tandem se contulit, a quo summa cum humanitate exceptus, & gener tandem afficitus fuit, ducta in uxorem ejus filia, quo matrimonio mediante tandem gratiam patris recepit.

1395. Anno 1395 in festo Epiphaniae cum Dux Wilhelmus Alberti filius inter multos Principes ad mensam Regis Franciae accumberet, procedit senio venerabilis Magister & Censor disciplinae militaris, & aulicae dignitatis custos, quem Heraldam vocant, ibique districto ense mappam mensalem qua parte Wilhelmus accubebat, medians discidit, ac dixit: nephas esse accubere mensae Regis Franciae Principem, qui arma ex omni parte non haberet integra: illi autem integra non esse, cujus proavunculus Wilhelmus Quartus in Orientali Frisia occisus amisisset sua quae per haereditatem ejus iusta vindicta nondum essent recuperata: Wilhelmus itaque rabore suffusus peracto praudio, impetrataque venia in Hannoniā decessit, ac scriptis ad patrem literis, quam potuit maxime supplicibus, delicta coram

Anno
Dni

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni

rem Stoutenburgum, Horstum, Vredelandium, Embruggam, reparavit, quae omnia à Prædecessoribus ejus neglecta fuerant.

51.

FREDERICUS BLANCKENHEMIUS *sedit annis 30. mensibus 6.*

1393.

Eodem igitur anno 1393. decimo octavo die postquam D. Florentius sepultus esset, cum Albertus Dux Bavariae, Comes Hollandiae, & Wilhelmus Dux Cliviae ac Geldriae Trajectum profecti Capitulares ad novum Antistitem eligendum hortarentur, ipsique tamen singuli præjudicio suo separatim quendam sibi concedendum flagitarent, valde perplexi fuerunt Canonici: nam cum primam postulationem Wilhelmus Alberto protestatione aulica concessisset, quoniam is scilicet & Dux natus, & filius Imperatoris, & ætate major, & socer denique suus esset, Albertusque proinde pro Rogero de Bronckhorst eligendo supplicaret, qui tum temporis Thesaurarius Colonienfis erat, mox Wilhelmus, supplicare inquit nolumus, sed volumus ut eligatis nepotem meum Fredericum Blanckenhemium, Episcopum Argentinensem, erimusque illius nomine vobis & Episcopatu Trajectensi grati & vicini commodi, quoad vita nobis suppetet. Capitulares igitur his auditis perplexi primum institerunt, ut Principes

missi veniam rogavit, simulque quid ad mensam Regis sibi accidisset, explicuit: Quibus perceptis pater omnem indignationem exstingit ex animo removit, affectumque paternum rursus induit. Ideoque se Ducem fore professus est, ad vindicandum generi suo decus & honorem stemmatis Hollandici: Itaque eodem anno revocato, & in integrum restituto filio Wilhelmo apparatus ingens factus est, conscripto ex vicinis nationibus instructissimo exercitu, ut Frisiam subactam tantum dedecus eligeret Albertus: Sed cum per insignem ventorum & pluviarum intemperiem eam æstate nihil effici posset, expeditio in proximum annum dilata fuit, non sine magna pecuniae jactura: Anno igitur 1396. Dux Albertus unam cum Wilhelmo filio collectis ex Francia, Anglia, Saxonia, & ceterioribus Provinciis centum & octuaginta tribus armatorum millibus terra marique Frisiam invasit: Et cum se Frisij multis præliis fortissimè objecissent, tandem cæso Julio Longama cum aliis aliquot præcipuis ejus provinciae Nobilibus in Oesterzeæ deditione facta Albertum Ducem Dominum receperunt, qui mox corpus avunculi sui, Wilhelmi Quarti ex Florido campo, quod Monasterium Cisterciensis ordinis inter Bolswardiam & Sneecam situm fuit, primum in Hollandiam, deinde porro in Hannoveriam avexit: cumque Wilhelmus Praefectos conservandae Frisiae in

1396

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultragesini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

ipsi inter se æquanimiter convenirent: quod quoniam ob utriusque pertinaciam fieri non potuit, ipsi etiam inter se distracti sunt. Major enim pars numero 55. pro Wilhelmo stetit, & concorditer elegit Fredericum Blanckenhemiū. Minor pars numero 27. adhefit Alberto, & elegit Rogerum Brœhorstium: Cum igitur uterque electus Romam statim literas ac nuncios mitteret, ad impetrandam confirmationem, Bonifacius Pontifex confirmavit Fredericum quod is plurimum votis esset electus. Ideoque is mox Argentina descendens, eodem anno cum decenti Nobilium comitatu Trajectum ingressus inaurhoratus est Episcopus ordine quinquagesimus primus, ac mox omnes munitiones, quas omnibus necessariis refertas repperit, imposito presidio suo firmavit. Anno 1395 Episcopus Fredericus castrum & oppidum Covoldiæ in Drenthiâ vicit, & anno sequenti cepit castrum Rhenostrum in Dominio de Arkel, ac funditus delevit: Anno 1404. in festo S. Thomæ Apostoli, postquam diu obsedisset, per ditionem accepit Episcopus Fredericus castrum Everstenium, ac diruit, quo magis munitum nullum fuisse dicitur in totâ Germania: Anno 1421. in profesto S. Dionysij, Fredericus Episcopus Trajectensis senex in curru sedens cum sexcentis militibus, & quingentis equitibus, in Geldriam impressione factâ Rhedichemū, Ro-

Stauriâ Johannem Bredenrodiū, in Dockomio Gerardum Hemskerckium & Florentium Almonsem reliquisset, Frisij instigantibus Assellatis, quoniam his Hamati ad novas Præfecturas prælati erant, intra triennium rebellârunt, Præfectos occiderunt, reliquosq; Hollandos omnes patriâ ejecerunt. Anno igitur 1399 Wilhelmus iussu patris cum validissimis copiis in Frisiam est reversus, & sine eade causis cognitis dissimulatâ rebellionem Frisios ad obedientiam reduxit, & ad Lavicam usque Frisicæ Dominus inauguratus fuit, in civitate Stauriâ, ubi & Prætores per Provinciam ex nobilibus intraneis cõstituit, Ferionem Dockomium, Geroldum à Cammingâ, Renicum à Bockamâ, & Tarquinium à Valtâ, quos cum nonnullis aliis Equestriis ordinis dignitate ornavit: Sed exactionum insolentiâ fecit, ut intra tertium annum rursus ab Hollando Frisijque defecerunt, ita ut præter solam Stauriam in eâ provinciâ Comes Hollandiæ nihil retineret, idque non nisi ad annum 1411. Anno 1401. feriâ secundâ ante festum D. Bartholomæi Apostoli Dn. Johannes de Arkel instigatione factionis Hamatæ per Wilhelmum Alberti Ducis filium nimis contumeliis ac detrimentis affectus postquam decem jam annis ferè Hollandiam rexisset, nec ad legitimam ullam resignationem officij, nec ad redditionem rationis admitteretur, ipsi Alberto & Wil-

Alchemadium

1399

1401

Sendalium

Anno
Dni. EPISCOPI Ultrajectini,

COMITES Helderba.

Anno
Dni.

sendalium, Velpenum, & Arnheimium vastavit, & ingenti prædâ onustus remeavit: quâ re provocati mox e converso in diē S. Calixti D. Egmondanus, D. Abcaudanus, D. Culenburgius, adiunctis sibi Geldris, combusserunt Hautenum, Lorickum, Amerongam, & ferè totum inferius Territorium Diœcesis Trajectinæ vastaverunt. Anno 1412, D. Hubertus Culenburgius instituit collegium Canonicorum Culenburgi, quod & eodem anno per Dn. Fredericum Episcopum Trajectensem confirmatum est. Anno 1421, in festo S. Dionysij obiit in castro Vullêhoyio illustri Pater ac Dominus Fredericus Blanckenhemius, ætate jam maturâ senex, postquam triginta annis cum dimidio Episcopatum laudabiliter administrasset. Translatus illinc est soleanni pompâ Trajectum, & ibi in ecclesiâ Cathedrali sepultus in eleganti tumbâ ad Australem partem chori: Eodem igitur anno Nonis Octobris, sepulto Frederico Episcopo, cum Capitulum convenisset ad eligendum Episcopum novum, discordia fuit in electione, quod altera pars ad preces Adolphi Clivenſis Ducis postularet Rodolphum Diepholdiû Episcopum Osnaburgensem, altera postularet Johannem Buranû, Præpositum Aquensem, & B. Mariæ Trajectensis. Cumque Decanus majoris Ecclesiæ abſens eſſet, in utraq; electione difficultas fuit: Ideoque Pontifex Marinus Secû-

helmo, cæterisque antagonistis publicè indixit bellum, fretus auxilio Ducum Brabantia, Julia, & Geldria, & eorum, qui vel de cognatione, vel de factione suâ erant: Hinc igitur toto biennio & amplius apertum bellum inter hosce Principes fuit, & postquam Dux Albertus cum Wilhelmo cunctis viribus civitatem Gorichemensem 12. continuis hebdomadis impugnasset, frustra tandem fraudulenta pax eo pacto composita est, ut D. Johannes de Arkel flexis genibus à Ducibus veniam suppliciter rogeret, & vexillum Wilhelmi in signum victoriæ per unum diem de castris sui speculâ protenderet, quæ quidem pax, quia sincera non fuit, majori mox cum belli crudelitate interrupta est. Anno 1404. ca. 1404. pta fuit à puellis Edamensibus in lacu Purmerio mulier aquatica, quæ nullâ re ab muliere terrestri differebat, nisi sordibus quibusdam aquaticis, quibus obducta erat. Ea igitur his mûdata, & muliebribus vestimentis induta, primùm Edami, posteaque Harlemi per annos plures assernata, non solum usum convictus humani, sed etiam artem nendi addidit, præterque feritatem quâdam naturam, & humani sermonis indocilitatem nihil admirandum habuit, quæ & ibidem tandem mortua & sepulta est: Eodem anno 1404. mense Decembri in festo S. Lucie Illustrissimus Princeps Albertus, Comes Palatinus, Dux Bavarie, Comes Hannonia, Hollan-

Anno
Dni. 1416

EPISCOPI Ultrajectini.

1416. **A**nno utroque hoc semoto Episcopatum contulit, Zuedero Culenburgio Praeposito majoris Ecclesiae, Episcopo Spirensi, supplicanti cui eam prius contulerat idem Pontifex.

52.

ZUEDERUS CULENBURGIUS *sedit annis 29.*

1425. **A**nno igitur 1425. Zuederus à Pontifice confirmatus cum honesto comitatu in profesto S. Petri ad vincula intrauit civitatem Amerfordiensem, & ibidem fidelitatis iuramentum praestitit ac recepit, ac postridie S. Bernardi Trajectum advenit, & quinquagesimus secundus Episcopus Trajectensis in auro horatus est, in cujus hac primâ solemnitate inter cives Trajectenses, & Comites Episcopi, quoniâ diversae factionis erant, contentio, & ex contentione pugna eodem die coorta est, in qua Rector civitatis ipse cum civibus aliquot occubuit: Cumque Episcopus Zuederus suos non satis ab illicitis grassationibus coepescere valeret, anno proximo in vigiliâ Pentecostes, una cum aliquot Canonicis violenter expellitur per Iohannem Rinavenum de Renels, qui occupatâ civitate Trajectensi Rodolphum Diepholdum postulatum Sedi Trajectinae per vim obrulsit: Cumque nephas hoc avertati ac detestati omnes tere quinque Ecclesiarum Canonici relicto Rodolpho ac civitate ad

APPENDIX

COMITES Hollandiae.

Anno
Dni. 1386

1386. **A**nno igitur 1386. Zuederus postquam Hollandiam rexisset annis quadraginta sex fratris scilicet sui nomine annis 19. & sui nomine 27. obdormivit in Domino, sepultusque est in Haga in Palatio suo sub tumbâ in Boreali parte summi Altaris: duxerat hic Albertus uxores duas, prior erat Margarita filia illustrissimi Ducis Brigenis in Polonia, ex qua suscepit Wilhelmum succedentem Comitem Hollandiae, & D. Iohannem de Bavaria Episcopum Leodiensem, Margaritam Ducissam Burgundiae, Catharinam Ducissam Geldriae, Johannam Reginâ Bohemiae, & alteram Johannam Ducissam Austriae, & Dominam de Nivars: Atque haec quidem uxor obiit anno 1386. sepultaque est in palatio Hagensi: qua adhuc superstite amasiam fovit Aleidia Poelgestanam, quae causa videtur fuisse, ut filius Wilhelmus cum factione Hamatorum adversus Albertum patrem acrius insurrexerit: Post ejus mortem duxit in uxorem Margaritam filiam Ducis Cliviae, sed proles ex ea superstites non reliquit: haec fratrum praedicatorum Monasterium in Haga fundavit, in quo tumultata est paulo post obitum Alberti, eodem tamen anno praedicto

1404.

Zuede-

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraielemi.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

Zuederum, cui & Divino & humano jure obstricti erant, decederent, alij qualescunque Canonici in horū locum suffecti sunt, atque ita Zuederus unā cum his quoad vixit, exul Trajecto mansit, quā ex re maximā calamitates orta sunt, non modo in Diocesi Trajectensi, sed etiam in Hollandiā, & Geldriā, & Zelandiā, & Frisiā, & ceteris Provinciis Episcopo subjectis: Zuederus enim ubicunque jus Episcopatus habebat, ut verus Episcopus auctoritate Apostolicā Rodolphum cum suis excommunicabat, & contumacem etiam atque præfractum tandem veluti membrum putidum abscindebat, ille verò interea temporis hæc nihil curans, fines Ditionis Episcopalis diligenter communivit, & quasi venisset in possessionem suam, ita Zuederum excluderebat: multarumque calamitatum Hollandis, Zelandis, Frisiis, Transisulanis, Geldris, ipsique Trajectensibus causa fuit: Anno igitur 1427. Philippus Dux Burgundiæ ac tutor tunc Hollandiæ, auctoritate Apostolicā huic Rodolpho Diepholdio bellum indixit, multisque annis vario Marte cum illo cōtendit, sicut & Arnoldus Dux Geldriæ, qui Philippo suppctias adversus Rodolphum tulit: Dux autem exercitus Trajectensium erat D. Wilhelmus Buranus. Tandem verò anno 1433. cum inter-medio tempore consiliū Basileense per Eugenium Secundum Pontificem acceptum esset,

23.

WILHELMUS SEXTUS

præfuit annis 12.
mensibus 6.

Eodem igitur anno 1404. 1404. post obitū patris Wilhelmus primogenitus filius ejus Comes Oestervandiæ inauguratus est Comes Hollandiæ, Zelandiæ, ac D. Frisiæ, hujus nominis sextus, vir planè ad arma natus, quique irarum tenacissimus erat: ipsā jam factionum occasione materiam belli nactus in deditione suā: Hic primum duxit filiam Regis Franciæ, quā intra pubertatis annos defunctā, secundā duxit Margaritam Philippi Hardi Ducis Burgundiæ, ex quā filiam unam suscepit Dominā Iacobam succedentem patri Comitissā: hic Wilhelmus ab initio statim implacabili odio persecutus est, cum alios omnes qui Afellatæ factionis erant, tum in primis eum, qui ipsum pridem ex manibus patris eripuerat D. Iohannem de Arkel: quare & longissimā obsidione, post afflictum ictu Bombardæ D. Iohannem de Arkel, oppidum ejus Gasperenum, & castrum Hagestenum sūditus everit in fine hujus anni: nec eum persequi destitit, antequam per proditionem seminata inter subditos ejus, ac filium discordiā eum omni dominio suo eiecisset anno 1407. Cumq; Wilhelmus de Arkel Iohannis filius civitatem Gorichemensem anno sequenti recepisset, caetera verò

S

circa.

138
Anno
Dni.

APPENDIX

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia

Anno
Dni

circa festum Epiphaniae D. Iohannes Matisconenlis Episcopus S. Sedis Apostolicæ Legatus à D. Papa missus Rodolphum Diepholdium, omnesque fautores ejus à nexu excommunicationis, quo Martinus Secundus Papa eos ob Zuederum adstrinxerat, absolvit, & prorsus in integrum restituit, & habitam inquisitionem per totam Ditionem Trajectensem de cimeliis sacris & Sanctorum reliquiis, factaque relatione ad Pontificem, Zuederum Culenburgium ab Episcopatu absolvit. Zuederus itaque ad Concilium factam provocationem Basileam se contulit, factusque Cæsariensis Episcopus in nocte S. Matthæi Apostoli Basileæ mortuus est, postquam nomine potius quam re Trajectensium Episcopus fuisset annis 29. Defuncto igitur Zuedero fautores ejus Rodolphum Diepholdium Episcopum dedignabantur ac recusabant, ideoque factam conspirationem postularunt Walravum de Moersa venerabilem virum ac literatum, cujus amici potèntissimi facile patres videbatur futuri debellando, si opus esset, Rodolpho Diepholdio. Erant enim fratres ejus Comes de Moersa, itemque Cardinales duo, scilicet Theodoricus Archiepiscopus Colonienlis, & Henricus Episcopus Monasteriensis. Sed inter hos pax tandem composita fuit ea conditione, ut Walravus Rodolpho jus quod haberet in Episcopatum Trajectensem resignaret, Rodolphus vi-

Episcopi

difficulter posset, cum se pacem cum Hollandia Comite habiturum non videret, pacto civitatem eam in manus Reinaldi Ducis Geldriae ac Iuliae transtulit, aliaque vicissim ab eo Dominia recepit, ea conditione, ut ille Gotichemensem civitatem à domo Geldriae nunquam alienaret: quod tamen pactum anno 1412. ipsius Wilhelmi consensu mutatum est, cum Dux Wilhelmus Comes Hollandia eam civitatem à Duce Geldriae impetravit, qui mox Regale castrum, & palatium ibidem diruit, & ad suum arbitrium totum oppidum conformavit: Anno 1414. Frisii adversus Comitem Hollandiae rebellarunt, & noctu per glaciem captam Stauriam, Praefectum arcis omnesque praesidiarios interfecerunt, & expulsis consequenter Hollandia omnibus in libertatem se vindicarunt: Anno 1416. Dux Wilhelmus Comes Hollandiae proposuit ex Hollandia prorsus exterminare contrariam, hoc est Assellatam factionem, ideoque D. Iohannem Egmondanum dicto loco dieque citavit, qui cum non compareret, Dux vestigio contumaciae damnatum executione persecutus est, & exercitu contracto castrum oppidumque Iseltentiae obsedit. Amici itaque intercedentes ita pacem composuerunt inter Egmondanum & Comitem, ut Egmondanus accepta certa pensione annua Comiti omnia Dominia sua resignaret cum suis juribus, quaecunque vel in Hol-

1412.

1414.

ellim

*Anna
Dni.*

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

*Ann
Dni.*

1433. 1433. Eodem igitur hoc anno
legitimè electus porro confirma-
tus, & in cathedram receptus est
Episcopus.

53.

RODOLPHUS DIEPHOL-
DIUS *sedit annis 23.*

TRajectensium quinquage-
simus tertius, qui cum mox
exercitu conscripto Mona-
sterium obsideret, ut Wal-
ravum Moersanum in Episcopa-
tum Monasteriensem introduce-
ret, Dn. Iacobus Gaesbekius factâ
conspiratione cum aliquot con-
juratis, occupatâ civitate Traje-
ctensi Episcopum exclusit, & ar-
cuit usque ad annum 1449. cum
igitur ad hunc usque annum Epi-
scopus à Trajecto disclusus ex-
lasset, subornato tandem D. Hen-
rico Burchgravio ~~civitate Ameri-~~
~~vorjensis cum civibus oppidum~~
~~oppidi~~ intempestâ nocte perfossis
mœnibus clam intravit, & civita-
tem obtinuit, hostesque apprehē-
dit, inter quos & Principem, sui-
que exilij præcipuum authorem
Iacobum Gaesbekium, quem ille
non antea dimisit, quam sibi om-
nia dominia sua publicis instru-
mentis confectis venderet, quæ
intra Diocesim Trajectensem ha-
beret. Ea autem erant oppidum

landiâ, vel in Zelandia habere.
Neque citra consensum Comitum
in has provincias unquam rever-
teretur, sed non satis feliciter ex-
tirpantur factiones, ubi ipse Prin-
ceps est factiosus, ut eventus et-
iam hic docuit haud multo post.
Eodem autem anno idem Comes
Wilhelmus convocatis Ditionum
suarum Ordinibus ac Primoribus
filiam suam unicam Dominam
Iacobam Delphino Franciæ nu-
ptam commendavit, ut legitimam
hæredem, petiitq; ut eam se mor-
tuo successuram Comitissam ag-
noscerent, quod & viva voce tum
promiserunt se facturos, ut iure-
jurando interposito publicisque
instrumentis confirmarunt. An-
no Domini 1417. feriâ 2. sacra
hebdomadæ ante Pascha Caro-
lus Dux Turonensis Delphinus
Franciæ, maritus Domine Iaco-
bæ unice filie Wilhelmi Ducis &
Comitis Hollandiæ perit veneno
intoxicatus, sepeliturque Parisiis:
Eodem anno 1417. quartâ feriâ
Pentecostes mortuus est Dux Ba-
variæ Palatinus Rheni, Comes
Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ,
ac Dominus Frisiæ Wilhelmus se-
xtus: relinquens unicam danta-
xat legitimam hæredem D. Iaco-
bam scilicet relictam viduâ Del-
phini Franciæ, ut dictum est, quam
sustulit ex secundâ uxore Margari-
tâ filia Philippi Hardi Ducis
Burgundiæ: Sepultus fuit hic Wil-
helmus in Kennoto Hannoniæ a-
pud progenitores suos, postquam
Hollandiam administrasset annis

1417.

1417.

*Monasterie
cum civibus
trajectensibus
Amoy
ordienfis*

S 2

Vica.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

Wica, quod & Dorestadum nunc dicitur, & olim Batavodurum nominabatur, una cum Territorio suo, & castrum in Abcauda cum suis adnexis: ea tamen conditione, ut pro his ab Episcopo tredecim millia florenorum semel reciperet, & Dominia ipsa ad vna sua finem usque retineret: deinceps vero in corpus Episcopatus accederent, quae quidem Dominia ad Episcopatum mox devoluta sunt, illo intra spatium praesentis anni defuncto in fisco scilicet Vedasti atque Amandi. Anno 1451. circa festum omnium Sanctorum ex edicto Ducis Philippi civitates Hollandiae, Zelandiae, & Frisiae submiserunt se obedientiae Rodolphi Diepholdij, quae ab anno 1426. occasione Dni. Zuideri Culenburgij Trajectensis Episcopi separaverant se ab ipso Diepholdio. Anno 1452. Viduata ecclesia Monasteriensis pastore per obitum venerabilis D. Henrici de Moersa, est confirmatus successor illi Dn. Waltravus de Moersa ejus frater, quo mox eodem defuncto, per discordiam Capitularum electi fuerunt duo, videlicet Ericus de Hengda, & Conradus Diepholdius, nepos ex fratre Episcopi Trajectensis: sed Papa Calixtus secundus utroque hoc remoto Episcopatum contulit Dn. Iohanni de Bavaria, qui tum temporis erat Canonicus ecclesiae Coloniensis. Antequam autem per Papam facta esset determinatio, Rodolphus Diepholdius, ut nepotem

duodecim cum dimidio.

24.

D. IACOBA, filia VILHELMII
praefuit annis 19.

Post obitum itaque patris sui mox eodem anno 1457. unica filia atque haeres relicta Caroli Dolphini vidua Domina Iacoba solenni apparatu in paternas Ditiones venit, & ingenti cum laetitia apud Dordracum vicinia quarta Hollandiae, Zelandiae Comitissa, & Domina Frisiae inaugurata est: Sed non diu iactata fuit subditorum concordia: nam cum aetatem legitimam non haberet, & assecla paterna factionis existens Hamatos promoveret, Asellatos premeret ac proscriberet, incruduit hac occasione rursus contentio acerbitas inter partes. Itaque Asellati qui se premi videbant, & sexui & aetati Curatorem praeficiendum contendebant, eumque non alium quam legitimum ac debitum, patrum scilicet ipsius Comitissae Iohannem de Bavaria Episcopum Leodiensem: Hamati vero hunc rejicientes, se veluti primores patriae per defunctum Comitem non uno iudicio approbatos Comitissae adfuturos, ejusque curam gesturos clamabant. Hinc igitur bella intestina, caedes, & rapinae assiduae in Hollandia & Zelandia: Instantibus igitur Asellatis mense Septembri venit in Hollandiam Episcopus Leodiensis D. Iohannes de Bavaria

1417.

1451.

1452.

Hengda.

Handwritten marginal note in the right margin.

Anno
Dni.

EPISCOPUS Ultravallensium:

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

suum Erico expulso Monasteri-
sem redderet Episcopum, nihil
prætermisit, quod ad adversam
partem opprimendam ratio mili-
tatis postularet: quâ sedulitate fa-
ctum est, ut, cum vir senex esset,
in languorem incideret, ex quo
post annos tres, hoc est, anno 1455
vicesimâ quartâ die mensis Mar-
tij in castris Horstis interit, inde
autem Balsamo conditus Traje-
ctumq; translatus in australi par-
te chori Trajectensis Ecclesie in
novâ Capellâ, quam ipse à funda-
mentis extruxerat, honorificè se-
pultus est, postquam Episcopatû
legitimè administrasset annis 23.
Quamquam autem hic Episcopus
ab initio non optimis rationibus
Episcopalem cathedram consecu-
tus fuerit, pleneq; illiteratus ex-
titerit, eam tamen laudem apud
omnes consecutus est, quod Epi-
scopatum in pace gubernaverit,
eundemq; ex omni parte auxerit,
atq; necessariis rebus com-
muniverit: domum sanè Episco-
palem augustâ magnificentia æ-
dificavit: castrum Horstum reno-
vavit, oppidum castrumq; Ba-
ravoduri, itemq; castrum Ab-
caudæ cum appendicibus eorum
maximis pecuniis à Dn. Gaebe-
lio comparavit, & Episcopatum
adjecit: dirutas Ecclesias re-
stauravit, calicibus, orna-
mentis sacerdotali-
bus instruxit.

riâ, & evocatis Dordracum ad se
Asellatis omnibus, tanquam ve-
rus hæres Comitatus ac legitimus
Tutor sive Curator Comitissæ D.
Jacobæ recipitur. Quod quidem
cum & ab Hamatis idem per gra-
tiam impetrare non posset, per vim
extorquendum duxit: itaque suâ
auctoritate Hamatis tanquam se-
ditiosos proscripsit Asellatos im-
misit, revocatos & in integrum
restitutos, quos defunctus frater
Comes Wilhelmus eiecerat. Mox
igitur Sabbato ante festum S. Ca-
tharinæ Dn. Iohannes Egmonda-
nus dolo cepit oppidum Goriche-
mum, statimq; ad se vocavit D.
Wilhelmum de Arkel, ut hæredi-
tatem paternâ tueretur, qui mox
ingenti copiâ armatorum contra-
ctâ advolavit, & se Jacobæ Comi-
tissæ, quæ castrum tenebat oppo-
suit. Wilhelmus autem Egmon-
danus fratre suo calidior jam an-
tea in profesto Sacramenti non ex-
pectato jussu aut adventu Iohan-
nis de Bavariâ oppidum Iselstenniû
occupavit, hæreditatem scilicet
paternam suam, unde iniquissimis
côditionibus & causis sui per Wil-
helmum defunctum Hollandiæ
Comitem expulsi fuerant: Mox
igitur Waltravus Bredentodius, &
Dn. Montfortius, & Episcopus
Trajectensis, & omnes civitates
Hollandiæ, exceptâ Schonhovâ,
Iselstenniû arctissimâ ac diuturnâ
obsidione cinxerunt, & tandem
intercessione D. Iohannis Heinf-
bergij ita tractatum est, ut Wil-
helmus Egmondanus cum suis li-

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultraioctini:

COMITES Hollandiarum

Anno
Dñi.

54.
GISEBERTUS BREDENRO-
DIUS presuit anni non
pleni duobus.

Sepulto igitur Episcopo Ro-
dolphi D. Gisbertus Breden-
rodus Præpositus ecclesie
Trajectensis ad S. Salvatorē,
ut fieret Capitularis, & interesset
electioni novi Episcopi, statim se
Subdiaconum consecrandum cu-
ravit. Quo facto Dn. Canonici
quinque ecclesiarum Trajecten-
sum postridie Paschæ, id est, se-
ptimo die Aprilis eodem anno
1455, invocato S. Spiritu concor-
diter elegerunt eundem D. Gisber-
tum Bredærodium: Hic verò mox
ut electus fuit, eos, qui partes E-
piscopi Rodolphi dudum foverat,
omnes vel interfecit, vel in exiliū
egit, vel certe dignitate privavit,
auxilio potissimum fratris sui D.
Reynaldi seu Reyneri Bredæro-
dij, & D. de Reness, & Domino-
rum de Prays, qui dudum una se-
cum à Rodolpho ejeti fuerant:
Exules igitur ut se adversus hosce
corroborarent, Amersvordiz ini-
tō consilio eligunt in Episcopum
D. Davidem Burgundionem Ter-
vanensem jam tum Episcopum,
Philippi Ducis Burgundiæ filium
illegitimum, qui ut Duci Philip-
po hoc negotium facilius com-
mendent, in memoriam redigunt,
Gisbertum anno 1441. una cum
fratre hoc eodem Reynaldo non
veritum fuisse se Majestati illius
palam opponere, & contra edi-

ber & securus salvis bonis exiret,
& oppidū traderet in manus Do-
minæ Jacobæ Comitissæ: quod
cum ira factum esset, Comitissæ
suas Hamatorum contulit illud
Trajectensibus, à quibus prius
est eversum anno sequenti postri-
die omnium Sanctorum, neque
relictum quicquam est, præter ec-
clesiam Parochialem, & Monaste-
rium cum domibus adnexis. Eo-
dem igitur anno primâ die De-
cembri Comitissâ D. Jacoba cum
ingenti exercitu civitatem Gori-
chemensem intrans cum Wilhel-
mo de Arkel cruentissimo prælio
conflixit, ac perit cum infinitis
Nobilibus ibi ipse Wilhelmus, in
quo stirps ac propago nobilissi-
mæ domus de Arkel planè succisa
est: utpote cum patri suo filius u-
nicus extitit, & sine liberis ipse
perierit, agnatosque nullos pro-
sus alios superstitis reliquerit uno
patre jam sene excepto, qui post-
quam duodecim annis integris in
Hagâ Comitum captus defecisset,
liberatus tandem & ipse Lederda-
mi anno 1428. vitâ defunctus est.
Iohannes igitur de Bavariâ Asch-
latorum quotidianis stimulis in
Hamatos exacerbatus, quo magis
nepti suæ Comitissæ Jacobæ nocere
posset, à quâ se contemni ani-
madvertebat, anno 1418. mense
Martio misso procuratore Con-
stantiam ubi concilium generale
tunc agebatur, Episcopatum Leo-
diensem, quem 29. annis integris
jam administraverat, in manus Pa-
pæ resignavit, & eodem anno licet
etiam

Prays

1441.

1418

Anno
Dni

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni

Sum ejus Amsterodamum occupa-
pare, praesentē & reluctante Sere-
nissimā Dominā Isabella ipsius
conjugē: consideret igitur poten-
tiam Bredenrodiorum sibi aliquā-
do metuendā fore, si tam locu-
pletis Episcopatus opibus fulcia-
tur: favorem plebis pro illis esse,
qui & arte quādam suā, & nobili-
tatis antiquae opinione facile mul-
torum animos allecturi sint, cum
eandem armaturam eadem insi-
gnia proferant, quae Duces ipsi
Brabantiae. Tutius igitur non ipsi
Duci Philippo solum, sed & uni-
versae Reipub. tam Hollandiae quā
Trajectinae fore, ut remoto hoc
Gilberto, qui natura factiosus es-
set, & caedes ac seditiones amaret,
D. David filius ipsius ad governa-
culā promoveatur, vir placidus &
humanus, & qui cum omnium
bono & comodo illius Majesta-
ti vicinitate suā robur ac firma-
mentum allaturus sit, cum ab isto
nihil nisi detrimentum ac damnum
sit expectandum, si totus Episco-
patus viribus suffultus suo jure ac
liber animū suum declarare pos-
sit, qui infirmus dudum, & ipsius
subditus ac vasallus existens rem-
tantam in mediā Hollandiā ausus
fuerit: Dux igitur Philippus his
perceptis, inter spem praesentis e-
molumenti, & metum futuri pe-
riculi, non diu moratus misso Ro-
mam Episcopo Atrebatensi sub-
serinatoque Rege Aragoniae, non
difficiliter à Papa Calixto tertio im-
petravit, ut Davidi Morinensium
Teruānensium Episcopo invehatur.

Subdiaconus esset, per dispensa-
tionem sedis Apostolicae, cum E-
lizabethā Ducissā Luxemburgensi
relictā quondam Anthonij Ducis
Brabantiae viduā, suā ut dicebatur
commatre matrimonium contra-
xit: Quo facto Dordraci plerum-
que versatus, ejus civitatis praesi-
dio, & Acellatae factionis auxilio
subjectam Hollandiam hostiliter
invadere, ferro flammisque adver-
sarios praesidia vastare consue-
verat. Hamati ergo talem anta-
gonistam nacti, ut se praemuniret
adversus ingruentem illius vim
consilio Dn. Hentici de Bergā, &
D. Iohannis Ducis Burgundiae, &
matris ejus Dominae Margaritae
Burgundicae cum cōsensu ac pri-
vilegio Sedis Apostolicae, despon-
derunt Comitissam Hollandiae D.
Iacobam Iohanni Duci Braban-
tiae ejus consobrino. Nuptiis igitur
celebratis Dux Brabantiae ma-
gno exercitu conscripto Dordra-
cum in quo Dn. Iohannes de Ba-
variā tunc erat, obsedit, castra me-
tatis in pago, cui ex re nomen est
die Myle, quod militatio distet à
Dordrace, in quo propugnaculū
unum ingens extruxit: ab altera
parte in Papendrecht Hamati
Duce Hadriano Alberti Ducis no-
tho castra metati, suum quoque
propugnaculum extruxerant. Sed
cum Iohānes de Bavariā Dux bel-
li nihilo deterior, quā Episcopus
cleri, sibi de necessariis omnibus
abundē & mature prospexisset, &
variis stratagematis hostē saepius
fudit, & ad extremum Papen-
& jus

ino Hollandia
comi tes

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiebtini:

COMITES Hollandia:

Anno
Dni.

1455. & ius mitteret Episcopatus Trajectensis, idque factum est eodem anno 1455. Interca temporis cum Gilbertus Bredenodius iusti solenniter per fautores introductus pro Episcopo Trajectensi se gereret, ac tandem constitutam pecuniam summam Romam mitteret ad impetrandam electionis suae confirmationem, nihil obtinuit, & cum olfaceret, Afellatae factionis hanc esse technam, exemplum de Rodolpho capere decrevit, & Episcopatum vi retinere: Interim verò ut & iure Davidem Episcopum reculare Gilberti fautores viderentur, agebant in privilegiis esse Trajectensis Ecclesiae, quod nemo illegitimus habere possit, vel ~~in~~ in eam consequi officium, nedum ipsum Episcopatum: Quo audito Philippus Dux mox filium Dn. Davidem auctoritate Apostolica natalibus restitui curavit, ut & ingenuus esset ac nobilis: Quibus rebus ita gestis, cum Dux in Hagâ Comitum celebratam aurei Velleris ageret ingenti Principum frequentia stipatus, ac mox adfuturus Trajectum diceretur, ut filium suum Davidem introduceret, Electus Gilbertus Bredenodius una cum Trajectensibus Duce Reynaldo Bredenodio omnia preparabat, quae ad bellum gerendum pertinebant, plane paratus cum Duce concurrere potius, quam Episcopatum deserere. Cum verò Dn. Iohannes Heynsbergius Episcopus Leodi-

drechtense illud propugnaculum Hadriano caelo caeteris fugatis captum diruisset, demum & civitatem Roterodamensem & Bryeleensem cepisset, Dux Brabantiae, quod & se ultro imperi ab obsessis & contemni cerneret, obsidione soluta revertens est cum sponsa sua in Brabantiam: Cum autem sine intermissione caedes & incendia, direptionesque fierent in Hollandia, neque Iohannes de Bavaria interim quiesceret, tandem per intercessionem quorundam Principum, sequenti anno in civitate Voudrichemensi, colloquio indicto pax inter partes est composita, ea conditione, ut Iohannes de Bavaria Tutor esset Hollandiae, Zelandiae, & Occidentalis Frisiae, per tres annos, ita tamen, ut in conferendis Praefecturis Iusdictionum esset, pars ad Iohannem Tutorem, altera ad Comitissam ipsam interim pertineret: Praeterea ut Iohannes de Bavaria teneret sibi totam Australem Hollandiam, Goricemum, item & Roterodamum, totamque terram Arkelensem & Lederdamum cum villis adnexis, eademque omnia Iure feudali de manu Comitissae neptis suae reciperet.

Eodem igitur anno 1419. Dn. 1419. Iohannes de Bavaria magna cum solennitate in omnibus civitatibus Hollandiae, ut verus haeres ac Tutor ejus Provinciae inauguratus est, praeterquam in civitate Leydensi: Nam cum is in Afellatos propensior esse videretur, Ha-

ensis,

Anno
Dni. EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

ensis, ac demum ipse quoque David, & D. Carolus filii Ducis ipsū sæpè frustra rogassent, ut Gilbertum relinqueret in pace, tandem assiduis Assellatorum instigationibus & oportuis auxiliis civitates duas in Diœcesi Trajectensi Amerfvordiam scilicet ac Rhenum occupavit Dux. Duce Adriano Borsaliensi Domino Duvelandia, qui & castrum Horitum, mox etiam traditione Castellani est consecutus: Consequenter etiam D. David ingenti comitatus exercitu ducente D. Iohanne de Wassenaer Gorichemum venit, & inde Tye-lam, hinc porro Rhenum, atque inde demum Amerfvordiam concessit, in singulis his urbibus vicissim solenniter exceptus & inauguratus, atq; ita D. David cum ob Gilberti presentiam Trajectum non admitteretur, mansit anno illo Amerfvordia. Anno sequenti Philippus ingenti exercitu conscripio Leydas se cõtulit, eodemque per saluum conductum Reynaldum Bredenodium evocavit, ut cum eo transactionis conditiones conciperet, qui mox ingenti equitum comitatu stipatus honorificè atque decenter advenit: Sed cum inter eum ac Ducem res transigi æquis conditionibus non posset, Trajectum retro unde venerat recessit: quem ita digressum Dux Philippus evestigio primū Woerdenum, mox IJelstenum accessit, eo animo, ut Trajectum impugnet. Quo facto cum Trajectenses tumultuarentur, & ob metum

mati se illi tanquam iniquo gubernatori opposuerunt, authore potissimum Philippo Burchgravio civitatis Leydenfis, Cujus instigatione porro & Amerfvordices, & Trajectenses Iohanni de Bavaria bellum indixerunt, quod cruentissimè gestum est per annos duos & sex menses. Anno igitur 1420. Tutor Hollandia Dn. Iohannes de Bavaria strictissimā obidione pressit civitatem Leydensem, & in ipso statim accessu duo castra vicina, videlicet Poelgestū, & Zilium evertit, tandemque novem hebdomadarum tractu oppidanos ad deditionem faciendam coëgit, quos ea cõditione in gratiam recepit, ut fidelitatis juramentum sibi præstarent, omnemque omninò rebellionem in posterum abjurarent, ita tamen, ut auxiliares eorū Trajectenses, ita uti accesserant liberè discederent: Quos tamen D. Egmondanus postquam in Trajectensem Diœcesin jam pervenissent, consecutus ad intercessionem pene omnem cecidit: Leydā subactā Hamati ad Theodoricum de Mervedā castellanum castrī atque oppidi S. Gertradis montis confugerunt, qui horum auxilio cum alia multa munimēta in contumeliam Iohannis de Bavaria, tum etiam ipsum oppidum suum flammis absumpsit, ob id quod oppidani ejus hostes Dordracenses intromississent: Cumque castrum civitatis ibidem Dordracenses continuis 26. hebdomadis validissimè impugnassent, tandem

Anno
Dni. 146

EPISCOPI Ultrajectini.

hui adversus Gilbertum insurgerent, ille perpenso, quod adversario par esse non posset, subornatis clanculum de Capitulo aliquot fidelibus, cum Duce Philippo trāfatione factā pacem inibi subiectis conditionibus: videlicet ut ipse Gilbertus liberā voluntate Dn. Davidi Episcopo electionem suam resignaret: Gilberto verò pro expensis suis in Episcopatum factis ē contra Dux Philippus restitueret quinquaginta millia Leonum aurearū monetarū Philippi. Insuperque David in singulos annos ex redditibus Episcopalibus persolveret quater mille & ducētos florenos Rhenenses, pro quibus solvendis fidem suam factā cautione interposuit Iohannes Dux Clivēsis. Adhuc idem Gisbertus maneret deinceps Archidiaconus ac Præpositus Trajecti, ad S. Salvatorem ut hactenus, & insuper constitueretur etiam Præpositus Brugis ad S. Donatianum, nec non & primus Cōsiliarius totius Hollandiæ duplicato stipendio. Quibus quidem conditionibus hinc inde legitimā solennitate roboratis etiam inter Ducem Philippū, & civitatem Trajectensem pax est composita, eā scilicet lege, ut Trajectenses Philippum & filium eius D. Davidem in civitatem sine strepitu & bello recipere, atque ipsū quidem amicum, filium verò ipsius D. Davidem Episcopum suum agnoscerēt, ipse verò amici, filius eius Episcopi boni affectu vicissim ipsos prosequeretur, quod

APPENDIX

COMITES Hollandiæ.

Anno
Dni.

anno sequenti Dux ac Tutor Hollandiæ superveniens, per deditio-
nem mox castrum cepit, Castellano cum suis libero dimisso. Eodem anno 1421. in nocte profesti
S. Elizabeth immanissimum fuit diluvium, quo perit tota Australis Hollandia, quā submersa multi Barones ac Nobiles aliique potentissimi ad extremam paupertatem redacti sunt. Anno sequenti iterum mense Septembri tota Occidentalis Frisia, Waterlandia, & Aemiterlandia per infractionem aggerum ex nimia tempestate ventorum quasi submersa jacuit, Eodem anno 1422. Hamati animadvertētes nimis bene inter Ducem Brabantiae ejusque uxorem D. Jacobam convenire, neque dissidiū esse ullum inter hos ipsos ac Tutorem Hollandiæ Iohannem Ducem Bavariae, & proinde factionem suam primas in Hollandiā partes obtinere non posse, persuadent Dn. Jacobae Comitissae, ut ab Iohanne Duce Brabantiae diver-
tar, quod hæ nuptiæ sint incestæ, eo quod Pōtifer licet malè informatus, eas concessisset, nunquam tamen conformasset. Hunc etiam matitam ut hominem non satis bellicosum ac strennuum cum Iohanne de Baviaria mutuas operas tradere, ac suum negocium agere, ipsam interim profus exaurhoratam paternā hereditate secludi: Itaque mulierem consentientem clam in Hannoniā primū, deinde in Angliam abducunt, & ex procerum suorum consilio, quasi
ita fa-

1421.

1422.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ulerajectini.

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

ita factum est : Gisbertus igitur Bredenrodus his motus conditionibus Episcopatum Davidi resignavit, Capitulum ac civitatem ab obedientia ac fidelitate sibi promissa absolvit anno 1457 postquam Episcopatum administrasset annis non plene duobus. Atque est ille quidem adeptus omnia à Duce Philippo magnifice quæ fuerant promissa.

55.

DAVID BURGUNDIO

sedit annis 39.

1457. Eodem igitur anno 1457. cum summa omnium læticia summaque solennitate presente Gisberto Bredenrodio, & cum ducente Dn. David Burgundio quinquagesimus quintus Trajectensium cathedralis est Episcopus : tantasque eâ festiuitate Principum, Baronum, Equitum, Nobilium, confessus Trajectei fuit, ut nullâ etate par ibi visus fuisse memoretur : finita tandem solennitate Dux Philippus per literas ac legatos admonuit civitates Transisulanæ, ut se pararent ad recipiendum suum Episcopum, Transisulani vero urgentibus potissimum Daventriensibus responderunt, se quidem paratos esse ad recipiendum Episcopum, sed non aliâ tamen conditione, quam ut Ditionum suarum tutorem atque defensorem per duodecim annos habeant Adolphum filium Arnoldi Ducis Geldricæ : Quod quidem

colibem Duci Cloestrix in matrimonium collocant, vivente adhuc & superstite marito legitimo Iohanne Duce Brabantie. Celebratis itaque ibidem luxu Regali nuptiis mox cum novo marito suo, apparatu Regio in Hannoniâ venit, per quam universam in omnibus civitatibus Anglus præcepto atque decreto Iacobæ tanquam verus Comes ac Dux Terræ solenniter inauguratus est. Hæc igitur re commotus, ut par erat, Iohannes Dux Brabantie collectis omnibus Ditionum suarum viribus Hannoniâ invalit, nec cessavit antequam provinciam universam Ditioni suæ subjugasset. Quo facto Dux Cloestrix uxore excidens in Angliam reversus est, Dux Brabantie victor ad sua remeavit, Iacobæ interim in medio relicta. Anno 1424, in festo Epiphaniæ sub auroram obiit illustris Dux Iohannes Dux de Bavaria, in Palatio Hægæ, qui sepultus requiescit in choro conventus fratrum Prædicatorum ad australem plagam, postquam Hollandiam administrasset annis quinq; . Hunc Ducem veneno malo sustulisse traditur Hamatæ factionis quidam eques Iohannes Vlierenus, qui proinde in Haga Comitibus ante Palatium publice decollatus, & in partes quatuor dissectus, & quatuor Hollandiæ capitalibus civitatibus in abominationem sceleris membratum ante portas suspendendus distributus fuit.

Eodem igitur anno post mor-

T 2

cùm

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectini:

COMITES Hollandia:

Anno
Dni.

cum intelligeret Philippus tripartito exercitu Daventriam per novem hebdomadas obsedit, graviterque afflixit, donec intercessione Iohannis Ducis Clivenfis composita pace Philippus obsidione civitatem liberaret: civitas Davidem Episcopum solenni more inauguraret, quod & reliquae civitates mox consimiliter fecerunt. Anno 1472. Gisbertus Bredentodius, ejusque frater Reynaldus, & Reynaldi naturalis filius Waltravus, & D. Iohannes Amerongius Praefectus civitatis Trajectensis adversus Episcopum Davidem insurrexerunt, ac memores Amersvordenses hunc primum in Gisberti praedictum recepisse, & inaugurasse, adjuvamento civium Trajectensium Amersvordenses afflixerunt in contumeliam Episcopi; Episcopus itaque hos omnes apprehensos custodiae mandavit in castro Batavoduri: ex quo cum Waltravus non multo post effractis vinculis effugisset, reliqui melius asservati sunt per integrum biennium: donec tandem per iudicium aurei Velleris (cujus membrum etiam Reynaldus erat) causa cognita liberati sunt. Anno 1477. caeso ad Nantoniae Carolo Burgundo in omnibus ejus Provinciis magni fuerunt motus. Itaque & in Hollandia diu oppressae factiones veluti ruptis carceribus exerunt se & civitates cum civitatibus de integro colliferunt: maxime autem Ganda, Dordracu, Delphi, Schö-hovia, & Harlemum: veteris etiam

rem Ducis Iohannis de Bavaria Afellatae factionis Antistites Iohannem Ducem Brabantiae in Hollandiam adduxerunt, quorum consilio & auxilio ille tanquam legitimus gubernator jure maritali in omnibus civitatibus Hollandiae, Zelandiae, ac Frisiae inauguratus fuit: Iacoba igitur una cum matre sua & exulibus Hamatis eo tempore in Hannonia degens horum consilio Florentium Kijfhoekium prodromum suum prae-mittit, ut, si posset, Schonhoviam occuparet, quo sibi ad Hollandiam recuperandam saltem aliquis pariter aditus. Ac Florentius quidem rem hanc effectam dedit: Cumque in castro Schonhoviae duo Capitanei Wilhelmus Colsterus & Albertus Beylinckius una cum stipendiariis quinquaginta essent, omnesque dedito castro, in gratiam nomine Iacobae Florentius recepisset praeter Albertum, quem ob veteris quoddam & privatum odium plane volebat extinctum. Albertus usuram vitae precibus ad spatium mensis unius impetravit: ut scilicet inter suos domique vellet pro arbitrio disponderet, data fide se intra mensem in potestatem Florentij reversurum: Quod quidem cum ille bona fide praestitisset, Florentius mox vivum defodi-jussit. Eodem anno praedicto Iohannes Dux Brabantiae Dn. Iacobum Gaesbekium, Abcaudum, Puttium, Stoiensem, &c. nomine suo gubernatorem Hollandiae ordinavit, qui statim Hamatis omnium

1472.

Anno
1477.Stoiensem

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraielemi.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

odium inter Bredenrodios, & Episcopum recruduit, qui per Hamatos suos civibus Traiectensibus in suas partes allectis Episcopo multum fecerunt negocij. Anno 1481. Episcopus David adjunctis sibi Hollandis, qui factionis erant Afellatae bellum gessit adversus cives Traiectenses, quibus erant auxilio Hamati. Eodem etiam anno idem Episcopus cum suis fautoribus bellum suscepit adversus D. Mofortium: Eodem anno Traiectenses Dn. Engelbertum Clivensem, Iohannis Ducis Clivensis filium, in protectorem ac defensorem suum adversus Episcopum Davidem receperunt. Anno 1483. Traiectenses die ascensionis D. Duce Engelberto Clivensi, Episcopum Davidem ceperunt, & Traiectum adductum custodiae mandarunt; sed mox 18. mensis Ianij eodem anno Maximilianus Austriacus una cum Hollandis, qui Afellatae factionis erat, Traiectum obsidione cinxit, & ad conditiones pacis compulit: Inter quas in primis fuit, ut Episcopum suum captivitate liberarent, & in pristinum locum restitueret. Eodem autem anno jam antea eodem Engelberto Duce civitatem Rhenensem occupaverant: Cum autem Hollandi qui factionis erant Afellatae, pro Episcopo Davide essent, Hamatae factionis Afellatae Traiectensibus contra hos assistebant. Itaque Franciscus Bredenrodios, Reynaldi & Gisberti frater, civitatem Roterodamen-

nibus eliminatis ingentem tranquillitatem Iohanni Duci & patriae praestitit: si tamen hoc est praestare tranquillitatem, inter factiones alteram partem opprimere. Anno autem 1425. idem hic D. Gaesbekius in professo S. Ludgeri D. Iacobam cum suis Hamatis in civitate Schonhovia obsedit: quem subsidio suo adjuvarunt omnes civitates Hollandiae, Zelandiae, ac Frisiae Occidentalis, praeter Zinneam, Gaudam, Audevateram, & Bryelas, quae in hoc bello neutrorum partium existentes spectatrices se praebuerunt calamitatis publicae. Sed cum viginti quatuor integris hebdomadis & quatuor diebus frustra eam civitatem oppugnasset, tandem subornato Adolpho Duce Clivensi, & Comite de Moerla, sex hebdomadarum induciae pactae sunt, obsidioque soluta est in festo decollationis S. Iohannis Baptistae. Eodem tempore impetravit & recuperavit Comes Hornensis per Comitē Moersanum Dominium de Altena, cum oppido Voudrichemo, à quo violenter parentes eius dejecti fuerat: Dum haec agerentur, considerantes Afellati lubricam fore spem suam quam de Iohane Duce Brabantiae conceperant, quia & hunc multi palam respuebant, plures non promovebant, & Cloestriae Ducem Iacobae tanquam legitima uxori suae subsidio venturum rumor increbrescebat, Philippum Burgundiae Ducem, & Comitem Flandriae, &c. sollicitant, ut is la-

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandiæ.

Anno
Dni.

1488.

sem occupavit anno 1488. in nomine S. Elizabethæ, omnesque vel capit, vel eiecit, vel occidit, qui factionis erant Afellatæ: Consimiliter anno sequenti munitissimum castrum Woerden in feriis Natalicis nocte S. Iohannis à D. Iohanne Montfortio, (quem Episcopus dudum habuerat captivum) & ab Arnolde Iselstenio occupatum fuit, castrique Præfectus captus est: Hoc anno etiam Roterodamum oblidione cinctum fuit à cæteris civitatibus Hollandicis, quæ Afellatæ factionis erant Duce Romanorum Rege Maximiliano Austriaco: sed Roterodamenses Duce Francisco Bredenrodio fortiter tutati hanc civitatem. Anno porro 1489. mensis Martij, die 6. pagani Ouderfchiesem occuparunt, ac Delphos consequenter excurrentes, cives eorum sine ordine adversus ipsos prouentes, multos præterea interfecerunt, multos in aquas propulerunt, multos captivos abduxerunt: Eodem etiam anno sub finem Martij D. Iohannis Naelyvicensis, & D. Iohannes Montfortius, cum exercitu mille armatorum Leydas occupare tentarunt, sed ab oppidanis Duce D. Iohanne Egmondano Hollandiæ Præfecto, fortiter repulsi retrocedentes munitissimum castrum Poelgestum absente Dn. Gerardo occuparunt, quod mox his rursus expulsi à Præfecto Egmondano & Leydensibus recuperatum, & solo æquatum est: Eodem anno porro 17. die mensis Iunij confer-

borantis Comitatus Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominijs Frisiæ gubernationem iure hæreditario suscipiat. Cum ipse verissimus ac proximus harum Provinciarum hæres futurus sit, si quidem D. Iacobus sine liberis defungatur: Primum enim Margarita mater Philippus, & Wilhelmus pater Iacobus ex uno eodemque patre Dn. Alberto Duce Baviaræ, Comite Hollandiæ, eademque matre ejusdem uxore nati erant: deinde & mater Iacobus amita erat Philippus, sic ut duplici cognationis nexu consobrini inter se Philippus & Iacobus sim.

Philippus igitur his non gravatim obtemperans cum ingenti comitatu Dordracum veniens per Afellatos tanquam verus hæres Hollandiæ, Zelandiæ, ac Frisiæ tutor inauguratus est. Itaque cum & Iohannes Dux Brabantiæ non refragaretur Motibus Hannoniæ, eodem hoc anno colloquij dies indictus fuit: Quo convenientes Philippus Dux Burgundiæ, Iohannes Dux Brabantiæ, Iacobus Comitissa Hollandiæ, cum pluribus aliis Principibus concluderunt ita, ut Dux Brabantiæ Hannoniam possideret, Dux Burgundiæ Philippus tanquam legitimus hæres haberet tutelam Hollandiæ, Zelandiæ, ac Frisiæ, eoque pacto inter ipsos lætis auspiciis tunc pax & amicitia firmata fuit. Hamati verò qui suum negocium agebant, & dominari ipsi in Hollandiâ volebant, ut & Ducem Philippum

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultraiectini:

COMITES Hollandæ.

Anno
Dñi.

1490.

to pralio inter Hollandos Afellatos Duce Præfecto equitum Maximiliani, & Roterodamenses Ducibus Francisco Bredenrodio, & Iohanne Naeltvicensi, ubi multis utrimque caſis Roterodamenses succubuerunt, capto Naeltvicensi ac pace mox facta, Bredenrodus civitate ceſſit, atque ita Roterodamum recuperatū est. Anno 1490. Saxoniz Dux Albertus (quem Maximilianus Austriacus generalem Provinciarū filij sui Philippi gubernatorē in Germaniam profecturus, constituetat) unā cum Hollandis Afellatis Montfortium obſedit, sed interceſſione Comitiss Nassovij, & Comitiss Chymatenſis pax est composita, restituito caſtro Woerdenſi, quod D. Montfortius dudum occupaverat. Itaque ibi Caſtellanus tunc alius constitutus fuit. Eodem anno ruiſus pralium commiſſum fuit inter Hamatos Duce Francisco Bredenrodio, & Afellatos Duce Iohanne Egmondano prope civitatem Sluſam, in quo cum trecentis armatis Bredenrodus occubuit. Post cuius obitum D. Iohannes Naeltvicenſis bellum adverſus eodem ibidem eſtigiō redintegravit, & præſidio Sluſanorum navali prælio Hollandiam, Flandriam, ac Zelandiam mire afflixit. Eodem anno etiam Trajectenſes portam S. Catharinæ, quam Hollandi Afellati septem continuis annis jam præſidio ſuo tenebant, armatā manu recuperavit. Anno 1496. ipſo die S. Georgij mortuus est in

ab Hollandia arcerent, & Afellatos etiam eſicerent, inconstantia muliebri conſiſi, cauſantur hunc nimis iniquum eſſe tractatum pacis, quo ipſa Domina paternā hereditate prorsus eſſet excluſa: nam cum Duci Iohanni Hannonia, Duci Philippo Hollandia, Zelandia, ac Friſia ſu assignata, Iacobus ipſi nihil eſt relictum, quo vel ſuſtinere vitam poſſit: facile igitur perſuadent ſeminæ, ut ſe clam iſtinc proſiſiens occupatā Hollandiā ſe tueatur adverſus iniquitatē iſtius pacis: Illa igitur in Hollandiam reverſa, civitatibus aliquot occupatis, cum Hamataz factionis, tum Anglici conjugij præſidio per annos tres ſatis negocij faceſſit Duci Philippo. Anno 1427. in ſacrā hebdomadā ante Paſcha Bruxella obiit illuſtriſſimus Princeps Iohannes Dux Brabantiz, & Limburgiz, maritus Dn. Iacobæ, ſepultus ibidem apud S. Gudulæ, cui ſine liberis deſuncto ſtatim ſuceſſit frater eius Philippus Comes S. Pauli, & Conneſtabulus Franciz, cui & ipſi quoque ſine prole mox deſuncto, ſuceſſit cōſobrinus eius Philippus Dux Burgundiz Comes Flandriz, &c. Tutor Hollandiz, Zelandiz, ac Friſiz. Anno 1428. quartā die Maij pax inter Ducem Philippum, & Iacobam Comitiffam renovata eſt, ipſaque Iacobæ præſens ac volens in Hannoniam, Hollandiam Zelandiam, & Friſiam, una cum Philippo profecta per omnes civitates ſolēniter eum ut verum Hæcaſtro

venit.
1496.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

castro Batavoduri D. David Burgundio Episcopus Trajectensis: ibidemque in Ecclesia Parochiali honorifice sepelitur, postquam Episcopatum administrasset annis triginta novem: fuit hic vir natura pacificus, & injuriarum minime tenax, maximas tamen molestias perpeffus à factiosis, autoribus tamen potissimum Bredenrodiis, qui dolentes se per hunc ab Episcopatu Trajectensi esse seclusos, non modo Trajectenses factione Hamatorum adversus Episcopum involaverunt, sed & Hollandiam universam, quatenus Episcopum tuebatur, ardibus & incendiis impleverunt: Quod ut propius ac melius conspici possit, in hanc lineam nonnulla transtulimus, quæ per ipsos in Hollandia gesta sunt: Fuit autem hic Episcopus Sedi Trajectinae perquam commodus, etsi multi id non agnoverint, dum vixit: fuit enim Religionis summus antistes, & largus ædium sacrarum dotator, quod ex tot Donariis in templa passim collatis liquet. Sacerdotes ac Studiosos liberalissimè fovit, etiam ea diligenter procuravit, quæ ad externam Episcopatus amplitudinem pertinere videbantur: nam ea quæ in arcibus Rodolphus Diepholdius imperfecta reliquerat, perfecit, multaq; iis addidit, novam arcem Batavoduri ædificare cepit: Diepholdio sumptuosissimum monumentum extruxit.

COMITES Hollandiæ.

Anno
Dni.

redem, & Tutorem earundem provinciarum inaugurandum curavit. Anno 1433. Philippus Dux Burgundiæ in Haga Comitum cepit Franconem D. Bortelium Suylensem, aggeris S. Martini eo tempore Hollandiæ, Zelandiæ, ac Frisiæ Governatorem, eundemque clam per Delphos & Roterodamum abductum in castro Ripelmondensi custodiæ mancipavit, ob id, quod is cum Dn. Iacoba clandestinum matrimonium contraxisset: Qui intercessione Comitis Moersani & Comitum Scherwardem, ea conditione liberatus, & Iacobæ concessus fuit, ut Domina Iacoba Duci Philippo absolutè resignaret Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam & Frisiam: Ipsaq; vicissim à Duce Philippo reciperet Dominium Woerdense, & australis Hollandiæ, & Tollense, cum omnibus redditibus omnium Teloniorum per Hollandiæ ac Zelandiam: Ipse maritus ejus à Philippo acciperet Comitatum Oestervandiam. Quod quidem cum ita placuisset, D. Iacoba huic Franconi legitime nupsit, cui & Philippus Dux torquem aureum & ordinem militiæ aurei Velleris contulit: qui suis deinde Dominiis una cum Domina Iacoba laudabiliter præfuit: Philippus autem Dux Burgundiæ mox per omnes provincias prædictas, ut verus Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Dominusque Frisiæ solenniter inaugurabatur. Triennio autem post, hoc est anno 1436, in profesto S. Diony- 1436

1433

Suzwardem

FREDE-

Anno
Dni

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandie.

Anno
Dni

56.

FREDERICUS BADENSIS

sedet annis 20.

1496. **E**odem igitur anno 1496. defuncto atque sepulto D. Davide concordibus omnium Capitularium suffragiis electus, & mox à Pontifice confirmatus, ac demum solenniter in cathedram introductus est quinquagesimus sextus Episcopus Trajectensis D. Fredericus Badensis, qui paternum genus ab Illustrissimis Marchionibus Badensibus, maternum verò ex Austria Principibus ducebat. Hic variis bellorum tumultibus involutus fuit.

1498. Anno 1498. Episcopus Trajectensis unà cum Carolo Geldrio magnam Guardiam, hoc est exercitum erroneum & proscriptum, cohjundis copiis à finibus suis profligarunt. Anno 1500 circa festum S. Mariæ Magdalenz, cum Saxonia Dux Albertus Gruningam oblatione premeret, in castra ejus ad Selvardiense Monasterium unà cum Transilunarum civitatum legatis venit Episcopus Trajectensis, ut pacem inter Ducem & civitatem eam componeret, sed cum nihil proficeret, in alium diem colloquium rejectum est.

1503. 1503. bellum ingens fuit inter Ducem Geldriae, & Episcopum Trajectensem: ac Geldrii quidem civitates Oudenzelensem occuparunt, sed cum se satis instructos praesidiis & subsidiis non esse animadvertenterent, relicto oppido recesserunt.

1511. Illustrissima Ducissa Bavariae, dudum Hannoniae, Hollandiae, Zelandiae Comitissa ac Dominus Frisiae ipso die S. Dionysij in castro Teylingio nullis relictis liberis obiit, sepultaque est in Palatio Hageniensi apud avum suum D. Albertum de Bavaria, postquam 19. annis à morte parentis Wilhelmi sexti in magna tribulatione paternas Ditiones administrasset, aut potius ambiisset.

25.

PHILIPPUS BURGUNDUS

praesit annis 31.

Defuncta igitur Dn. Jacoba, quae si ante triennium patre desiderat esse, naturam tamen manserat Comitissa Hollandiae in hunc usque diem, nunc ut legitimus haeres ac successor pleno jure ut omnium Dominiorum ejus ita etiam vicissimus quintus Hollandiae, Zelandiae Comes ac Dominus Frisiae inauguratus est illustrissimus Philippus Dux Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Limburgiae, Comes Flandriae, Burgundiae, Hannoniae, Artesiae, Namurciae, Marchio S. Imperij Romani, Dominus Mechliniae, Salinarum, &c. Hic Philippus admodum tranquille gubernavit Hollandiam, Zelandiam, & Frisiam, Gubernatore constituto D. de Santis, qui, ut vir cordatus & naturam pacificus fa-

V

runt.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

tunt: Episcopus autem oppido recuperato, cum instructissimo exercitu impressionem fecit in Veluam, & multis castris everfis, pagis evastatis, cum ingenti præda Daventriam reversus est, & facta cum Geldris pace, Episcopus respectu hujus belli præcariâ collectâ clero indixit per Hollandiam Zelandiâ & Frisiam: Sed clerus ad Sedem Romanam provocacione factâ, per sententiam Papæ à collectâ fuit absolutus. Anno 1512. D. Iselstenius Trajectensibus indixit bellum, multasque in suburbiis eorum domos exussit, & à Monasteriis aliisque consimilibus sacris conventibus pecunias extorsit: Ideoque mox Trajectenses vicissim una cum Duce Geldriae Iselstenium obsederunt, & assiduis tormentorum ictibus tum civitatis, tum castri muros gravissimè luxarunt. Sed cum animadvertissent ipsum Dn. Iselstenium cum ingenti equitum ac peditum exercitu obsessis ferre suppetias, obsidione solutâ, maturè se Trajectum receperunt. Anno 1516. D. Fredericus Episcopus Trajectensis, postquam Episcopatû viginti continuis annis administrasset, multasque molestias ex factiosorum importunitate perculisset, in gravescente jam ætate, prospiciens etiamnum plures ingruere difficultates, cupiensque consulere tum Ecclesiæ, tum incolumitati suæ, cum consensu Capituli & Sedis Apostolicæ Episcopatum resignavit in manus præstantissimi

ctiones quantum potuit oppressit eâ ratione quâ debuit, hoc est, ut non modo alteram non læderet, alterâ jvaret, sed ita, ut qui neutram ad honores admitteret, utramque ex æquo rejiceret: Sed postquam hoc ob invidorum criminationes remoto, gubernaculis præfecisset D. Wilhelmum Lalainum, isque Hamatorum factionem fovens, filiam suam Reynoldo Bredent odio despondisset, statim crexerunt cristas Hamati adversus Asellatos. Adeo quidem, ut commotâ totâ Hollandiâ, Dux Philippus D. Isabellam conjugem suam eò ad discordiam componendam mitteret, eaque nihil efficiente partes Bruxellam edictò citaret, usque venientibus & auditis amoto D. Lalaino, M. Goelvinum Wilden præficeret, mutato officij nomine, ut non amplius jam Gubernuror. sed Præses Hollandiæ, Zelandiæ, ac Frisiz vocaretur, qui eam dignitatem adeptus esset, ut ipsius nominis insolentiâ monitus factionis damnatæ memoriam fugeret: quod ille tamen longè diversum fecit. Planè enim alteram, hoc est Asellatorum factionem fovit, oppressit, quantum potuit, alterâ: Quæ res & aliis non paucis, & illi ipsi quoque exitio fuit: Quippe anno 1436. cum ille Baugardum ~~Baugardum~~ castellanum Medenblicensem factionis Hamatæ hominem accusasset atrocissimè, ille hunc vicissim accusavit Sodomiz: ex quâ altere atione eum quotidianæ turbæ fierent, Dux Phi-

viri

1516

Bannert

1436.

Anno
Dni.EPISCOPI *Ultrasidani*:COMITES *Hollandie.*Anno
Dni.

viri Philippi Burgundionis. Et cum Lyram Brabantie oppidum petisset, ibidem paulo post est mortuus: corpusq; ejus ad Rhenum in sepulchro majorum suorum reconditum est. Fuit hic vir natura lenis & humanis, & qui non nisi summam necessitate coactus arma sumpsit, magisq; semper, ut Episcopum decuit, ad Ecclesiasticas functiones propenderit.

57.

PHILIPPUS BURGUNDIO

sedet annis 8.

1516. **E**odem itaque anno 1516. Philippus à Burgundia post resignationem à Frederico Badensi, & confirmationem à Pontifice factam Episcopus Ultrajectensis quinquagesimus septimus inauguratus fuit. Erat autem hic Philippus Davidis defuncti frater, & filius magni istius Philippi Ducis Burgundie, & Hollandie Comitis vicesimi quinti: Ideoque Maximiliani Imperatoris, & Caroli Aultriaci Hispaniarum Regis, &c. Comitis tunc Hollandie potius auctoritate ac jussu, quam ambitione sua ad Episcopatum accipiendum perductus fuit, ut illi scilicet per hunc suis Ditionibus tuendis robur ac praesidium acquirerent: Matrem hic Philippus habuerat Margaritam Postiam feminam, ut corporis venustate, ita etiam animi integritate insignem. in cujus oculis Bruxellae educatus, & optimis moribus ac disciplina instruitus est, dum Ca-

lippus missus in Hollandiam Dni. Johanne Lanoio, utrumque apprehendit, & captivum in castro Huëdono collocavit: Annoque evoluto cum sex mensibus Bangardus liber dimittitur: Cosvinus autem istinc abductus in castrum Loventenium decollatur, quamvis multum protestatus innocentiam suam: post cujus necem Philippus Dux Burgundie constituit D. Iohannem Lanoium Praesidem Hollandie, Zelandie, ac Frisiae. Anno 1438. bellum auspicatus 1438. est Dux Philippus cum Brugenibus, quod toto biennio duravit: Eodem anno inundatio ingens ruptis aggeribus Hollandiam, & Bataviam afflixit, & civitas Gaudana magna ex parte exusta est: eratque tum ingens ubique annonae caritas. Anno 1439. magno 1439. perere est grassata pestis per totam Europam: Anno 1440. defuncta est Elizabeth Ducissa Luxemburgensis uxor dudum Iohannis de Bavaria, sine prole. Quare Wilhelmus Dux Saxonie pretendens jus in Ducatum conscripto exercitu eum occupare conatus est: Cui se opponens Philippus Dux Burgundie, ut jure, ita etiam viribus superior, extorsit eum, & porro sine controversa toto vitae tempore feliciter obtinuit. Anno 1441. grave bellum fuit inter Phi- 1441. lippum Ducem Burgundie, & Gandenses ob vectigal impositum tali, farris, frumentis, ceterisque eduliorum generibus coortum in quo bipartita fuit Flandria, altera

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultravallini:

rolus Burgundus ejus frater bellis
externis assidue occupatus minus
illi vacare posset. Cumque eâ ra-
tione sub optimo eodemque grâ-
devo præceptore adjunctis hone-
stissimis condiscipulis ad annum
ætatis usque duodecimum in liti-
ris præsertim latinis pro ingenij
sui vividitate exercitatus non me-
diocrem profectum fecisset, mor-
tuo tandem Carolo, cum Maria
Caroli filia Maximiliano Austria-
eo nupta rerum potiretur in ejus
aulam ascitus est, in quâ ille tanta
cum gratiâ versatus est, ut Maxi-
miliano eum progressu ætatis de-
functâ etiam Maria, militiæ suæ
adscriptis, & cum Imperator co-
ronaretur Aquisgravi equestris
ordinis insignia illi cõtulenti: Nõ-
dum decem & octo annos natus
primum Gravelingæ, deinde Cor-
traco Flandriæ oppidis præfectus
est, easque Præfecturas summâ
cum felicitate administravit: In
motu tamen quo Flandria ob Tu-
telam Philippi Austriaei à Maxi-
miliano dissidebat, Flandrorum
partes tuebatur: Ideoque rebus
inter partes compositis, ipse offe-
so, ut videbatur, Maximiliano, ad
fratrem Davidem concessit Ultra-
jectum, apud quem summo in ho-
nore habitus fuit: Davide autem
mortuo fraternæ hereditatis por-
tione acceptâ, ad aulam Burgun-
diacam reversus est, adeoque cha-
rus extitit Principi Philippo Ma-
ximiliani filio, ut is eum in argu-
mentum suæ in illum benevolen-
tiæ clarissimo ordini equicum au-

COMITES Hollandiæ:

Anno
Dni.

scilicet parte Ducem, alterâ civi-
tatem sequente, fuitq; tantâ ani-
morum accerbitate utrimque cer-
tatum, ut neutra ex parte, qui in
manus venisset, incolumi vitâ li-
berari facile potuerit, duravitque
hoc bellum toto triennio Anno
1465. Carolus Princeps Burgun-
diæ Philippi filius, gratiam patris,
quâ per aliquot annos improbo
sufurrationibus ejectus exul in di-
versis locis oberraverat, recupera-
vit: Eodemque anno D. Iohannes
Lanoius, hujus susurrationis, (ut
fama erat) sibi concius, relicta
Hollandiæ Præfecturâ, ad Ludo-
vicum Regem Galliæ confugit: &
Ludovicus Gruithuyusius Hollan-
diæ Præfces creatus est: Carolus e-
dem anno in Galliâ à patre missus,
Ludovicum Regem victum ad æ-
quitate præstandam compulit:
Vxor ejus interim Dn. Isabella ex
nimio mariti absentis desiderio
cõtabescens moritur, & sepelitur
in Monasterio S. Michaëlis in pro-
festo Sanctorum Cosmæ & Da-
miani. Anno 1466. Philippus
Dux auctoritate Sedis Apostolicæ
postulatus, & injuriâ provocatus
Leodiensis adversus Episcopum
suum Ludovicum Borbonum i-
psum sororium tumultuantes, re-
frenavit, & Carolus ejus filius e-
dem anno Dionantensis everso eo-
rum oppido rebellionis castiga-
vit, & cum Leodiensibus de inte-
gro pacem cõposuit. Anno 1467.
mensis Junij die 15. inçlytus Dux
Burgundiæ, &c. Philippus Brugis
in Flandriam mortuus est, anno
rei Vel.

1465.

1466.

Antwerp

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajectini,

COMITES Hollandie.

Anno
Dñi.

rei Velleris adscriptū torque donaverit, ac totū suæ familiæ præfecerit. Philippo postea ex Hispaniis reverso Anna à Burgundia Adolphi Ducis Cliventis uxor moritur, quæ Philippum fratrem mortor ex senisse hæredem scripsit. Unde Philippus opibus auctus ab aula se subducere, & sibi vivere privatim voluit: sed a Philippo Rege rebus maritimis Præfectus, & Regiarum classium Dux constitutus est: In quâ Præfecturâ ille ob singularem dexteritatem, prudentiam, æquitatem, peritiâ summo cum Reipub. commodo versatus est. Cumque Philippus Rex oppidis aliquot in Geldriâ occupatis Hispaniam repereret, hujus fidei ac diligentiæ ea ipsa commissa sunt, quæ ille non modò pro expectatione Regis sui, sed etiam cum gratiâ ipsorum hostium tutatus est: & mortuo in Hispaniis Philippo Rege, cum erigentem cristas Geldriæ Ducem, & Gallorum auxilio tumidum contunderi non posset arbitrio suo, prohibitus ab eo, qui tum Burgundicis rebus præerat, post tantos labores in Zelandiâ quiescere decreverat: verum id minimè concessum est. Legatus enim à Maximiliano Augusto & Carolo Hispaniarū Principe Romam ad Iulium Secundū Pontificem maximum mittitur: In eâ Legatione supra quam dici potest honorificè ab omnibus Italia Principibus & civitatibus exceptus est præcipuè tamen à Principe Mirandulano Veronenibus,

ætatis suæ 73. Ducatus Burgundia 58. Comitatus Hollandia 31. Parentes habuit Johannē Ducem Burgundia Philippi filium, quem Rex Franciæ occidit, cum hic Philippus annum ætatis ageret 15. Matrem habuit Margaritam Alberti Ducis Bavarie, Comitissæ Hollandia filiam: Tres uxores habuit, primam duxit D. Michaëlem Caroli sexti Francorum Regis filiam, quæ juvenula obiit: Secundam duxit D. Claudiam, filiam Comitissæ de Heu, quæ & ipsa mox est mortua: Tertiam denique duxit D. Isabellam filiam Regis Portugallia, ex qua sustulit filios Anthonium, ac Ludocum, qui mortui sunt impuberes: & demum anno 1434. filium tertium, quem, quod in professo S. Martini nasceretur, Carolum Martinum appellari voluit: qui patre defuncto in omnia Dominia ac jura successit: præter hunc enim legitimam prolem nullam reliquit. Illegitimas autem utriusque sexus reliquit complures, inter has erant præcipua Cornelius Bastardus Burgundia, D. de Beveren: Anthonius Magnus Bastardus Burgundia, D. de Steenbergem in Arduenna, Balduinus Bastardus Burgundia, D. de Saleis, & terrarum S. Annae, D. David, antea Morinensium, postea Ultrajectensium Episcopus. Philippus primū maris Præfectus, deinde & Ultrajectensium Episcopus: reliquit etiam filias illegitimas tres, quarum duæ Sanctimonialium fuerunt Abbatissæ, una

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

& Florentinis : Pontifex Iulius plus ei honoris exhibuit, quam ulli intra ceterum annos legato exhibitum memoriae proditum est: Hac igitur legatione feliciter expleta in Brabantiam reversus, cum Caroli Quinti soror Isabella Christierno Danorum Regi desponsa esset, ipse hoc muneris ab Augusto sponsae avo & Carolo in junctum accepit, ut eam ad sponsum usque illorum nomine comitaretur ac deduceret, quo munere magnifice functus, dum in patriam revertitur, pestilentia naves invastit, qua etiam filia Balduini à Burgundia fratris sui, quam ille ex nobilissima Dn. Marina Maurica sustulerat, perit: In patriam reversus totus exornanda Arci suae Suytburgo intentus erat, cum Carolus Quintus & Fredericus Marchio Badensis Episcopus Ultrajectinus invitis precibus orant, donec tandem exorant, ut ille Episcopatum Ultrajectinum suscipere dignaretur: Quem quidem susceptum ita administravit, ut in rebus Ecclesiasticis, in sacris officiis, in ministeriis Divinis assiduus esset, nec ea interim negligeret, quae ad externi Principatus amplitudinem conservandam pertinere videbantur. Anno 1521. hic Episcopus uno stragemate declaravit, si castra potius, quam Ecclesiam sectari voluisset: nam cum Carolus Geldriae Dux Gallorum auxiliis instructus in distrahenda Frisia, tum Carolo Quinto nego-

cui nomen erat Anna Adolpho Duci Clivensi nupta fuit: Fuit autem Philippus vir staturâ procerus, membris valide compactis, vultu hilari atque decenti, toto corporis habitu bene compositus, magnanimus, largus, consilio valens, propositi tenax, Religioni ac Religiosis deditus, multis victoriis clarus, hereditatibus affluens, qui unus domui ~~Brabantiae~~ multum honoris & opum contulit: magna autem sapientia ac felicitate ut ceteras Provincias suas, ita etiam Hollandiam, Zelandiam, ac Frisiam gubernavit, ubique factionum contentiones extirpans sine personarum respectu: Cum autem biduo jam agitorasset, sperantibus tunc Medicis nihil fore periculi, tertioque die Carolus Gandavo Brugae accitus patrem jam admodum languidum reperisset, cum eo quae ad Provinciarum salutem pertinebant, mature pertractavit: Quo defuncto, Carolus, quae ad exequias paternas pertinebant, preparari iussit: Itaque corpus ejus exentetatum, & aromatibus conditum aëre tumba inclusum, postridie celebratis exequiis in Ecclesia S. Donatiani ante summa altate deponitur, ubi per multos annos permansit, ob id, quod Carolus ejus filius diversis occupationibus districtus Divinonem in Burgundiam, quo ipse praeceperat, apud majores suos illud transferre non potuerit. Intestina autem ejus exempta mundissimoque vase recondita ibidem in eodem chorcium

Burgundiae

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

cium facessero, eademque tem-
pestate & Episcopum Philippum
Transfulanorum motibus invol-
veret, Episcopus nihil minus ex-
pectante Geldro exercitum satis
copiosum transmisit in Frisiam,
Duce Nicolao Wildersdorffio, qui
gravissimis exactionibus attrivit
eos, qui partes Geldricas sectaba-
tur: Quæ causa fuit, ut à Geldris

1522.

tunc ad Burgundos multi defice-
rint. Anno 1522. mortuus est
Pontifex Leo Decimus, & electus
est in locum successor ejus D. A-
drianus Florentius Ultrajectinus,
dictus Adrianus Sextus, qui Ca-
roli Quinti præceptor fuit, de quo
nos alibi latius diximus: Sed hic
vir sanctissimus non nisi anno u-
no sedit, & hebdomadis triginta

1523.

sex, mortuusque est anno 1523.
mensis Septembris decimâ quar-
tâ die. Anno 1524. septimo die

1524.

Aprilis, anno ætatis suæ quinqu-
agesimo nono, diem suum obiit D.
Philippus à Burgundiâ Episcopus
Ultrajectinus, sepultusque est in
Ecclesiâ parochiali, apud Baravo-
dium, sive Dorestatum, postquam
Episcopatum administrasset an-
nis octo. Hic enim, ut in admi-
nistrandâ Ecclesiâ fratrem suum
D. Davidem sedulò ac feliciter i-
mitatus fuerat, ita etiam sepultu-
ram illi vicinam habere voluit: Er-
rat hic Philippus staturâ proce-
rus, membris gracilibus ac venu-
stis, oculis nigricantibus, cute cæ-
didiâ, planæque simili parenti:
moribus planè compositis, con-
versatione commodissimus om-

sepulta sunt: Sed cor ipsius auro
& argento decoratū missum fuit,
ut petierat, Hierosolymas, in lo-
cum Calvarie, in Ecclesiâ Do-
minicâ resurrectionis, per Episco-
pum Atrebatensem cum magno
comitatu & pompâ, muneribus-
que ac cimeliis infinitis.

26.

CAROLUS BURGUNDUS.

præfuit annis 9. mensibus 6.

Eodem igitur anno 1467. in 1467
profesto Sanctorum Petri
& Pauli Carolus Philippi
defuncti filius & hæres uni-
cus Gandavi Comes Flandriæ, &
mox Lovanii Dux Brabantie, cõ-
similiterq; exinde in reliquis Du-
catibus, Comitatibus, ac Domi-
niis, ut & consequenter Hollan-
diæ ac Zelandiæ Comes, & Frisicæ
Dominus inauguratus fuit ordi-
ne vicessimus sextus. Eodẽ autem
anno 14. Octobris Leodiensibus
rebellantibus, & civitate Hoyensẽ
expugnata, indeque Episcopi
Ludovico Borbonio ex-
pulsio jam triumphãibus, ipsum-
que cõtumeliis laceffentibus, Ca-
rolus Burgundus expeditionem
parat in S. Trudonem. Quomodo in
profesto Symeonis ac Iudæ obsi-
dionem cinxit. Quo die & Leodi-
enses ad liberandum id oppidum
cum viginti millibus armatorum
Carolo occurrerunt: Sed commisso
mox prælio Leodienses destituti à
suo Capitaneo Rasone, tribus
millibus occisis, reliquis fugientu-
mibus,

oppidum

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajeclini.

COMITES Hollandi.

Anno
Dni.

nibus, nemini molestus, qui virtutem sectari videretur: Pacem in primis amabat, artesque sectabatur eas, quæ pacis maximæ sunt earumque cultores maximi faciebat. Deditus porissimum erat antiquitatibus: ideoque in adolescentiâ pictoriam artem & aurifabriam didicerat: Architecturam ita callebat, ut nullæ ejus artis dimensiones, proportionem, aut symmetriam eam laterent, adeoque si de Basilis, columnis, epistylis, coronamentis atque id genus reliquis sermonem faceret, ex Vitruvio eum legere putares, de fontibus, aquæductibus, thermis nemo peritius eo disserteret. Quæ re factum est, ut, cum Romæ esset, Julius Pontifex eum summopere amaret, multaque ultro offerret, quæ alij ambire solent: Sed ille pro sui amici celsitudine nihil accipere voluit præter duas statuas marmoreas, quarum una Iulij Cæsaris, altera Helij Hadriani erat. Itaque cum his tantopere delectaretur, antequam Episcopatum consecutus esset, intentus exornandæ Arci suæ Suytburgo inter fabros Architectos, sculptores, & pictores versabatur adeo familiariter, ut unus illorum putaretur: Aderant ei & versificatores, qui picturas atque stucturas carminibus ornarent, ut utramque picturam & loquentem & tacitam ostentare possent: Excellentes in quavis arte, artifices mitto favore proferebantur, domiq; suæ liberaliter aiebat. Accerserat sibi magnis ex-

bus, succubuerunt, amissis omnibus impedimentis bellicis: Carolus autem antea per suos viceerat, & funditus destruxerat oppidum Beringense. Mox autem oppidum Borgloon occupavit, & præsidio suo cõmunivit, nec multo post autoritate sedis Apostolicæ roboratus, convocatis ex omnibus Ditionibus suis præstantissimis quibusque Ducibus exercitum collegit, in quo equitum simul & peditum centum & triginta duo millia fuisse memorantur. Itaque septimo ab obsidione die S. Trudonem per ditionem cepit: Civesque ipsi ex pacto portas urbis ac muros demoliti sunt: cõsequenter etiam Tungrentes mox ultro civitatis suæ claves Carolo obtulerunt, ad cuius præceptum & portas suas & muros urbis ex parte demoliti sunt. Eademque conditione cum ultro venissent, in gratiam recepra sunt: & reliquæ civitates Leodiensis Diocesis, ut nulla munitiones ullas retineret, præter solum Leodium, quo Carolum excluderet, Tandem Leodium in festo S. Martini obsedit, & intra paucos dies ad consimilem ditionem compulsi, & Episcopum D. Ludovicum Borbonium affinem suum in sedem Leodientem restituit: cui deinde Leodientes fidelitatem de integro jurarunt. Anno 1468. circa festum S. Iohannis in Junio Carolus Burgundus in uxorem duxit D. Margaritham de Iorca, filiam Ridsardi Ducis de Iorca, sororem Eduardi penlis.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraicini:

penfis pictores & architectos primi nominis Iacobum Barbarum Venerum, & Iohannem Malbodium, nostræ ætatis Zeuxin & Appellem: Itaq; & hanc ipsam suam Arcem Suytburgum & Episcopales quoque postea, maximè autem veterem illam, quæ Dorestati est, novis ædificiis commodiorem fecit, picturis, sculpturis, figulinisque talibus exornavit, ut nec in ipsâ quidem Itahâ quisquam politiùs possit, ut de propugnaculis, armis, Bombardis aliisq; munitionibus interim nihil dicamus: Bonarum præterea literarum Professores mitè amabat. Ex horum numero in primis sibi familiares fecerat D. Erasmmum Roterodamum & Iohannem Paludanum Lovaniensis Academiæ Rhetorè: Postquam verò Episcopalem dignitatem adeptus esset, quoties extra professionum strepitus domi pro arbitrio suo vivere poterat, irafere diem partiri solebat, ut primam ejus partem rebus divinis & sacrorum codicum lectioni daret: his peractis, consiliis, consultationibusque præerat, audiendis literis, querelis, litibus, sententiis intentus, eâ curâ ac diligentia, ut nihil literarum nisi se præsentè resignaretur, nihil nisi suâ manu scriptum obsignaretur: postea prandebatur. Inter prandendum quæstiones variæ proponebantur ex Poësis, ex historicis, ex Sacris literis: historias veterum ferè omnes gallicè legerat, memoriæque commendarat: historias latinas

COMITES Hollandiæ.

Anno
Dni.

quarti Anglorum Regis. feminam, ut eventus docuit, omnibus virtutibus ornatam, quæ cadere in mulierè possunt: ex quâ tamen liberos non suscepit. Eodem anno Carolus civitatem Leodiensem denuò rebellantem 28. die Octobris planè destruxit: sed paulo post restaurari promisit. Anno 1469. Carolus Burgundus certâ pecuniæ summâ Comitatum Foretensem emit à Duce Austriaco, annoque sequente Ducatum Geldriæ ab Arnoldo Duce Geldriæ, & item à Duce Cliviæ emit: Carolus autè hunc Arnoldum, quem filius suus Adolphus in castro de Buren sex annis captivum detinuerat, liberavit, & Adolphum vicissim captum, in Cortracensi castro asservavit, quoad usque vixit: qui Carolo mortuo tandem liberatus, & militiæ à Mariâ Caroli filia Prefectus ante Tornacum perit anno 1477. Anno 1470. Carolus Burgundus in Hollandiam venit, & in Concilio Hagensi pro Tribunali ter sedit, quo tempore multi Principes ex diversis mundi plagis istuc ad eum cõfluxerunt: Anno 1472. bellum coortum est inter Carolum Burgundum & Regem Franciæ Eodem anno in profesto S. Matthiæ in civitate Graviâ mortuus est Dux Geldriæ Arnoldus, duobus annis postquam liberatus fuit. Quo intellecto Carolus Burgundus, cum Dux Geldriæ inaugurari vellet, & civitates Venloa, Noviomagum & Zutphania cæteris consentientibus refra-

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

quotquot extabant, Gerardo Noviomago prælectore attentissimè audierat, pomeridianis horis, aut in hortis deambulabat, aut opificum officinas in morem solliciti patris familias circumibat: cæna quæstionibus ac lectionibus & collationibus honestis ac jucundis transigebatur: A cænâ in multam noctem plerumque cum eruditis conferebat: Cumq; his moribus, eoque ingenio esset, ab avaritiâ, Tyrannide, & crudelitate alienissimus erat: miroque affectu suos prosequabatur, & nemini, aut exactioibus, aut nuper inventis vectigalibus gravis: nam toto tempore, quo Ultrajectinis præfuit, ne obulum quidem à quoquam præter veteres & annuos reditus in suum commodum exegit. A bellicis motibus profus abhorrebat: nec erat planè quicquam quod magis illi dolebat, quàm quod Campensium, Suollensiumque dissidiis se bello Geldrico invitum involvi cerneret, planeque magnâ ex parte lethalem animi miseretorem hinc contraxisse videri potest: qui etiam in mortis agone positus, Deum non semel testatus est, se ejus belli causam & originem non fuisse.

58.

HENRICUS de BAVARIA
sedis annis ferme 5.

Defuncto igitur Philippo Burgundione totius Capituli congruentibus suffragiis co-

garentur: Carolus expugnata Venloâ, & per deditioem capto Noviomago, cunctis mox manum præbentibus, Dux Geldriæ solenniter ubique inauguratus est: Carolus autem Geldriæ natum tunc annos plus minus octo, & sorore ejus Philippam Ducissam postea Lotharingiæ captivos abducens Bruxellas misit, ut ibi educarentur. Anno 1473. Carolus Burgundus tertio die Januarii instituit magnum Consilium Mechliniense. Anno 1474. Carolus Burgundus urbem Novesensensem obsedit, Duravit obsidio mensibus duodecim defendente eam urbem Frederico Imperatore: inter quos tandè per intercessionem legati Pontificij pax est composita. Anno 1475. cepit bellum inter Carolum Burgundum & Renatum Ducem Lotharingiæ: cui Carolus totum Ducatum Lotharingiæ ademit. Anno 1476. bellum cepit inter Carolum Burgundum & Helvetios, qui duobus præliis eo anno adversus eos infeliciter luctatus est. Anno 1477. in profesto Epiphaniæ cum tertio ante Nantium Lotharingiæ civitatem cum illis cõgrederetur, suis omnibus profligatis, ipse tribus vulneribus confossus occubuit, postquam Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, ceterasq; provincias suas à morte parentis administrasset annis novè cum dimidio: Sepultus autem est Carolus Nantij in templo S. Nicolai ante altare S. Georgij: Duxerat hic Princeps uxoris tres. Ad dem

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

1514.

dem anno 1514. electus est Ultra-
jectensium Episcopus quinquage-
simus octavus, D. Henricus de Ba-
variâ, Philippi Comitis Palatini
& Electoris filius. Qui quâmpri-
mum Pontificiâ autoritate con-
firmatus est, magno tum cleri,
tum populi Trajectensis gaudio
in Episcopalem cathedram collo-
catus fuit. Anno 1525, mense fe-
bruatio civitas Ultrajectensis tu-
multuari cepit. Nobilibus ex ve-
teri quodam odio plebem adver-
sus Consules Everardum Soudê-
balmum, & Godefridû Vornium
instigantibus: Quorum errore
abusi hos ipsos repetendarum in-
simulabant. Consulibusque in
voluntarium exilium digressis, &
fautoribus eorum proscriptis, ap-
probationem rerum ab se gesta-
rum ab Episcopo Batavodurî æ-
grotante, per calumnias impetrâr,
absentibus proscriptis: non mul-
to autem post plebs animadvertens
se promissâ immunitate per No-
biles frustrari, contra eos conspi-
ravit. Vnde inter has partes de
novo ortâ recenti contentione, di-
cta est Nobilium factio confæde-
ratorum, plebis autem Septivaudi-
diorum. Ac Septivaudij quidem
coadunati, cum numero superio-
res essent, primùm à confædera-
tis, & mox etiam ab Episcopo re-
verso extorsere immunitatem,
ita ut nulli eâ re magis gravaren-
tur quàm Ecclesiastici, quoniam
æquum esse clamitabant eodem
eos omnes onere gravari, qui ea-
dem civitate clauderentur. Anno

primam quidem D. Catharinam
Caroli Seprimi Francorum Regis
filiam, quæ desponsata tantùm,
ante nuptias virguncula interiit:
Secundam duxit D. Elizabetham
sive Itellam Ducis Borbonij fi-
liam, ex quâ filiam suscept unicâ,
nomine Mariâ, quæ hæres & suc-
cessor ejus in omnes Provincias
fuit. Tertiam duxit D. Margari-
tam Iorcarn, filiam Ducis Idsardi
de Iorcâ, sororem Eduardi Quarti
Anglorum Regis, ex quâ liberos
item non suscepit. Huc usque Ia-
cobus Mejerus Comitum Flâdriæ
Chronica deduxit, & huc usque
pertingit etiam Ducum Braban-
tiæ Chronicon, quod nos favento
Deo propediem in lucem daturi
sumus, expletum appendice de-
ductâ usque ad hâc porrò memo-
riam nostram. Quæ causa est, ut
in historiâ Comitum Hollandiæ
deinceps breviores futuri sumus:
ne vel eadem sæpius inculcemus,
vel aliquid non debito loco tra-
damus. Cùm ab hoc jam tempo-
re porrò idem qui Duces Braban-
tiæ fuerunt, etiam Flândriæ, Hol-
landiæ, Zelâdiæ Comites fuerint:
Ea quoque quæ in Philippo su-
periori, & hoc ipso Carolo mi-
nus copiosè explicata videntur, ex
prædictis Brabantia ac Flândriæ
Chronicis suppleri possunt: Dabi-
mus igitur id operam potissimum
deinceps, ut continuandi tempo-
ris gratiâ præcipua quæque tan-
tum capita adnotemus.

Idardi vel Pigardi

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

1526.

1526. sexto Idus Decembris confederati Septivaudiis ademerunt per vim eadem, quæ per vim coacti superiori anno concesserant.

1527.

Anno 1527. instante quadragesima confederati contracto Beneficiorum ex Ditione Hellenica subsidio, Septivaudiis sodalitorium suorum signa, sive vexilla, & comitiorum jus ademerunt, eaque omnia irrita fecerunt, quæ ipsis per Antistitè dudum concessa fuerunt. Eodè anno Episcopus Dorrestatum reversus proscriptus per saluum conductum ad se vocatis, & auditis, melius informatus, contracto mediocri equitum comitatu, quos illi Florentius Comes Buranus suppeditaverat, cum ad sopiendum dissidium Trajectum repeteret, à confederatis est exclusus: Et mox Dux Geldria Capitaneus postulatus, qui nonis Augusti quadringentos pedites, & postridiè turmam equitum transmisit, quos confederati noctu portis effractis intromiserunt, atque ita civitatem ipsam Duci Geldria in manus tradiderunt: Anno eodem Episcopus his consideratis, & proinde contractis tribus peditum millibus, equitibus ducentis in aggere Vardano castrense propugnaculum erexit, & intercluso comitatu reliqua adversus civitatem arte militari molitus est, quæ ad eam recuperandam pertinebant: Geldrus contra oppida Transjulanorum, Hasselam & Rhenum, nomine Trajectensium occupavit, Trajectum

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.27.
MARIA BURGUNDIACA

præfuit annis 5.
mensibus 2.

Postquam igitur de morte Caroli Burgundi constitisset, Maria ejus filia atque hæres eodem anno 1477. defuncto

1477.
patri in omnium provinciarum suarum possessionem atque dominium hæreditario jure successit, quam eodem etiam anno in uxorem duxit Maximilianus Austriacus Frederici tertij Imp. filius. Cæterum cum Maria viginti tantum, Maximilianus duntaxat, octodescim annos tunc natus esset, qui clamatae factionis erant, Hollandia, Zelandia, Frisiaeque gubernationem sibi vindicare nitentur: Assellati verò Maximilianum jure maritali in Comitem & gubernatorem earundem Provinciarum inaugurabant, ejusque presidio se firmabant: unde factum est, ut multis annis intestinum bellum inter has factiones gestum sit.

Anno 1478. mensis Junij 22. die 1478.
natus est Maximiliano Austriaco ex Maria Burgundiaca uxore sua Brugis filius unigenitus, cui nomen avi materni inditum est, Philippus, Anno 1480. nata est Maximiliano ex eadem uxore sua in principio veris filia, cui nomen est inditum Margarita. Eodem anno D. Wolfardus Veriensium Princeps, Hollandia, Zelandia, Frisiaeque Præfectus factionum peritus Præfecturam suam resignavit. In quo

1480

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandie.

Anno
Dñi.

que ipsum presidii & comiteatu
abundè instruxit, & se Dominum
Trajecti inaugurandum curavit,
ibique Rossemium vicarium reli-
quit: Transfulani cum sibi de in-
regro cum Geldris bellum geren-
dum esse animadverterent com-
municato cum Episcopo Henrico
consilio, ut molestius finem impo-
nerent, Invictissimo Imp. Carolo
Quinto communibus animis sese
subdere decreverunt: Itaq; Prin-
ceps Florentius Comes Buranus
accitus nomine Cæsareæ M^{tes}. à
Transfulanorum Repub. inaugu-
ratus est: acceptaq; una cum Cæ-
sareanis legibus libertate, illi fi-
dei sacramentum vicissim stipu-
lati sunt: Belli administratio cla-
rissimo Baroni Georgio Schenck
à Tautenburch Cæs. M^{tes} apud
Frisios Vicario demandata est. In-
ter has igitur partes istis Ducibus
vario Marte aliquandiu certatum
fuit, Episcopus ipse Bataviam de-
populatus est. Anno 1528, nonis
Martij Rossemius cum presidariis
mille quingentis, & civibus Tra-
jectensibus non paucis impressio-
ne in Hollandiam factâ, spoliavit
Hagam Comitum, & omnes pro-
pinquos pagos, & cum nemo re-
sisteret, cum ingenti prædâ Traje-
ctum reversus est. Eodem anno
primâ die Iulij Godefridus Vor-
nius acceptis ab Episcopo auxi-
liis per prodicionem Trajectum
recuperavit, Geldrosque expulit,
multisque confederatis interfe-
ctis, multos captis, reliquis fugâ-
tis, omnium bonis confiscatis:

cujus locum substituit Maximi-
lianus Austriacus Dn. Iudocū La-
lainum. Anno 1481. Dn. Maria
Burgundiaca Maximiliano Au-
striaco peperit filium secundoge-
nitum, cui nomen est impositum
susceptoris Francisci Ducis Bri-
taniæ: sed hic infans mox perit.
Anno 1482. Maria Burgundiaca
venâdi studio egressa cum ex equo
ferocenti in terram gravius im-
pacta læsa esset, dissimulato dolo-
re ne Maximilianum contristaret
neglectâ medicinâ 16. die mensis
Martij in fata concessit Brugis,
anno ætatis suæ 25. relictis liberis
superstitibus duobus Philippo scilicet
ac Margaritâ: postquam Pro-
vincias hæreditarias à morte pa-
rentis gubernasset annis quinque
& mensibus duobus. Mariâ autem
defunctâ honorificè sepelitur Bru-
gis in templo S. Donariani: cor
ejus exemptum in sepulchro ma-
tris Elizabethæ conditur Antver-
piæ in cœnobio S. Michaëlis.

28.

PHILIPPUS AUSTRIACUS
præfuit annis 24.

Philippus igitur Austriacus
eodem anno 1482. defunctæ
matri suæ, ut filius unicus ac
legitimus Hæres in omnia
Dominia hæreditario jure succes-
sit, ac proinde extitit Hollandiæ,
Zelandiæ Comes, & Frisiæ Domi-
nus vicessimus octavus: Sed quo-
niam is tum tribus etiam mensi-
bus infra quartum ætatis annum

X 3

Quo

1528.
Machinus

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini:

Quo facto & Episcopus Trajectū reversus est. Eodem etiam anno Gorichemi comitia Principū habitata sunt, ubi solida pax inter augustissimum Cæsarem Carolum Quintum & Carolū Geldriæ Ducem, atque ipsos denique Ultrajectinos est firmata, his quidem conditionibus, ut Carolo Geldro adempta oppida restituerentur: Carolus Geldrus Ultrajectinos sacramento fidei sibi præstito liberaret, Trajectini Carolum Quintum in Dominum suum præstito fidelitatis juramento reciperent: Itaque soluro Principum conventu D. Antonius de Lanoy Comes Hochstratanus, Trajectum mox profectus, cives Trajectenses (quos Episcopus Henricus à sacramento sibi olim præstito jam prius absolvit) fidelitati Cæs. M^{ti}, jurjurando sumpto, adstinxit, ipseque nomine Cæs. M^{ti} à Trajectinis inauguratus fuit. Cùm igitur ea ratione Carolus Quintus Trajectinæ civitatis, ac totius Territorij Trajectensis inferioris jam, ut & antea superioris, iurisdictionem civilem consecutus esset, mox, quod autoritatē ejusmodi Principis maxime decuit, tranquillitati Reipub. consuluit, & factionibus ac seditionibus in posterum occasionem præripuit: Primum enim ne quando ad publicam incolumitatem decisset armata defessio, Toparchas in primis, ut potētissimos, ita Rei militaris peritissimos huic Provinciæ tutandæ præfecit, qui adversus hostium

COMITES Hollandiæ:

Anno
Dni.

erat, & proinde ad Provincias suas gubernandas inhabilis, multa ubique difficultates & contentiones exorta sunt. Maxime autem in Hollandiâ, de jure gubernationis, aliis Maximilianum postulantis, aliis seipos ingerentibus, quâ de re ad Chronicon Ducum Brabantiæ plenius disseruimus: Quæ quidem cùm hic rursus inculcare nihil sit necesse, id quod suasit æquitas & optimi quique re ipsa comprobant, nos etiam tenebimus, quo certius distinguamus tempora: Maximilianum scilicet, ut alibi, sic etiam in Hollandiâ, Zelandiâ, & Frisiâ Philippi filij sui Tutorem & gubernatorem fuisse à morte matris usque ad inaugurationem ejus. Eodem igitur anno 1482. mense 1482. Octobri pax inter Ludovicū undecimum Gallorum Regem, & Maximilianum Austriacum composita est, desponsatâ filiâ Maximiliani Margaritâ, quæ tertium agebat annū, Carolo Delphino Ludovici filio, qui annum agebat decimum tertium. Margarita autem in Franciam anno sequentidemum deducta fuit mense Maio. Anno 1483. in obsidione Trajectensi Ludocus Lalainus Hollandiæ, Zelandiæ, ac Frisiæ Præfectus occubuit: cui proximo anno Maximilianus surrogavit Du Johannem Egmondatum Wilhelmi filium natu maximum Anno 1486. mensis Februarij die 16 Francofordiæ electus est Maximilianus Austriacus in Regem Romano-

indultus

Anno
Dni. EPISCOPI Ulrajectini,COMITES Hollandia. Anno
Dni.

insultus externos eam defenlarēt:
In quibus quidē diligendis quan-
tā prudentiā cum ipse, tum etiam
filius eius Hispaniarum Rex Phi-
lippus hactenus usus fuerit, satis
evidenti testimonio sunt res ab
ipsis gestæ: quæ ut recentis adhuc
superstitum memoriā tenentur,
ita etiam publicis historiārum mo-
numētis consignata sunt: Primus
in horum ordine fuit D. Antonius
de ~~Emoy~~, Comes Hochstratanus,
qui quātus in armis Caroli Quin-
ti fuerit, quid multis opus est hic
referre? Huic defuncto successus
est 11. Octobris anno 1540. Re-
natus Chalonus Princeps ~~Armen-~~
giæ, quem ob strenuam fortitu-
dinem suam Carolo Quinto iti-
dem fuisse charissimum, nemo est,
qui ignorat: Tertium locum ob-
tinuit 4. Octobris, anno 1544.
Ludovicus à Flandriā, D. de Praet.
Qui quidem, uti superioribus il-
lis nihilo deterior fuit, ita postquā
se cum consensu Caroli Quinti
Toparchiā abdicasset, successoriem
habuit facilem: huic enim
1546. 27. die Martij anno 1546. succes-
sit Maximilianus à Burgundiā,
Marchio Veranus. Huic defun-
cto successus est 18. Augusti anno
1559. 1559. Guilielmus Nassovius Prin-
ceps Arangiæ: hic autem Duce
Albano ad excitatos in Belgico
motus componēdos missus, in su-
periore Germaniā cum recess-
isset, anno 1567. Praefectus Hol-
landiæ atque Ulrajectinæ provin-
ciæ designatus fuit Maximilianus
Comes à Boullu. Ut autem per

rum. Anno 1492. Dux Saxonie
Albertus, cui suas vices Maximili-
anus in Germaniam profectus
generaliter commiserat, Hollan-
diam, Zelandiam, ac Frisiam gra-
vissimā exactione afflixit. Eodem
año Carolus Octavus Rex Gal-
liarum, Maximiliani Austriaci fi-
liam Margaritam repudiatam in
Flandriam remisit. Anno 1494. 1494.
Philippus Austriacus annos jam
habēs sexdecim, in omnibus Pro-
vinciis hereditariis solenniter, &
magno cum applausu inaugura-
tus est: cui pater Maximilianus
ducta uxore altera gubernationē
harum Provinciārum maternā
resignavit. Philippus autem Du-
cem Saxonie, Albertum genera-
lem Capitaneum, sicuti Maximili-
anus constituerat, Hollandiæ,
Zelandiæ, ac Frisicæ confirmavit:
Anno 1495. mense Novembri 1495.
Margarita Austriaca Maximilia-
ni Cæsaris filia, & Philippi Austria-
ci soror nupta est Dn. Iohanni, D.
Ferdinandi Regis Arragonum ex
Isabellā, sive Elizabethā filio uni-
co, & mox in Ianuario sequentis
anni 1496. Philippus Austriacus 1496.
Iohannam Arragonam ejusdem
Ferdinandi Regis ex eadem Eli-
zabethā filiam inter tres median-
in uxorem duxit, ex quā progressu
temporis filios duos, & quatuor
filias suscepit, de quibus suo loco
dicturi vicissim sumus. Anno 1498.
1498. Frisij factionum intestina-
rum peritissimi Albertum Saxonie
Ducem in perpetuum atque hæ-
reditariam patriæ suæ protectore
hoc

Lelain

1540.

Auzan-

1544.

1546.

1559.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraieftini:

COMITES Hollandia:

Anno
Dni.

hos omnes ac singulos quam diu in officio fuerunt, publicam defensionem foris uniuersæ Ditioni Cæs. ac Regia M^{aj} armis hæcenus lautissimè præstitit, ita etiam legibus domi singulorum salutè tutata fuit per prudentissimos illos viros, quos dirimendis priuatorum controversiis præsidere voluit. Neque enim solum in Magistratum urbis, qui antea fuerat, præstantissimos quosque viros allegit, verum etiam superiorem curiam ordinavit, ad quam ex omnibus provincie Territoriis provocatio esset: In qua, ut Majestatem suam repræsentari, ita præcipuè Jus dici ex civilibus Rō. legibus voluit: Itaque cum 11.

1530.

Aprilis anno 1530. Carolus Quintus hanc ipsam curiam ordinaret, conquisiti sunt & allekti in eam viri omnes singulari eruditione præditi, & ingenti rerum usu docti, qui & Imp. Majestati decori, & uniuersæ Reip. præsidio esse possunt in dirimendis litigantiū controversiis: Primus hujus sacrosancti Senatus Præses una cum ipsa curia inauthoratus est 11. Aprilis anno 1530. clarissimus vir

1530.

ac D. Iaspas Levinus Hogelandius, quem ex supremo Hollandiæ concilio Carolus Quintus ob spectatam multis atq̄uis negociis prudentiam & integritatem istuc transtulerat: Hogeladio cum post annos octo spontè se eâ dignitate abdicasset, ex Frisia supremo concilio translatus sexto Augusti sufficitur *M. Martinus Nardenus*,

Imperij Romani nomine receperunt: Inter cæteras tamen in primis eâ conditione, ut hujus pacti consensum impetraret ab Imperatore: *Maximilianus* verò Imperator hac de re certior factus, eodem anno mensis Iulij 16. die literis Friburgi Brisgoiæ datis declaravit, se Comitibus ibidem celebratis, cum consensu Principum Imperij pactum Frisiorum cum Alberto Saxonum Duce initum comprobasse. Additoque generali mandato omnes ac singulos in Frisia degentes ad illius obedientiam adstrinxit. Quibus literis conspectis non cultum sunt postea reluctari Alberto, qui hæcenus ibi resisterant, cuiusq̄, fuit insequenti mox Augusto nummus *Ineca* in perpetuam rei memoriam, in cuius parte altera habebatur (*Nūmus Regis Romanorum*) in altera verò (*Albertus Dux Saxonie*) facta sunt hæc octuaginta septem annis postquam recuperatâ Stauriâ Frisij *Wilhelmi Sexti* Comitibus Hollandiæ jugum excusserant: nam quod ab eo tempore nos hæcenus ad Historiam Comitū Hollandiæ Præfectos etiam Frisiam retulerimus, id ad hanc Frisiam nihil pertinet, de qua hæc loquimur, quam *Becanus* & alij veteres *Orientalem* vocant, sed ad illam, quã eisdem vocant *Occidentalem*, nos autem jam Hollandiam nominamus: Nunc enim Occidentalem Frisiam appellamus, quam interjectum mare ad Occidentem ab Hollandiã leparat: *Orientalem* Eques

Anno
Dñi.EPISCOPI *Utraiectini.*COMITES *Hollandia.*Anno
Dñi.

Eques Auratus, & V. I. Licentia-
tus. Qui cum summâ fide ac dili-
gentiâ munus hoc per triennium
administret, Gruningana civi-
tatis ac Ditionis Vice-præfectus
constitutus est, ubi summo in ho-
nore ac dignitate per multos an-
nos versatus tandem vitâ defun-
ctus: Nardeno igitur ex supremo

1541.

Frisiæ Senatu huc translatus 21.
Novembris anno 1541. in hunc
ordinem successit: Hector Hox-
virius Frisus, Eques Auratus, &
V. I. Doctor, qui & multis ad di-
versos Principes pro patriâ, & pro
ipso Carolo Quinto Legationi-
bus, & variis Reipub. negociis ex-
ercitatus & probatus jam fuerat,
anequam hanc dignitatem susci-
peret, quam & susceptam porrò
sic tutatus est, ut idem Carolus

1546.

Quintus anno 1546. cum Traje-
cti festivitatem Aurei Velleris ce-
lebraret eum in testimonium ap-
probatae fidei ac diligentiae eque-
stris ordinis privilegiis honora-
ret: Quanquam autem scripta,
quod equidem sciam, in publicum
nulla ediderit, ex quibus de inge-
nio ejus atque eruditione judicati
queat, tamen unus ille libellus,
quo studiosus olim hic Lovanii
conterraneis suis commilitoni-
bus præscripsit leges, abundè sa-
tis arguit, & literatissimum fuisse
jam tunc, & ingenio præditum plâ-
nè politico. Itaque & Vniversitas
ipsa Leges hæc Sigillo suo com-
probare dignata est, & ex Frisia
Occidua quotquot Lovaniû stu-
diorum gratiâ commeant, in col-

dicimus illam, quæ Gruninganis
interjectis ad Orientem porrò hoc
nomine usitatè appellatur: Cu-
jus distributionis rationem nos
alibi còmodiùs reddituri sumus.

Porrò autem eodem anno 1498.
nata est Philippo Austriaco pri-
mogenita filia Eltonora, quæ 2-
dulta primû Emanueli Regi Por-
tugalliæ nupta fuit, eoque mox
sine liberis defuncto, nupsit Fran-
cisco Valesio Galliarû Regi: An-
no 1500. qui bisextilis fuit 24. die
Februarij, hoc est, eo, qui S. Mat-
thiæ, & S. Petri festa interventu
suo separabat, Gandavi natus est
Philippo Austriaco primogenitus
filius Carolus, qui & successor po-
stèa fuit Patri in Dominiû harum
Provinciarum, & Rom. Imp. ejus
nominis Quintus. Eodem anno
Albertus Saxonix Dux Supremû
atque Provinciale Frisiæ Sena-
tum, quem pridem instituerat, re-
formavit, hisce Consiliariis ordi-
natis: D. Petro scilicet Abbate in
Lidlum, D. M. Bernardo Bucho-
ne ab Aitâ, D. Hesselò à Martenâ,
D. Julio à Dekemâ, D. Herone ab
Hottingâ, D. Remico ab Cammin-
gâ, D. Scheltone à Liauckamâ: ho-
rum omnium nemo non præstan-
tissimus vir, nemo non immorta-
li laude dignissimus fuit: M. Bu-
cho tamè id præ cæteris commu-
ni Reipub. eximium còtulit, quod
Viglium Zuichemum, ex fratre
Folcardo nepotem, Secretionis
concilij Cæs. ac Regiæ M^{te} Præs-
dem, & ordinis Aurei Velleris
Cancellarium, & ipse diligenter

1500.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

legio nationis suæ veluti publicas ac sacrosanctas magnâ cum veneratione colunt: Hæctori vitâ defuncto successit 27. Aprilis anno 1547. no 1547. præstantissimus vir ac Dominus Adrianus Vrburchius Magister antea libellorum supplicum, & magni Consilij Mechliniensis Consiliarius, qui elapso decennio electus est in Præsidem ut vocant Flandriæ, & custodem Sigilli Belgici, quo & ipsius virtutibus hoc præmium testimonio esset: Vrburchio 19. Maij anno 1557. superioribus nec eruditione nec industriâ inferior Hippolytus Perfinus V. I. Doctor, ex antiquâ illa Perlinorum prosapia oriundus, qui quâto operè Carolo Quinto primum, ac deinde filio ejus Serenissimo & Catholico Hispaniarum Regi probatus fuerit, ex eo satis liquet, quod primum in supremâ Hollandiæ Curia Senatorem, deinde in Frisiâ Præsidem, ac demum Præsidem Ultrajecti esse voluerit, itidemque Equestris ordinis insignibus ornaverit: Hippolyto defuncto 11. Augusti anno 1569. Georgius Rallerus Leovardensis, Doctor & ipse V. I. & omni literarum genere politissimus, ex vetustis ac nobilibus Ralleris originem ducens, cujus parens optimus vir D. Iohannes Rallerus Cæs. M^o Quæstor, & Senator supremæ Curie per Frisiâ multis annis fuit. De hoc mihi minus idè hic dicendum est, non modo quod in vivis sit, sed etiam, quod scripta ejus, quæ & multa,

erudivit, & ad studia prosequenda vivens morisque sumptu suo liberaliter adiunxit: fuerat autem D. M. Bucho in Academiâ Lovaniensi ut artium liberalium & V. I. Lauream consecutus, ita etiam multis ejusdem Gymnasij honoribus magno eum Reipub. literarum emolumento perfundus: itaque cum singulari eruditioni atque prudentiæ suæ parem fidem atque industriam Illustrissimo Duci Alberto probasset, non solum ille eum liberis suis moriens commendavit, sed & ejusdem Ducis filius ac successor, Georgius itidem Saxonie Dux non dissimulem in Reipub. administratione expertus, Carolo Quinto porro commendavit, cum ad illius Imperium Frisia transferretur, à quo primi quoque Consiliarij dignitate ornatus est. Anno 1501. nata est Philippo Austriaco filia secundo-genita, nomine Isabella, quæ postea in matrimonium data est Christiano Regi Daniæ, Suetiæ, Norvegiæ, ejus nominis secundo. Eodem anno Philippus Austriacus una cum uxore suâ in Hispaniam profectus est, iter faciès per Franciam, ubi sponsalia contracta sunt inter Carolum Philippi filium, & Claudiam filiam Francorum Regis, quæ tamen non multo post dissoluta sunt. Anno 1503, Philippo Austriaco in Hispania natus est filius secundo-genitus, nomine avi materni appellatus Ferdinandus, qui Bohemiarum Rex, & postea Rom. Imp. ejus nominis primus &

1503.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini,

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

& Reipub. fugifera publicavit, ipsum satis declarent, atque commendent: Neque fieri possit, ut verbis meis tantum tribuatur fidei, quantum merito tribuitur virtuti ipsius: cui præsens testimoniū ipsa M^{ra}. Regia tulit, quæ cum per annos aliquot Magistrū libellorum supplicium, & Magni concilij Mechliniensis Consiliariū diligentem atque fidelem comperisset, hoc ordine dignum iudicavit: Quem Deus Opt. Max. Reipub. diu incolumem conservare dignetur: Non solum autem in Præfectis ac Præsibus, sed etiam in Consiliariis reliquis Domus Burgundicæ providentiā curavit id quod diximus, ut prudentissimi quique viri in hunc præcipue Senatū allegarentur. Fuerunt enim ab initio statim, ut sunt adhuc, non pauci viri omnibus numeris absolutissimi in eo ordine tamen ad nostram notitiam non pervenerint: unus tamen occurrit interim, qui sub Præsede Nardeno opinor inauthoratus est clarissimus vir Lambertus Canteerus Gruninganus, quem, eum ob meritum parentis sui Gulielmi, quod ille Consul in Rebus Gruningensibus constituendis, una cum Præfecto Domino Georgio Schæck præstiterat, Carolus Quintus commendatissimum haberet, magis tamē charum habuit, cum degenerem non esse animadverteret: Erat enim maxime doctrinā, hoc est V. l. prudentiā insignis, qua, cum rebus ibi novis potissi-

fuit, & filium successorem Imperij reliquit Maximilianū ejus nominis secundū, qui nunc Imperij habenas moderatur. Anno 1505. 1505. decima quartā die Septembris nata est Philippo Austriaco filia tertio genita, nominata Maria, quæ postea nupta fuit Ludovico Regi Vngariæ, quo sine liberis sublato, hæc Provincis hæc inferioribus à fratre Carolo Quinto tandem gubernatrix per multos annos Præfecta sedit. Anno 1506. 1506. pridie Regum, hoc est septimo die Januarij, Philippus Austriacus, una cum uxore ex portu Zelandiæ Armudenſi classem solvit navigaturus in Hispaniam, sed vi tempestatis disiecta classe, in Angliam ejicitur, ubi spe melius per dies aliquot exceptus ac refocillatus in Hispaniam appulit, & inauguratus Rex Castellæ Legionis & Granatæ coronatus est: & quinta post coronationem, hoc est 26. die Septembris mortuus est Burgis in Castiliā, sepultusq; in Monasterio Carthusianorum Amersfloro in excelsio monte prope Burgas sito: cor ejus exemptum Hierosolymas translatum est, ubi & proavi ejus Philippi Burgūdi cor reconditum fuit: Intestina Brugas translata in sepulchrum Mariæ matris ejus condita sunt: Vxor ejus, quam gravidam reliquit, anno proximo 1507. 1507. posthumam filiam quarto genitam, dictamq; Catharinam, peperit: quæ adulta in matrimonium itidem collocata fuit Regi Portugalliæ: Philippus

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectini.

COMITES Hollandiæ:

Anno
Dni.

mum opus erat. Itaque factum, ut illum cum primis in hunc ordinem adscriperit: Lambertus igitur exinde fisis Trajecti sedibus non modo Senatui operam suam in civilibus Curie negotiis egregie probavit, sed etiam tempus omne, quod his superfuit, in reliquarum disciplinarum studia contulit, nihilque prætermisit inexcussum, quod ad absolvendum universum Encyclopædiæ orbem pertineret: qui quidem quo minus ingenij sui fetus ullos, quos tamé & multos & insignes inchoaverat, in lucem produxerit, immatura mors effecit. Sed benè habet, quod filios superstites duos reliquerit, viros omni disciplinarum genere excultissimos, Gulielmum ac Theodorum. Qui suis eruditissimis scriptis certatim præstant in quo defecit parens: Hujusmodi itaque viros cum ad solatiû bonorum Carolus Quintus ut & filius ejus Hispaniarum Rex hæcenus Ultrajectinæ Reipub. præfecerint, tum etiam anno statim 1529. ut metu cohiberet improbos, Arcem præsidariam intra septa urbis munitissimam extruxit, quam ex eventu sperato *Vreburgh*, hoc est, Arcem pacificam appellavit. Eodem anno mense Junio, circa festum S. Johânis D. Episcopus Henricus de Bavariâ Episcopatum suum in manus Papæ Clementis Septimi resignavit, postquam eum in maximis difficultatibus administrasset per annos ferme quinque: relictoque Ultraj-

igitur perijt anno ætatis suæ 28. relictis liberis superstites sex, ut tamen in hunc numerû etiam posthumam computemus, inter quos cum jure primogenituræ Carolo successio deberetur, is patri proximè suffectus est: Fuit autem Philippus Princeps multis nominibus laudandus, & cui nihil magis defuit, quàm vitâ diurnior, de quo aliàs copiosius diximus. Administravit has Provincias annis viginti quatuor, duodecim scilicet per Maximilianum Patrem suum, & totidem per semetipsum.

29.

CAROLUS AUSTRIACUS

præfuit annis 49.

Eodem igitur anno 1506. 1506. successit Patri Carolus Austriacus Hispaniarum Princeps, &c. & numeratus est Comes, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominus Frisiæ ordine vicessimus nonus: & quoniam is tum temporis nō nisi sex annos natus fuit, consensu votisque primorum illi fratrique ejus ac sororibus generalis Tutor postulatus ac Præfectus est ipsius avus Maximilianus Rom. Imperator, Archidux Austriæ, &c. Apud hunc igitur Carolus Austriacus ad puberem usque ætatem potissimum educatus fuit. Anno autem 1514. 1514. Carolus Austriacus in omnibus civitatibus Hollandiæ Comes inauguratus est mense Junio. Anno 1515. Georgius Dux Saxonie: Alberti filius eum con-

Anno
Dñi.EPISCOPI *Ultraiectini:*COMITES *Hollandiæ.*Anno
Dñi.

Quo in superiorem Germaniam re-
versus tandem Vormaciensis E-
piscopus electus est: Si quis autem
de rebus Ultrajectensium sub hoc
Episcopo gestis pleniorum histo-
riam cognoscere desiderat, Lam-
bertum Horrensum, & Henricū
Bomelium legat, qui quamvis a-
vidum Lectorem faciliè, & quidem
cum summâ voluptate expleturi
sunt: non pauca autem & popu-
laria Chronica Hollandiæ, Flan-
dræ, Brabantæ, & finitimarum
aliarum gentium suppeditabunt,
quæ omnibus obvia sunt.

59.

WILHELMUS ENCKEVOR-
TANUS *sedit annis ferme 7.*

Post resignationem Henrici
de Bavariâ, idem Pontifex
Clemens Septimus eodē an-
no 1529. Episcopatum Ul-
trajectensem autoritate suâ con-
tulit venerabili Viro ac Domino
Wilhelmo Enckevortano Braban-
to: hunc Onuphrius Panuinius
alicubi Trajectensem vocat, fortè
propter Pontificem Hadrianū Se-
xtum, qui Trajectensis fuit. Huic
enim admodum familiarè ac cha-
rum fuisse ex eo satis cōstat, quod
ipse, postquam in Pōtificialem se-
dem exaltatus esset, ei non solum
Episcopatum suum Dertusensem
in Hispaniâ, sed etiam Galerum
Cardinalitium contulerit. Hic e-
nim est ille Wilhelmus Enckevor-
tanus Dertusensis Episcopus, quē
1523. anno Christi 1523. Pontificatus

sensu fratris sui Henrici Dominiū
Frisiæ transtulit in manus Caroli
Austriaci: cuius nomine mox Leo-
vardiæ consentiētibus patriæ Or-
dinibus ad S. Vitum in Portu ve-
teri Calendis Iulij inauguratus
est excellentissimus Princeps Flo-
rentius, D. Egmondanus Iselste-
nius, Aggeris S. Martini, &c. To-
parcha generalis Hollandiæ, Ze-
landiæ ac Frisiæ: Qui consequen-
ter ut reliqua laudabiliter à Duce
Saxoniz instituta ampliavit, ita &
supremam quoque Curiam Sena-
torum numero auxit, novisque in
hunc ordinem allectis, tres duna-
taxat ex illo Saxonico Senatu re-
servavit, scilicet D. M. Bernardum
Buihonem ab Aitâ, & D. Hesselum
à Martenâ, & D. Renichū à Cam-
mingâ. Quod horum fides ac di-
ligentia Carolo Austriaco pecu-
liariter à Duce Saxoniz commē-
data esset: Ac mihi quidem rem
penitius consideranti videtur Ca-
rolus Quintus de industria cum in
omnibus suis Provinciis, tum in
iis præcipuè, quas ipse acquisivit,
velut in Frisiâ, in Geldriâ, in Trâs-
isulaniâ, in Ditione Ultrajectinâ,
Toparchas potentissimos, ac Rei
militaris peritissimos, tum Con-
siliarios prudētissimos atque in-
tegerimos constituisse: Videbat
enim Princeps singulari pruden-
tiâ præditus, hac ratione futurū,
non solum ut Provinciales ipsi
melius in officio continerentur, si
armis hostis externus arceretur,
legibus domestica tranquillitas
conseruaretur, verum etiam, at &

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dñi.

fui anno secundo die Iovis, 4. Idus
Septembris Romæ P. P. Hadria-
nus v. r. unica sua ordinatione fe-
cit unicum Cardinalem Præsby-
terum SS. Iohannis & Pauli: Quā-
quam autem in electione Clemen-
tis Septimi, qui Hadriano Sexto
mortuo successit, ipse non adfue-
rit, videtur tamen illi nec ignotus
fuisse, nec ingratus, qui illum Epi-
scopatu Traiectensi decoratū vo-
luerit. Hic igitur Præsul per pro-
curatorem suum Ultrajecti cathedra-
tus fuit Episcopus ordine quinquagesimus nonus, sedemque habitationis suæ toto tempore Romæ retinuit, ubi etiam mortuus est mense Iunio anno 1536. postquam Episcopatum per procuratores administrasset annis ferme septem: Onuphrius enim detundum scribit anno undecimo Clementis Septimi, hoc est, anno Christi 1534. & sepultum Romæ in Ecclesia S. Mariæ de animâ: ex quo nascitur error totius biennij in calculo temporis: nos communem popularium Chronicorum traditionem hinc secuti, an sequentis Præsulis initium extendemus hujus finem, quo series annorum servari possit.

60.

GEORGIUS EGMONDANUS
sedit annis 23.

1536.

Anno igitur 1536 postquam de obitu Episcopi Wilhelmi constitisset excellentissimus vir Dominus Georgius Eg-

finitimæ nationes paulatim repres-
sâ feritate mitigarentur, si partim
exemplo doctæ, partim consuetu-
dine emollitæ deprehēderēt Bur-
gundiæ Domus Politiam suâ lō-
gè esse præstantiorem. Itaque pri-
mum Toparcham live Præf. dñi
Frisiæ Carolus Austriacus esse vo-
luit, hunc ipsum, qui ejus nomi-
ne inauguratus fuit Florentium
Egmondanum: Hic autem quan-
tus fuerit, ignorare non possunt,
qui hujus ætatis Historicos, vel à
primo saltem limine salutarunt:
Egmondano successit ex itatione
Austriacâ oriundus Rei bellicæ
gloriâ non inferior D. Wilhelmus
Roggenboschius, qui successorē
habuit illustrissimum virum Dn.
Georgium Schæck à Tautenburch
parentem Reverendissimi Archie-
piscopi Ultrajectini præsentis, qui
retum pro defensione Frisiæ gesta-
rum amplitudine præcedentes fa-
cilè superavit: Hunc defunctum
exceptit bellicosissimus item Prin-
ceps Maximilianus, Comes de Bu-
ren, cui mortuo successus est, vir-
tute bellicâ præstantissimus Io-
hannes Comes Arenbergius, A-
renbergio miles item egregius
Carolus Comes Megensis, Megesi
strenuus in primis Egidius Bar-
laimontius. Barlaimontio demum
diversis ac multis bellis exercitiss-
simus Caspar à Robles Bidlaus
successus est. Qui quidem omnes
ac singuli, quales, quantisque ex-
titerint, quantaque curâ ac dili-
gentiâ Frisiam tutati sint, ut publi-
cis scribentium monumentis, ita
monda-

Roggenboschius

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dñi.

mondanus Florentij Comitum Egmondani filius, postquam legitime electus, & per Pontificem confirmatus esset, cum ingenti Principum ac Nobilium comitatu Ultrajectum venit, ibidemque in sexagesimum Episcopum in auctoratus est. Hic Præsul in magna tranquillitate Episcopatum toto vitæ suæ cutriculo administravit cum Ecclesiæ profectum non mediocri: nam cum externorum hostium incursionibus non infestaretur, quos Domus Burgundicæ defensus facile arcebat, ipse insignem eruditionem, quam singulari pietate condiderat, toto pectore ad ornandam Ecclesiam Christi contulit: non solum enim solennia ista pietatis opera, preces, jejunia, elemosynas & consimilia subditis suis exemplo præstabat, sed & reliqua Ecclesiæ officia ipse subibat, ut & sacrificiis præsens interesset ac præset, & ordinationes clericorum atque etiam examinationes per se faceret, ne qui ad sacerdotalem dignitatem inidonei fortè irrepererent indigni. Mortuus est hic Præsul 16. Septembris anno 1559. postquam Episcopatum administrasset annis 24.

61.

FRIDERICUS SCHENCK
à Tau. enburch.

1561. Defuncto Georgio Egmondano electus & anno 1561 in festo S. Brichi, hoc est, 13. Novembris in Ultraj-

etiam viventium testimoniis adhuc abundè constat: Et verò ut armata, sic etiam togata militiæ coryphæos eadem Domus Burgundicæ Frisiz gubernandæ præfecit. Apparet id in Senatus supremi reformatione, cum ejus numerum in justum ordinem redigeret, non præsentem modo M. Buchone, sed eo etiam in Hagensem Curiam translato: Primus in Frisia Senatus Cæsarei Præses ordinatus est M. Gregorius Bertolphus Lovaniensis, quem ob singularem prudentiam ac rerum usum, quem ille sibi Bruxellæ publicis privatisque causis actitandis plurimum annorum spatio comparaverat, Carolus Quintus hoc loco dignum judicavit: qui quidem tametsi vix anno integro supervixerit, jucundissimam tamen illic sui memoriã omnibus reliquit. cujus defuncti filiam D. Iustinam postea uxorem duxit clarissimus vir ac Dominus D. Joachimus Hopperus Frisus, Eques Auratus, & Regiæ M^{tes}. in Hispaniã Sigilli custos, & per Belgicas ejusdem M^{tes}. Provincias Cancellarius. Bertolpho defuncto successit M. Jacobus Stavelius insignis & ipse politiæ conservator, cui successit, omnibus merito suo suspiciendus M. Everardus Nicolai: hic enim ut parètem habuit eruditione, prudentiã, integritate singularem, ita & ipse ob adactas in se has dotes apud Carolum Quintum majori auctoritate fuit, ac proinde ad plures etiam dignitates ab eo gradatim erectus

Elinam

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

Etiam cathedram cum omnium
Ordinum singulari exultatione
collocatus est sexagesimus primus
Episcopus, & Archiepiscopus post
S. Wilbrordum secundus, qui e-
jusdem Ecclesie ad S. Petrum
Præpositus erat, excellentissimus
Baro à Tautenburch Dn, Frederi-
cus Schenck: qui quidem ut ma-
jorum suorum imaginibus & re-
bus à patre D. Georgio Schenck
Frisie quondam Toparcha gestis
illustrissimus, ita etiam propriis
virtutibus clarissimus est: hic e-
nim cum naturali humanitati at-
que prudentie suae parem divina-
rum atque humanarum rerum co-
gnitionem indefatigabili studio
addidisset, ita ad Episcopalem ca-
thedram accessit, ut qui ad omnia
munia Episcopo digna egregie
paratus esset. Itaque ab ipso statim
initio in hunc usque diem gregem
suum non modo externis pietatis
operibus sustentat, assiduam suam
praesentiam confortat, verum etiam
doctissimis concionibus erudit,
probatissimis exemplis exuscitat
ad cultum Ecclesiae civilisque
justitiae: Quod quidem utrum-
que quo & vivens in pluribus cum
fructu praestet, & post mortem ni-
hilo minus indefinenter agat, scri-
ptis editis non modo Theologicis
haereses confutat, sed & iuridicis
abusus fori purgat, utroque au-
tem veram erga Deum pietatem,
erga proximum charitatem docet:
de quo mihi propterea parcius hic
dicendum est, quod & in vivis ad-
huc ipse sit, & ex scriptis ipsius,

COMITES Hollandiae.

Anno
Dni.

est: utpote qui primum ex Hagensi
consistorio vocatus, Consiliarius
in Frisia, & hinc Senator Mechli-
niae, indeque Praeses Frisiae, postea-
que Secreti concilij Senator Bru-
xellae, ac postremo Magni consilij
Mechliniae Praeses creatus fuit: E-
verardo Bruxellas vocato, succes-
sit Doctus Hippolytus Perfinus,
cujus & ipsius integritatem testa-
tur in melius ac majus gradum
facta promotione, qui primum ex
Hagensi consistorio Praeses Frisiae,
& inde Praeses Ditionis Ultraje-
ctinae factus est: pro meliori enim
habendum cuique id est, quod li-
bera voluntate ipse alteri prae-
ponit: Hippolyto Ultrajectum avo-
cato successit M. Carolus de Nit-
zen, cujus non minus, quam prae-
decessoris sui virtutem augendis
dignitatibus Carolus Quintus, ut
& filius ejus Hispaniarum Rex
Philippus approbatam voluit, hic
enim primum ex consistorio Ha-
gensi, Fiscus advocatus in Frisia, &
hinc iterum Senatus Regij in Fri-
sia Praeses constitutus, & Equestri
ordinis insignibus donatus fuit:
Nitzeno defuncto successit claris-
simus, prudentissimusque vir ac
D. Doctus Igramus ab Achlen,
ejusdem Senatus Consiliarius, e-
lectus in Praesidem exemplo me-
morabili ac novo: nam postquam
Nitzenus diem suum obiisset Re-
gia M^{ae} Ampliss. Clarissimoque vi-
ro Segero, Domino Groesbeckio,
Reverendiss. Episcopi Leodiensis
fratri, qui tunc Frisiae Vice-prae-
satus erat, mandavit, ut per Scru-
tae

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajecteni,

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

quæ tum Theologica, tum Iuridica omnium manibus tenentur: longè plenius virtus ejus & eruditio cognosci possit, quàm ex scriptis meis quantumlibet prolixis: Porro autem non multo post obitum superioris Præfatis Georgij Egmondani anno Christi 1559. Episcopatus Trajectensis, qui S. Willibrordi tempore Archiepiscopatus fuit, & ab eo tempore porro isto honore caruit, ut Becanus cap. 2. tradit, ad primitivum suum fastigium reductus est, occasione gliscentium sectarum: quæ de re eum jam antea in genere scripserit eximius Dominus Magister noster, Sacræ pag. in hac Academia Professor, & Apostolicus ac Regius librorum censor D. Doctor Iohannes Molanus Lovaniensis nos verbis ejus huc translatis quæ tum instituto nostro conveniet dicturi sumus. Philippus enim Hispaniarum Rex Sectis obviam venire cupiens, cum antea in Belgio non nisi quinque Cathedralis essent Ecclesiæ, Atrebatim videlicet, Cameraci, Leodij, Tornaci, Ultrajecti, consensu & autoritate Pontificis Pauli Quarti, auxit & commodius divisit Dioceses Belgij, quatenus Ditionis suæ erexit enim in eo tres Archiepiscopatus sive Metropoles, Mechliniam, Cameracum & Ultrajectum, & nedecim Cathedrales sedes, quas trium Metropolitanarum suffraganeas esse voluit: Mechliniensem novam Metropolitanam novis Episcopatibus præfisse vo-

luntiam à singulis Consiliariis jurjurando antea exacto exquireret, quem quisque ex collegis ad vacantem functionem maximè idoneum judicaret, quo facto, cum suffragia hunc nominassent, Rex qui ante annos decem ob singularem ejus prudentiam arque fidem alius tunc experimentis exploratam hujus Senatus Consilium fecerat, eundem Præsidentem porro jam cupidissimè fecit. Planè igitur hic dubites, utrum magis suspiciendum dicas, Regemne de omnibus Consiliariis hujusmodi Curia eam habuisse opinionem, ut singulos Præsidentia fastigio dignos judicaret, an verò hunc reliquorum talium judicio unum omnibus esse prælatum. Vtrumque certè cum cæterorum omnium, tum hujus in primis integritatem singularem arguit, quam & omnis ordinis Provinciales etià calculo suo comprobant: Quorum voris nihil optabilius fuit, quam hunc Præsidentem videre Frisia: Vt autem in Toparchis & Præsidentibus, ita etiam in Fiscis advocatis, quos alibi Provinciae tutores, in Frisia Procuratores generales usitate vocant, eadem Domus Burgundiaca prudentiam suam studiosè declaravit, cum tales hæcenus ordinaverit, qui inter severitatem ac lenitatem viâ mediâ ingressi, neque contemptum Majestati, neque odium constarent, & bonis solatio, malis terrori essent: In horum numero primus fuit M. Carolus de Nitzen, idem ille, qui

Z luit,

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajectini,

COMITES Hollandiæ.

Ann
Dñi.

luit, Antverpiensi, Gandavensi, Brugensi, Iprensi, Buscoducensi, Ruremundensi; Cameracensi Metropolitanae subiecit Atrebatum, Tornacum, antiquas Episcopales Sedes, ex novis verò Audomarū, & Namurcum: Leodiensem Ecclesiam, detractis iis quæ suæ Ditionis erant, reliquit subjectam Agrippinæ Coloniae Archiepiscopo: Trajectensi Archiepiscopali novas attribuit sedes Episcopales, Harlemensem, Daventriensem, Leovardiensem, Gruningensem, & Middelburgensem De cæteris igitur Episcopis novis, qui Ultrajectensi Archiepiscopo subjecti nō sunt, hic dicere nihil est necesse: de his autem singulatim eo ordine dicturi sumus, quo quisq; eorum in Cathedrā suam collocatus est, ut Chronologiæ nobis constet ratio. Anno igitur Domini 1561. auctoritate Pontificiā ac Regiā Middelburgensem in Zelandiā cathedram primus Episcopus ascendit D. Nicolaus de Castro: Erat autem hoc loco jam antea collegium Canonicorum quatuordecim, & unius Decani, institutum ad S. Petrum anno Domini 1311. ab Hollandiæ Comite Wilhelmo ejus nominis tertio, ut ex Becano discimus: Quare ad solutionem Sedis Episcopalis hic tantum Præmonstratensis ordinis Abbatia, quæ ibidem est, in dorem Episcopo assignata fuit: Erat autem hic Præsul natione Brabantus, patriā Lovaniensis: qui proinde summā studiorum oportunitatem nactus

1561.

qui postea Curia Præses ibidem fuit: qui quantā integritate se in eo officio gesserit, ex prædictis æstimari potest. Huic secundo loco successit incomparabili integritate vir ac Dominus M. Iulius à Geel, ob singularem suam in tractandis negociis civilibus dextertatem ex præcipuis ejusdem Curia advocatis electus & assumptus qui ita sese gessit, ut foresem praxin, cujus peritissimus fuit, ad honorem M^o, & salutem Provinciæ contulisse etiam ab improbis iudicatus sit. Tertio loco hic successus est clarissimus, prudentissimusque vir ac D. Doctor Iohannes Carolus Antverpiensis, qui cum ad expoliendam singularem suam tum reliquarum disciplinatum, tum V. I. cognitionē in amplissimo apud Mechliniam Senatu decennio integro causarum patronum ageret, ac variis ejusdem Senatus suffragiis ad septenos dignitatis gradus postularetur Regiæ M^o in primis visus est idoneus, qui huic functioni præficere-
tur, quam & tanto moderamine hætenus administrat, ut & M^o, Regiæ, & subditis ejus, temporibus his quantumlibet turbulentis, officium suum abundè prober. De reliquis hujus Amplissimi Ordinis Consiliariis hic texere catalogum, instituti nostri ratio non patitur, quibus ne id quidem propositum fuit, ut horum ipsorum, de quibus diximus, universas doctes ad amussim hoc loco recensere-
remus, quod peculiari opere, si vi-
ingenij

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

ingenij sui nervos ad optima quæ
que intendit. Ideoque non modo
humanioribus literis egregiè im-
butus, sed & Sacrosanctæ Teolo-
giæ Licentiâ donatus, Magistra-
les ac Scholasticos actus publicè
privatimq; in hac Academiâ cum
fructu auditorum, & sui nominis
laude frequentes præstitit: Hinc
mox Collegij Bussidiani, in quo
publici trium linguarum Profes-
sores agunt Præles ordinatus, &
non multo post ad S. Mariam Ul-
trajecti Canonicus, ac deinde Re-
giæ M^{te} Commissarius ad hæreses
per Hollandiam extirpandas, ac
postremò Episcopus Middelburgi
constitutus fuit: ut, qui in mino-
ribus functionibus vicissim fide-
lis repertus, & per inter medias
gradatim evehctus erat, ad summum
cùm pervenisset, summâ ope jam
sibi adnitendam intelligeret, ad
propugnandum Christi gregem.
Quo quidem in negotio cùm ille
sux vocationi per annos duode-
cim abundè satisfecisset, mens
Maij 17. die anno 1573. Middel-
burgi obdormivit in Domino, ibi-
demque in Ecclesiâ suâ Cathedra
li magno cum omnium mœrore
sepultus est: Fuit hic Antistes vir
in primis pius & humanus, singu-
lari prudentiâ præditus, ab omni
fastu ac superbiâ prorsus alienus,
constans in proposito, ingenio vi-
vido, iudicio acris, comis, & affa-
bilis, adjunctâ interim decenti gra-
vitate, frugalitatis, castitatis, ac
munditici amantissimus. Et cùm
talis esset, repperit illic materiam

ta suppetat, facturi sumus, quod
de omnibus Toparchis, Præsi-
bus, & Consiliariis Curia Frisicæ
meditamur: Nunc enim id operâ
solum modò dedimus, ut vel exili
saltem horum nomenclaturâ pro-
positâ Lector ex conditione Frisicæ
conjecturâ faciat de reliquis Pro-
vinciis, quas Ditioni suæ Carolus
Quintus aggregavit, quantâ sci-
licet curâ Domus Burgundiaca
prospexerit, ut & publicæ & pri-
vatæ tranquillitatis idoneos admi-
nistratos his præficeret. Porò autem
anno 1517. circa festum visitatio-
nis Mariæ Carolus Austriacus in
Hispaniam profectus est, ubi infe-
quenti anno Rex Arragoniæ Le-
gionis & Castellæ, & mox utrius-
que Siciliæ coronatus est, mortuo
Rege Ferdinando ejus avo mater-
no. Anno autem 1519. prid. Idus
Januarij mortuus est Imperator
Maximilianus primus, Caroli Au-
striaci avus paternus. Cui eodem
anno Calendis Augusti Carolus
suffectus est, dictusq; est Carolus
Quintus, imperavitque annis 38.
mēibus sex, diebus viginti septē.
Eodem anno M. Bernardus Bu-
cho ab Aira à Carolo Quinto in
Palatio Hagensi collegio Canoni-
corum Decanus præfectus, & in
summam Hollandiæ Curiam Se-
nator ascitus est. Anno 1522. Car-
olus Quintus ad sedandas Prin-
cipum discordias in Hispaniam
rursus profectus est. Anno 1525.
Carolus Quintus duxit in uxore
Dn. Isabellam Emanuelis Regis
Portugalliæ filiam: Anno 1527.
virtutis

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajeclini,

COMITES Hollandia,

Anno
Dñi.

virtutis exercenda satis uberem toto tempore, quo cathedrâ istam obtinuit: Nam cum initia in huiusmodi negociis ubique satis infaulsa sint, hæc præsertim tempestate, tum anno statim sexagesimo sexto, uti toto ferè Belgio, ita etiâ illic publici motus unionem Religionis distraxerunt. Et hi ipsi, cum utcumque jam sopiti viderentur anno 1572. in deterius recrudescentes, plus negotij, plus periculi exhibuerunt. Utrobique ergo magno spiritu præsto fuit Episcopus, ut declararet se non mercenarium, verum pastorem esse: Et cum nunquam non concionibus publicis, privatisque monitis omnes ac singulos ad orthodoxæ Religionis cultû exuscitaret, tum priori illo tumultu tantâ dexterrate eos tractavit, qui vel auctores, vel adjuutores præsentis motus videbantur, ut & nocerent levius, & nocere citius desisterent. Posteriori verò motu cum civitas diurnâ, eademq; arctissimâ obsidione premeretur, quam diu quidem ipse superfuit, assiduis suis hortationibus cives in fide Regiæ M^{te} continuit, quos movere obsecrareque nunquam destitit, ut quamvis potius famem, quamvis nuditatem, quamvis deniq; mortem potius subirent, quam Religionem Catholicam desererent, fidemque Regi datam fallerent: cumque amici non desissent, qui hortarentur ipsum, ut se periculo subduceret, quoniam circumstantibus armis fructum porro

mensis Maij, die septima Valladoleti in Hispaniâ natus est Carolo Quinto filius primogenitus, qui nominatus est Philippus, hodieque patri superstes ditiones hereditarias clementissimè gubernat. Anno 1528. mensis Decembris, die tertiâ concessit in fata clarissimus vir Dominus M. Bernardus Bucho ab Aica, anno ætatis suæ sexagesimo tertio, sepeliturque in Haga Comitum, vir merito suo plurimum laudandus: utpote, qui rebus adhuc in Frisiâ novis annos quindecim cõtinuos Ducibus Saxoniz, Alberto, Henrico, atque Georgio, deinde & Carolo Quinto per annos quatuor ibidem, & in Hollandia demum per annos novem fidem diligentissimè suam in suprema Curia Senator probavit. Rebus in Frisiâ oppido turbatis, partiumque discordiâ ac bello implicitis maxima sæpe pericula prudentiâ suâ fortiter à Patriâ avertit, Leovardiam obsidione Geldrorum pressam in fide retinuit, multique legationibus honestissimis ad Maximilianum Imperatorem, Regesque Francorum & Anglorum functus est: Utque in summâ dignitate constitutus rebus affluentibus in natam liberalitatem suam præstare ex animi sententiâ potuit, munificus in primis extitit in Antistites orthodoxæ Religionis, & liberalium Artium studiosos. In quos ætiam collata beneficia non modo foundationum monumenta publica, sed & vivorum testimonia hæc facturus.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultramontani.

COMITES Hollandie.

Anno
Dni.

facturus non videretur, respondit se eo ipso magis induci ad manendum, quod fructum sibi jam maximum facturum esse videretur: Nam si occumbendum foret, paratam esse coronam martyris, si vita suppeteret, se plures in viam rediturum: Deo soli rerum eventum in manu esse, se in utrumque esse paratum: cumque præsens flagitium pastor faciat, si oves deserat, sibi exemplū placere Divi Augustini, qui Vandalis Hipponem oppugnantibus in Sede mansit, quo facto obedientiam suam Deo, fidē Imperatori probavit, & præsentiā suā subditos in officio continuit, qui fugā ejus fortasse fracti defecissent. cum autem per assiduos labores atque curas attenuata valetudine corpusculum subeuntibus morbis elanguesceret, & in spiritum præsentiaret, sibi extremae resolutionis imminere diem, ne qua inter Monasterij & Collegij confratres ob administrationē rerum se mortuo possit oriri contentio, ipse cum utriusque membri pleno consensu vicarium sibi substituit præstantissimum virum Dominum M. Johannem à Strien S. pag. Licentiatum, ut is Episcopi vicem gerat, donec Regia M. huic Sedi de alio pastore provideat, Cujus ordinationem suo diplomate Rex confirmavit: quamquam igitur idem Dominus M. Johannes à Strien gravatim & nō alio affectu, quam pio erga defunctum Præsulem amore hoc onus in se receperit, tamen quam diu

Genus declarant. Eodem anno natus est Carolo Quinto filius secundo genitus, vocatusq; est Maximilianus, qui infans perit, Anno 1530. Carolus Quintus in inferiorē Germaniam reversus est, adductā secum sorore suā, D. Maria Ludovici Vngarici viduā, Anno 1531. D. Ferdinandus Austriacus Caroli Quinti frater, Rex Romanorum electus est. Eodem anno Maria Vngarica Caroli Quinti soror ordinata est Gubernatrix harum inferiorum Provinciarū Anno 1532. Carolus Quintus in Germaniam profectus est, & effugatis ex Austria Turcis, in Hispaniam profectus est. Huic anno 1535. in Africa trajecit, ac Tunetum cepit. Anno 1536. Grunigani se Carolo Quinto submiserunt, Anno 1539. secunda die Maij mortua est Imperatrix Domina Isabella Caroli Quinti uxor. Eodem anno Carolus Quintus ex Hispaniā terrestri itinere per Galliam reversus est: & in principio anni 1540. Gandavi castrum præsidarium ædificavit, Anno 1545. mensis Junij, die 9. ex Domina Maria de Liere Dn. Johannis Portugallie Regis filia Philippo Caroli Quinti filio nascitur filius primogenitus, qui vocatus est Carolus: & tertio à partu die puerpera hæc defuncta est. Anno 1546. Carolus Quintus Trajecti celebravit solennitatem aurei Velleris, ubi tunc temporis multi Nobiles militari decore, ut olim vocabatur, ut nunc dicimus, Equestri dignitate donati

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultrajectini:

alium Episcopum Rex non constituerit, ille hanc Sedem ut vicarius summā diligentia atque fide administrat, nullis curis, nullis laboribus parcens, quo commodis Ecclesie subserviat. Eodem anno 1561. primus in Harlemensem Episcopum consecratus, & in Ecclesie cathedram sequenti anno collocatus est venerabilis in Christo Pater ac Dominus Nicolaus de nova terra, qui Reverendissimi Episcopi Georgij Egmondani in Ultrajectina Sede Suffraganeus per annos multos fuerit, huic in dotem assignata fuit Abbatia Egmondana, Capitulum verò Canoniorum sedis hujus designatū fuit ex Monasterio de Heylo Canoniorum Regularium prope Alcmariam, & ex Capitulo Canoniorum in Geerthriet, quod Capitulum Harlemum istinc translātū est anno 1571. per successorem prædicti Domini Nicolai, D. Godefridum à Mierlo: relicta tamen ibi Parochia cum sufficienti proventu, unde honestè sustentetur. Hic autem Præsul cum decem annos Sedem suam administrasset, in adversam valetudinem incidit, quā cum & diu admodum & periculosè laboraret, ratus se oneri imparem, Episcopatu cessit. Cui anno 1571. D. Godefridus à Mierlo successus est, de quo eo loco proinde dicturi sumus. Anno 1568. 1568. Groninganae Ecclesie cathedram primus Episcopus accepit incomparabilis vir ac Dominus Iohannes Knijff: cuius quidē

COMITES Hollandia:

Anno
Dñi.

ti sunt. Ex Frisia D. Sixtus à Dekema, & D. Petrus à Dekema ejusdem M^o in supremā Frisiae Curia Consiliarij, itemque Præses Curiae Trajectinae D. Doctor Hæctor ab Hoxvier, & D. Aelgo ab Hoxvier frater ejus, cum aliis aliquot ordini Equestri adscripti sunt. Eodem hoc anno & sequenti Carolus Quintus bellum Germanicum confecit. Anno 1548. Maximilianus Ferdinandi filius, qui nunc Imperator est, Mariam Caroli Quinti patris sui filiam uxorem duxit: sequenti anno Philippus Austriacus Hispaniarum Princeps & Caroli Quinti filius relicto in Hispania filio, patris sui jussu in Brabantiam venit, anno ætatis suæ vicefimo secūdo. Anno 1554. Philippus Austriacus Hispaniarum Princeps duxit secundam uxorem Reginam Angliæ Mariam, Henrici Octavi ex Catharina Aragona filiam. Anno 1555. Carolus Quintus Philippo Austriacot Hispaniarum Principi filio suo hæreditarium suarum in Belgio Provinciarum gubernacula tradidit: postquam ipse eas post obitum parentis sui moderatus esset, partim per vicarios suos, partim per semetipsum annis quadraginta novem.

30.
PHILIPPUS HISPANIARUM PRINCEPS,

Eodem igitur anno 1555. Philippus Hispaniarum Princeps, Ecclesie

Anno
Dni.Anno
Dni.

Ecclesiæ Diœcesi non modò civi-
tas Agerque Gruninganus, sed et-
iam Drentiæ & Westervoldiæ to-
ta Ditio subjecta est. Capitulo,
Canonicorum novem, sustentan-
do: (nam Episcopus ipse decimus
est) conventus Ezenlis ordinis S.
Augustini, & Vittevirumensis cū
suis proventibus deputati sunt:
Episcopo seorsum in dotem attri-
butus est cum redditibus suis con-
ventus Advardienſis, ordinis Ci-
sterciensis prope Gruningam: Est
autem hic Præsul Patriâ Ultraje-
ctinus, ex antiquâ & patriâ Kuyf-
horum familiâ oriündus. Qui qui-
dem cū in patriâ primū literis
humanioribus liberaliter erudi-
tus Theologiæ studium Lovanij
scilicet absolvisset, ibidem ordi-
nem fratrum minorum de obser-
vantia ingressus ac professus est:
Cumque ex mandato Antistitum
suorum prædicationis officium
diversis in locis magnâ cum gra-
tiâ sedulo obivisset, rogatu Reve-
rendissimi D. Archiepiscopi Bre-
mensis Christophori primogeniti
Brunsvicensis, & aliorum Princi-
pum Legatum ad Sedem Aposto-
licam egit, & à Pontifice Julio ter-
tio honorificè exceptus, & ob Le-
gationem ritè gestam in Prædica-
torem generalem assumptus est:
Quo munere fideliter perfunctus
tandem anno 1561. ad votū Phi-
lippi Catholici Regis Hispania-
rum à Põntifice Paulo Quarto pri-
mus Gruningensium Episcopus
designatus, & elapso biennio Me-
chliniæ ab Illustrissimo ac Reve-

Archidux Austriae, &c. Caroli Q.
filius Hollandiæ, Zelandiæ Comes,
& Frisiæ Dominus inauguratus
est ordine tricesimus. Anno 1556. 1556.
Carolus Quintus unâ cum foro-
ribus Elionorâ atque Mariâ in
Hispaniam profectus est: Anno
1557. Hispaniarum Princeps pro-
vocatus bellum suscepit adversus
Henricum Galliarum Regem. An-
no 1558. mensis Februarij, 24. die
Carolus Quintus Imp. Imperium
Electoſibus Francoforti per Le-
gatos resignavit, atque eorum cõ-
silio in Ferdinandum fratrem tran-
stulit, qui decimo octavo die Mar-
tij eodem anno Francoforti Cæsar
creatus est, ejus nominis primus,
qui imperavit annis quinque. Ca-
rolus autem Quintus eodem an-
no 1558. mensis Septembris, 21. 1558.
die obiit in Hispaniâ Beticâ apud
S. Iustum. Ibidem etiam eodem
anno sorores ejus Elionora atque
Maria defunctæ sunt. Anno 1559. 1559.
pax inter Philippum Hispaniarū
Principem, & Henricum Galliarū
Regem composita fuit: ac Philip-
pus defunctâ jam antea Reginâ
Angliæ secundâ uxore suâ, tertiam
duxit uxorem, Dominam Eliza-
betham filiam narū maximam, e-
jusdem Henrici Galliarum Regis,
qui decimo die Iulij fortuitò vul-
nere in hastiludiis sauciatus inter-
rît. Eodem anno Philippus Hi-
spaniarum Princeps ad coronam
Hispaniarum accipendam iter ad-
ornavit, ac Margaritam Austria-
eam Ducissam Parmensem suam
sororem ex Italia vocatam univer-
rendissimo

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultraiectionis:

rendissimo Cardinali Granvella-
no consecratus, & prædicto tan-
dem anno 1568. pridie S. Fræscis,
quæ dies Dominica erat, Grunin-
gæ in Episcopalem cathedram in-
troducitur, clero universo ac
Senatu urbis magnæque Nobiliū
frequentia eum ad Ecclesiam S.
Martini solenniter deducente, in
quâ tum Sedem Episcopalem cō-
stituit, electis novem Canonicis,
viris, omnibus tum probitate vitæ
laudatis, tum etiam requisitæ eru-
ditionis titulo insignitis: Quibus
quidem ita peractis id quod Epi-
scopali curæ erat reliquum, dili-
genter hætenus admittitur præsta-
re, ut intra limites Diocesis suæ
ecclesias pastoribus, pastores eru-
ditione ac virtute instruat ornet-
que, Archidiaconus sive Præposi-
tus hujus cathedræ primus ele-
ctus & constitutus fuit præstan-
tissimus vir ac Dominus D. Iohā-
nes Eelst, ejusdem ecclesiæ Pastor
primarius, qui ut majorum suorum
imaginibus, ita etiam utriusque
Juris Doctoratu insignis, tum cō-
cionibus publicis, tum privatis
Disputationibus negociū ortho-
doxæ fidei in eâ Ecclesiâ per mul-
tos annos strenuè egit, atque hæ-
tenus etiam agit: Decanus hujus
Cathedræ primus ordinatus fuit
nobilissimus, doctissimusque vir
ac Dominus Radingius Koeninx,
pastor itidem ejusdem Ecclesiæ,
& verbi Divini præco in primis
diligens, qui per multos annos il-
lic Religionem catholicam adver-
sus ingruentes hæreses strenuè

COMITES Hollandiæ:

Anno
Dni

salem omnium hæreditariam
in Belgio Provinciarum guber-
natricem constituit, nihilo minus
interim & singularem quoque Pro-
vinciarum particulares Gubernato-
res constituit. Eodem igitur an-
no 25. Augusti ex Zelandiâ versus
Hispaniam navigavit, in quam ap-
pulit octavo die Septembris inse-
quentis. Eodem anno etiam au-
thoritate Pontificis Pauli Quarti,
ut lectis gliscentibus obstiti possit
commodius, in suis hisce Diocesi-
bus Belgicis novos aliquos Epi-
scopatus erexit. De quibus in E-
piscoporum linea commodior di-
cendi locus fuit. Anno 1560. mō-
sis Januarij, die 28. in Hispaniam
appulit Elizabetha Philippi Hi-
spaniarum Regis sponsa, quæ Re-
gali magnificentia excepta nuptiæ
consequenter celebratæ sunt. An-
no 1562. mensis Novembris, 24.
die Maximilianus Ferdinandi filius
præsentis patris renunciatus est
Rex Romanorum Francoforti, &
30. die ejusdem mensis ibidē por-
rō in Regem coronatus est. Anno
1564. in festo S. Jacobi, hoc est, 25.
Julij obiit Ferdinandus Imperator,
Anno 1566. mensis Augusti, die
vicesimâ Antverpiæ, & deinceps
consequenter pluribus in locis per
Belgium sunt ex templis ecclæ
statuæ, unde magni motus, ma-
gnæque calamitates insecuta sunt,
quibus hætenus hæ Provincie
gravissimè affliguntur. Anno
1567. mense Augusto in Brabantiam
ex Hispaniâ missus venit D.
Ferdinandus Dux Albanus, cui

tytacus.

Anno
Dni.

EPISCOPI Ultrajectini.

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

1570. rutatus est. Anno 1570. Leovardienſis Eccleſiæ cathedram Epiſcopalem primus aſcendit incomparabilis vir ac Dominus Cunerus Petri, natione Zelandus, Patriâ Brouverſhavenenſis: qui cum maximam ætatis ſuæ partem Lovanii egiffet, in ſtudiis cum ſacrarum linguarum & aliarum artium, tum in primis Theologiæ diligentiffimè verſatus eſt: In quâ proinde Doctōratus lauream confeſus inter Magiſtros noſtros Sacram Scripturam utriuſque Teſtamenti publicè profeſſus, Paſtor etiam Eccleſiæ ad S. Petrum conſtitutus, populum concionibus aſſiduè erudit, per multos annos non minus interim ſcriptis edius adverſus illuſtrem ſectarum pugnans. Hic cum anno 1570. menſis Januarij 21. die Lovanium reliquiſſet, primo die inſequentis Februarij, hoc eſt, pridie Purificationis Mariæ Leovardiam veniens, ex Arce præſidiana Cleto univerſo Dominoque Segero Groeſbergio Dn. Iohannis Comitæ Arenbergij Vice-præſecto, Senatuque Regio & urbis Magiſtratu, ac magna tum Nobilium, tum plebeiorum catervâ comitante ad Eccleſiam S. Viti cum proceſſione ductus eſt, in quâ poſtridiè Sacrum celebravit: eoque peracto, utriuſque tum Eccleſiaſtici, tum politici ordinis Primores honeſto ac læto convivio exceperunt: conſequenter autem ejuſdem menſis Februarij, 26. die Statuta Tridentini concilij promulgavit, & eccleſiam

reſignatâ gubernatiōe ceſſit Margaritha Auſtriaca, quæ Parmam ſe recepit ad maritum ſuum. Anno 1568. menſis Maij, die 24. D. Iohannes Comes Arenbergius, Friſiæ Topatcha adverſus Ludovicum Comitem de Naſſouven temerè commiſſo prælio prope Heiligerledam interſectus eſt, quo & Adolphus de Naſſouven Ludovici frater interemptus eſt. Inſequentis autem Iulij 21. die D. Ferdinandus Dux Albanus, &c. prædictum Comitem Naſſovium in Reiderlandiâ prope Lemmingas commiſſo prælio fugavit, exercitumque ejus proſtigavit. Hoc anno Carolus Hiſpaniarum Princeps Philippi Regis ex primâ uxore unicus filius vitâ deſunctus eſt. Eodem anno deſuncta eſt & uxor tertia ejuſdem Philippi Clementiſſimi Regis noſtri, filia Henrici octavi Galliarum Regis, quæ moriens marito ſuo reliquit ſuperſtites filias duas. Anno 1571. Philippus Hiſpaniarum Rex quartam duxit uxorem Dn. Auſtriacam ac Bohemicam, Maximiliani ſecundi Imperatoris, & Iſabellæ ſororis ſuæ filiam. Quod matrimonium pacis ac tranquillitatis publicæ ratione Pontifex admittit: eſt enim Philippus Annæ idem & avunculus, qui maritus. Anno 1572. paſſim in his regionibus Belgicis Philippo Hiſpaniarum Regi ſubjectis de integro publici motus exorti ſunt, occupavitque montes Hannoniæ Ludovicus Comes Naſſovius: unde & paulo poſt Albano ſuperveniē-

A a quoque

Anno
Dni.

186

EPISCOPI Ultrajectini.

APPENDIX

COMITES Hollandia.

Anno
Dni.

quoque & altaria ad S. Vitum ubi
cathedram suam constituit, recō-
ciliavit: Adjuncti sunt Episcopo ē
supremā Curia Commissarij tres,
D. M. Antonius del' Vaille, D. Do-
ctor Petrus à Fritemā Senatores,
& Dn. Doctor Iohannes Carolus
Advocatus fisci, qui autoritate
Regia cum in officij functionem,
& subsidij possessionem introdu-
cerent, qui simulatque in sacrarū
convenissent, Antonius del' Vail-
le habitā Oratione Episcopum
commendavit, ei que à Curia præ-
sidium, ab omnibus obedientiam
deberi asseruit. Cui Iohannes Ca-
rolus præsidium Regis nomine
promisit in omnibus, quæ neque
Iurisdictionem, neque privilegia
Regiæ M^{te} læsura essent. Itaque
horum præsidio tertiā die sequen-
tis Martij accepit possessionē Bar-
ræ conventus, sive Bergomensis
Monasterij, & paulo pōit Præpo-
situræ etiam Bollandiensis, quæ
Episcopo in dotem assignata sunt:
Ejusdem porrò Martij die quintā
Monasterij Mariengardensis pos-
sessionem accepit, ex quo Capi-
tulum erexit, Canonicorū decem:
ipso etiam Episcopo in hunc nu-
merum computato: Quorū qui-
dem Canonicorum tres Theolo-
gi, tres Iureconsulti, tres Nobiles,
graduati tamen (ut nunc loquuntur,
ex originali institutione esse de-
bent, qui deinceps successuri sunt
defunctis monachis istis, qui ha-
bitu monastico liberati, ex con-
ventus istius monachis primi Ca-
nonici sunt constituti. His sex

(loquuntur)

te facta deditio recessit: occu-
pata est etiam à Principe Aranzio-
rum Gulielmo Nassovio Mechli-
nia, & superveniente Albano mox
direpta. Multæque urbes in mul-
tis Provinciis deinceps captæ at-
que receptæ sunt. Multæ adhuc
tumultuantur, plures trepidant;
de quibus cum pluribus locis di-
cere superfluum sit, nos quantum
satis erit, ad Chronicon Ducum
Brabantia de his commodius di-
cturi sumus, cum non ad Comi-
tatum Hollandia solum ac Dia-
cesin Ultrajectinam, sed etiam ad
Ducatum Brabantia, sicut & ad
reliquas Provincias Belgicas, quæ
Regi nostro parent, atineant: Et
quanquam præcipuum sane bel-
li pondus in Hollandiam atque
Zelandiam progressu temporis in-
clīnaverit, tamen cum interclu-
sis itineribus, interdictisq; com-
merciis, neque cōsiliorum, neque
dictorum, neque factorum verita-
tem liquido possimus expiscari,
consultius putamus jam de rebus
his agere silentium, quam com-
memorandis qualibuscumq; vul-
gi rumoribus Lectorem destinere.
Anno 1573. mense Decembri in
Brabantiam venit Dn. Ludovicus
de Requisens, &c. missis à Philip-
po Hispaniarum Rege, ad guber-
nandas hæc Belgicas Provincias.
Cui proinde mox gubernatione
resignatā, Dux Albanus cessit, &
in Hispania se recepit. Anno 1574. 1574.
quod alibi paulò citius, alibi non
multo securius promulgatū fuit,
Lovanijs 14. Junij publicatum est,
Cano.

Anno
Dñi.

EPISCOPI Ultraieclini:

COMITES Hollandia.

Anno
Dñi.

Canonicos adjecit, in eorum subsidia totidem de potioribus prae-bendis ad S. Vitum in Canonica-tus transformatis, ita ut in hoc Capitulo una cum Episcopo sex-decim sint Canonici: qui ipsa Do-minica latere Hierusalem in qua-dragesimâ ante summum sacrum per Reverendum D. Laurentium Mettium Buscoducensem Episco-pum sunt in canonicatus posses-sionem introducti, atque in residê-tiam admissi: Die porro 25. sequê-tis Aprilis apud Prædicatores pri-ma Synodus est celebrata, quæ præsentibus omnibus ferè totius Provinciæ Ecclesiasticis solennis fuit ac celebris, & triduo absoluta est, recepto Concilio Tridentino, & Statutis pro ratione temporis tunc editis: Adjuncti autem sunt

de integro ex Curia Commissarij duo, Dn. Doctor Petrus à Fritema scilicet, ac Dominus M. Focco ex Rommaris, qui & hæc ipsa Statuta Synodi pro patriæ utilitate cum Episcopo, & Archidiacono Domino Dominico Bendixio conciperent, & Episcopum Regiæ M^{tes} nomine in aliis Frisæ oppidis solenniter introduci ac recipi curarent, quod illi decimo tertio die sequêtis Iulij fideliter exorsis sine intermissione sunt executi: quibus ita peractis, Episcopus quod restabat, reliquas Ec-clesias totius Frisæ, una cum supradictis Commissariis & Archidia-cono visitavit, & in baptizandis atque confirmandis parvulis, in resti-tuendis, erigendis, & confortandis omnibus, nullam curam, nullam diligentiam, nullum laborem prætermisit. Sunt autem ejus Diocesi subjæctæ omnes Ecclesiæ, quæ tribus Occidentalis Frisæ partibus, sci-licet Oestergou, Vestergou, & Septem Territoriis, sive, ut nunc voca-mus Septem Sylvis, terminantur: Archidiaconus. Porro sive Præposi-tus hujus Capituli primus ordinatus est Venerabilis vir ac Dn. Domi-nicus Bendixius, Pastor tum temporis ad S. Vitum. Hic anno 1546. sacris initiatus, cum administratis diversorum pagorum Ecclesiis gra-datim ascendisset, anno 1556. parochus urbis Snecanæ à Magistratu constitutus est, ubi cum novem annos ac sex menses Ecclesiæ præsu-asset, Leoyardiam vocatus perpetuus Vicarius ad S. Vitum, & anno

diploma generalis veniæ, quo Rex Catholicus declarat se subditos suos omnes (paucis tantum ali-quot nominatum exceptis) cujus-cumque tandem rebellionis Rei fuerint, in gratiam recipere, & in pristinam famam pristinaque bo-na restituere, eâ tantum conditio-ne, ut intra tres menses à Diplo-matis publicatione revertantur, & fidem dent, in posterum se nec ad-versus M^{tes} Regiam denuò rebel-laturos, nec adversus Ecclesiam Romanam rursus insurrecturos: Ad eò quidem, ut & condemnatis & proscriptis bona immobilia quavis jam confiscata, eadem lege restitutum se promittat, si quidem hi se in exilio catholicè vixisse probare queant.

Anno
Dni. 158

APPENDIX
EPISCOPI ULTRAJECTINI.

1567. porro ibidem Pastor à Magistratu urbis, accedente tum Comi-
tis Arenbergij, tum Senatus Regij suffragio electus & confirmatus est,
ubi haecenus resedit. Hic se strenuum Athletam adversus haereticos
praestitit: non modò concionibus publicis, sed etiam disputationibus
privatis, ad quas quo paratior accederet, inchoatam olim utcumque
Graecæ & Hebraicæ linguae cognitionem assiduis vigiliis sibi excolen-
dam duxit. Et cum in Graecis quidem literis Snaecæ virum doctissi-
mum collegam in Pastoratu suum D. Gellium Elostanum, qui postea
Boltvardiensis Ecclesiae pastor factus est, ducem nactus esset, in He-
braicis planè ipse sibi Mercurius esse coactus est. Hoc igitur subsidio
comparato, non modo viva voce, quam plurimum valet, sed etiam
scriptis, quæ multa jam absolvit, multa cudit, multa meditatatur, fidem
catholicam strenuè propugnat, operamque suam Ecclesiae & Episco-
po indefessam praestat: Eiusdemque porro Capituli Decanus primus
ordinatus est venerabilis vir ac Dominus Ivo Iohannis, itidem Pastor
eiusdem ecclesiae ad S. Vitum, vir in primis eruditus, pius ac modestus,
qui & ecclesiae semper fidelis, ita & Capitulo suo, & Episcopo, & uni-
verso denique populo charissimus est. Eodem porro anno Domini
1570. Daventriensem cathedram primus Episcopus accepit vir multis
nomibus suspiciendus D. Aegidius de Monte, natione Brabantus or-
dinis minorum S. Francisci de observantia: Qui cum ob singularem
eruditionem, pietatem, & eloquentiam in conventibus Ordinis sui,
Lovanii, Mechliniae, & alibi Guardianus constitutus tum integritate
doctrinae, tum puritate vitae, suae professioni abundè satisfecisse judi-
catus esset, Minister provincialis Ordinis sui effectus est, ex qua fun-
ctione porro ad hanc dignitatem Pontificia ac Regia autoritate pro-
morus est: Fuerautem jam antea Daventriae collegium Canonico-
rum perquam vetus, ubi & Episcopi Ultrajectini quondam sedem suam
habere solent, temporibus praesertim periculosis, ut ex Becano pater-
quare, sicut in Ecclesia Middelburgensi, ita etiam Daventriae Episco-
pali duntaxat dote opus fuit ad cathedram erigendam, in quam Rex
assignavit conventum Regularium *Bor-clooster* prope Zuollas. Anno
1571. postquam ob adversam valetudinem D. Nicolaus de nova terra
Episcopus cessisset, ut supra dictum est, secundus Harlemensium E-
piscopus inauthoratus est, vir praestantissimus D. Godesfridus à Mirloo.
Hic in Mirloo Kèpiniae non incelebri pago natus, cum alibi, tum Lo-
vanij, studiorum gratia versatus est, in qua Academia S. Theologiae studio
operam dedit: Cumque in conventu Praedicatorum apud Buscum
Ducis ordinem S. Dominici professus aliquot annos dignè se gessisset,
Prior est electus conventus Praedicatorij apud Ultrajectum, ubi &
ob eruditam ac piam ejus eloquentiam à sacris concionibus Reveren-
disime

SUFFRIDI PETRI
EPISCOPI ULTRAIECTINI

129

Anno
Dni.

lissimo Episcopo Georgio ex Comitibus Egmondâ constituitur. Nec
minus interim ob dexteritatem atque prudentiam sui Ordinis Pro-
vincialis Minister, sive visitator ordinatus est, quâ dignitate in deci-
mum tertium annum functus, ad Harlemensem Cathedralam vocatus
est, ad quam introductus fuit anno supradicto Dominicâ primâ in se-
ptuagesimâ. Qui anno 1572. postquam Harlemum à Calvinianis cir-
ca festum Nativitatis Iohannis Baptistæ occupatum esset, usque ad 13.
diem mensis Iulij anni sequentis 1573. quo die coacti per extremam
famem Duci Albano se permiserunt, fugâ se servavit, & mansit
in Abbatiâ & Monasterio prælato Cisterciensis Ordinis
juxta Bruelas, cui à Camera B. Virginis
Mariæ nomen est.

Finis Appendicis in Chronicon Beccan.

Bernardus Furmerius

LEOVARDIENSIS LECTORI S.P.D.

Non uno experimento deprehensum est, amice Lector, superiorâ
seculo cum typis nondum repertis calamo scripta omnia ex ar-
venitur, multa sæpe adjecta esse honorum auctorum operibus,
qua ipsorum non erant. Nam cum vel illustrandi vel explen-
di gratiâ non raro suos codices, qui curiosiores erant, glossema-
tis vel appendicibus pro arbitrio suo adornarent, frequenter
accidit, ut inertes & imperiti Librarii, qui inter genuina & suppositiva dyn-
dicare non poterant, in contextum simul omnia referrent. Usu venit hoc cum
alijs cujusvis generis scriptoribus, tum in primis Historicis: quod unusquisque
sæpe confirmanda memoria sua gratiâ, qua vel apud alios legisset, vel usu vitæ
ipse comperisset, in suos libros veluti classes debitas studiosè perscriberet. Ejus
facti exempla ne longè aliunde petantur satis multa & diversa suppeditat hoc
Chronicon IOHANNIS de BEKA, quod in varia descriptum ex-
emplaria in multis locis multum habet addita. Suffridus Petri Leovardiensis
Præceptor quondam meus quinque exemplaribus in hoc Chronico emaculando
usus declarat eorum alia alijs longius fuisse producta, que vi cum dedicationis
tempore pugnantiâ reiçienda arbitratûr: retinet tamen eadem ob Historia ve-
ritatem. Ego autem nactus exemplar sextum, quod prioribus visum corre-
ctius, illud secutus sum, nec tamen ejeci ea, qua alioqui commodè videbantur
Aa 3 adjecta.

contemporaneus

adjecta, etiam si auctoris nostri non essent propria. Exempli gratia, in proemio scribitur: Est autem Hollandia, &c. usque ad verba: Huc usque liber de proprietatibus rerum. Ea verba omnia, quia non commode assuta erant, libenter retinimus, quamvis in nostro libro non reperirentur, & sciremus illorum auctorem Bartholomeum Anglicum esse, qui Becano nostro fuit ~~contemporaneus~~, & ideo sua conferre cum Becano non potuit, et apud ipsum est videre. Item Suffridus Becanus affirmat in Iohanne de Arckel pag. 106. vers. 31. his verbis. Comitatum Hollandiae Wilhelmo Duci sive Palatino suo filio commendavit. terminari & inde suam appendicem porro adjungit: retinet tamen ea quae ab alijs adjecta putat ad Historia continuationem. Ego illis omissis ea tradedi, quae in meo codice inveni concinnius addita, & majore cura gratia conclusa: appendicem Suffridi non mutavi, sed reliqui integram prout ab ipso perscripta est. Ut autem amice Lector recte valeas dijudicare verum verum melius fuerit ipsa verba quae Suffridi libro sunt addita hic tibi annuero, quae sic habent: Quo Wilhelmo postea amente facto tota terra Hollandiae Dominum Marchionem Brandeburgensem fratrem ipsius Wilhelmi recepit in tutorem: his itaque gestis anno Domini Mccc. lxx. Eduardus secundogenitus Reinholdi primi Ducis Geldriae litigare cepit cum Domino Reinholdo primogenito Duce Geldriae fratre suo super Dominio Geldriae, & una pars Vasallorum & Burgensium terra Geldriae adhaesit Eduardo cum esset agilis & strenuus in cunctis: alia vero consensit Reinholdo, qui est grossus corpore & pinguis: & eidem Reinholdo assistebat in adiutorio Iohannes Comes Cluensis; qui habuit Machtilidam sororem ipsorum fratrum in uxorem. Tandem in quodam conspectu praedictus Eduardus captus quam plurimis armigeris, extorta ipse Eduardus Ducatum vexit ut Dux xx. annis. Et praedicto Eduardo assistebat adiutorio Dominus Iohannes Episcopus Traiectensis, & idem Episcopus ad vindictam vaalorum ecclesiae suae illatorum castrum Voerst circumvallavit, & expugnatum effregit. Deinde anno Mccc. lxxi. y. Idus Septembris mortuus est Innocentius Papa VI. Avinione & xvij. Calendas Octobris obiit Dominus Wilhelmus de Gennepe, Archiepiscopus Coloniensis, & iij. Nonarum Octobris major ac senior pars Capituli Coloniensis volentibus & petentibus omnibus Vasallis Nobilibus, & militibus & Burgensibus Coloniensibus, Andernacensibus, Bonnenensibus & Nussiensibus elegit Iohannem Dominum de Virneburgh, Decanum Ecclesiae Coloniensis, quem more solito intrinsearunt illo die: sed Dominus Theodoricus de Gennepe Florentius & Godofridus fratres de Wevelichoven Canonici Colonienses postularunt Dominum Engelbertum de Marca, Episcopum Leodiensem. Deinde anno Domini Mccc. lxxij. Calendas Iulij Dominus Urbanus Papa V. tunc in papatum assumptus, reiectis his duobus magnos sumptus facientibus providit de Ecclesia Coloniensi Adolpho de Marca tunc electo Ecclesiae Monasteriensis, & ipsum transtulit ad eandem, & providit eidem Iohanni Coloniensi electo de Ecclesia Monasteriensis.

riensi praedicta. Qui Adolphus postmodum anno Domini Mcccxiij. spiri-
concurfcentia secularis pompa seductus missis procuratoribus, ceteris eum man-
data sufficienter renuntiavit Archiepiscopatu Colonienfi praedicto, & ipsum in-
manus Domini Papa praedicti resignavit. Dominus vero Papa ad supplica-
tionem Capituli Colonienfis providit de eodem Archiepiscopatu praefato Episcopo
Leodienfi, & ipsum transtulit ad eundem, & eodem die Papa transtulit Do-
minum Iohannem de Arcket ab Ecclesia Traiectensi ad Ecclesiam Leodien-
sem, & transtulit Dominum Iohannem de Urneburgh ab Ecclesia Mona-
stherienfi ad Ecclesiam Traiectensem, & providit Florentio de Wevelichoven
supradicto Subdiacono Colonienfi de Ecclesia Monasterienfi supradicta. Ha-
ctenus Liber Suffridi. Quae quidem nos idcirco omittimus, quod nostra putaremus
meliora, Lectoris esto iudicium. Sunt praeterea in Becano quadam errata Chro-
nologica notatu digna, quae in margine obiter indicavimus, quae Princeps qui-
dem Wilhelmus Heda Praepositus Arnheimensis in suis scriptis animadvertit,
sed non emendavit. Iarus autem Doufa Norwici Dominus corrigere voluit,
sed per omnia non potuit, quamvis in eam rem diligentem operam navavit: qua-
lia sunt quae Becanus de etymo Hollandiae, de donatione Caroli Calvi, de assi-
gnatione Wasda, &c. reliquit scripta, quae uti diximus Heda primus reprehen-
dit, & post eum Doufa. Nos autem quia ista in nostris Frisiorum annalibus
planissime & pleno, quod ajuunt, ore, validissimisq; argumentis refutavimus, et
in eorum locum veritatem reposuimus, supervacuum putamus eadem hic repe-
tere, praesertim cum Historiam ducti Wilhelmi Heda huic operi statim simul
subiuncturi, si Deus vitam dederit et facultas sumptum. Dabimus etiam pro-
patria nostris annales, in quibus privilegium patriae suo auctori primo restitui-
mus, deinde Comites Hollandiae a Gerolpho Frisio arsi suam originem docuimus,
assignatis donationem in ipsis factarum veris epochis, non ex conjectura, sed an-
tiquis documentis, quae apud ipsos Hollandos invenimus. Quibus productis pu-
dere illos suffundemus, qui hactenus in suis rebus tam caci fuerint, et tamen
Frisios, ut populum imperitum et inertem, vanissime reprehendere sunt ausi.
Verum enim vero soli Deo Opt. Max. Trino et Uni fit gloria, qui sapientiam
dat parvulis, et humilibus gratiam: qui querentibus veritatem prope est. Illi
Lector candido, te commende, ut opellam hanc beni consulas oro. Vale.



